Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis epiſcopi in pſalmorū tertiam quinquagenā explanatio.

¶ Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis epiſcopi: de pſalmo.cj. Tractatus incipit.

¶ Sermo primus: de prima parte pſalmi.

A Ecce vnus pauper orat: ⁊ nõ orat in ſilẽ
tio. Licet ergo audire eũ: ⁊ videre quis
nã ſit. Ne forte ille ſit: de quo dicit apl's
1.Cor.8. Qui ꝓpter vos paup factus eſt cum di
ues eſſet: vt illius paupertate vos ditare
mini. Si ergo ipſe eſt: quõ paup? Nam
quõ diues: quis nõ videt? Unde enĩ ho
mines ſunt diuites? Puto auro: argento: familia: terra: ſed
oĩa per ipſum facta ſunt. Quid ergo illo ditius: p quẽ facte
ſunt diuitie: ille etiã q̃ nõ ſunt vere diuitie? Per illũ enim et
ille diuitie: ingeniũ: memoria: mores: vita: ipſius corporis ſa
nitas: ſenſus: cõfirmatioq; mẽbrorum. Etenĩ cũ hec ſalua ſunt:
⁊ pauperes diuites ſunt: Per illum ⁊ ille maiores diuitie: fi
Roma.4. des: pietas: iuſtitia: charitas: caſtitas: mores boni. Nemo
enĩ ⁊ has habet: niſi p eũ qui iuſtificat impium. Ecce q̃ di
ues. Quis enĩ magis diues: qui habet qõ vult alio faciẽte:
an q̃ facit qõ vult ⁊ alio habente. Puto q: ditior ille: qui fe
cit qõ habes. Quia qõ ille habet: tu nõ habes. Ecce q̃ di
Pš.101. ues. In hoc tã diuite vnde agnituri ſum' hec verba: Cine
rem ſicut panẽ manducaui: ⁊ potũ meũ cum fletu miſcebã?
Unde ille? Hucc(ine) ille tante diuitie peruenerũt? Multũ illõ
excelſum: multũ hoc abiectũ: Quid faciemus? Quẽadmo
dum iſta ima illis ſummis ꝯtemperabim'? Nimis abinuicẽ
B longe ſunt. Nondũ agnoſco iſtũ pauperẽ. Alius eſt fortaſſe
Sed adhuc q̃ramus. Unde enĩ nobis nõ videt' ipſe? Mirũ
ſi interrogas: ⁊ nõ expaueſcis diuitias. In principio erat ver
bum: ⁊ verbũ erat apud deũ: ⁊ deus erat verbũ: Hoc erat
in principio apud deum: Oĩa p ipm facta ſunt: ⁊ ſine ipſo fa
ctum eſt nihil. Qui iſta dixit: cũ diceret: diues erat: quãto
Joan.1. magis ille de quo dicebat: In principio erat verbum. Et nõ
qualecũq; verbũ: ſed verbũ deus: Et nõ vbicũq;: ſed apud
deum: Et nõ vacans: ſed oĩa per ipm facta ſunt. Cinerem
ſicut panem mãducauit: ⁊ potum ſuũ cum fletu cõmiſcuit.
Metuendũ eſt ne tant(is) diuitijs noſtra paupertas faciat in
Ibidem. iuriã: Quere adhuc tñ ne ipſe ſit paup iſte: quoniã verbũ
Pš.115. caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis. Reſpice ⁊ illã vocem:
Ego ſeruus tuus: ⁊ filius ancille tue. Attende ancillã iſtã
Phil.2. caſtam. ⁊ virginẽ: ⁊ matrẽ. Ibi enĩ accepit paupertatem no
ſtram: vbi ſerui formã induitus eſt: ſemetipm exinaniens:
ne diuitias eius expaueſceres: ⁊ ad eum accedere cum tua
mendicitate nõ auderes. Ibi accepit inq̃ formã ſerui. Ibi
noſtra indut' eſt paupertate: Ibi ſe pauperauit. Ibi nos di
tauit. Iam ergo ꝓpinquamus de illo hec intelligere. Uerũ
C tamen adhuc temere nõ eſt pronunciandũ. Partus virginis
Daniel.2. eſt lapis ſine manibus de monte preciſus: vbi nullus ho
minũ operatus eſt: nulla trãſfuſa ꝯcupiſcẽtia: ſed ſola fides
Luce.2. accenſa: ⁊ verbi caro accepta. Deinde proceſſit ex vtero. Lo
Matth.2. cuti ſunt celi. Angeli paſtoribus nunciauerunt. Stella ad
Luce.2. adorãdũ regẽ magos traxit. Symeõ impletus ſpũſctõ infan
Ibidem. tẽ deũ in m̃is manib' agnouit. Acceſſit etas: nõ diuinitati
ſ; carni. Docẽt: mirãturq; ſapiam dei pueri duodẽnis: pe
riti ſenes. Aut etiã ſi periti ſenes: q̃d illorum peritia ad vbum
dei? Quid illorum p̃itia ad ſapiam dei? Nõne ⁊ periti: niſi illo
Marci.1. ſubueniente: vtiq; perituri? Creſcit adhuc etate corporis:
venit ad fluuiũ baptizandus. Baptizator deũ agnoſcit: in
Matth.11 dignũ ſe ſoluende calciamenti corrigie ꝯfitetur. Iam inde:
Ceci illuminãtur: Surdis aperitur auditus: Loquũtur mu
ti: Mũdant' leproſi: Stringũtur paralytici: Cõualeſcũt lan
Jona.1. guidi: Reſurgunt mortui. Iam quidem in verbi illius p qõ
facta ſunt oĩa cõparatione: diuitiarũ agnoſco paupertatẽ:
ſed q̃ longe adhuc a cinere ⁊ fletu cum potu. Adhuc timeo
dicere ipſe eſt: ⁊ tamen volo. Sunt enĩ hic que me cogant
velle: ⁊ rurſus quedã que me cogant timere. Ipſe eſt: ⁊ non
eſt. Ipſe iam in forma ſerui eſt: iam mortalem fragileq; car
nem portat: iam moriturus aduenit: ⁊ tamen nõdum intel
ligitur in hac egeſtate. Cinerem ſicut panẽ mãducaui: ⁊ po
Phil.3. tũ meũ cum fletu miſcebam. Addat ergo paupertatẽ pau
pertati: ⁊ transfiguret in ſe corpus humilitatis noſtre. Sit
caput noſtrũ: ſimus membra eius: ſint duo in carne vna. Iã
Phil.2. enĩ vt penitus paup eſſet: formã ſerui accipiens: dimiſit pa
trem. Quia aũt de virgine natus eſt: dimittat ⁊ matrem: ⁊ Luce.2.
adhereat vxori ſue: ⁊ ſint duo in carne vna. Ita enim erunt Eph.5.
duo ⁊ in voce vna: ⁊ in illa vna voce iam nõ mirabimur no
ſtram vocem. Cinerem ſicut panẽ mãducaui: ⁊ potum meũ
cum fletu miſcebam. Dignatus eſt enĩ h̃re nos mẽbra. Sũt
⁊ penitentes in membris eius. Non enim excluſi ⁊ ſeparati
ſunt ab eccleſia eius. Nec alias ſibi adiũgeret cõiugem: niſi
illa voce: Agite penitentiã: appropinquabit enim regnum Matth.4
celorum. Iam ergo audiamus quid oret caput ⁊ corpus: ſpon
ſus ⁊ ſponſa: chriſtus ⁊ eccleſia vterq; vnus. Sed verbum D
⁊ caro non vterq; vnũ. Pater ⁊ verbum vterq; vnũ: chriſt' Jona.1.
⁊ eccleſia vterq; vnus. Unus quidem vir perfectus in forma
plenitudinis ſue: donec occurramus omnes in vnitatem fi Eph.4.
dei: in agnitionem filij dei in virũ perfectum: in menſurã eta
tis plenitudinis xp̃i. Sed donec occurram': agitur hic pau
pertas noſtra: agitur hic adhuc labor et gemitus. Gratias
miſericordie ipſius. Unde illi labor: vnde illi gemitus verbo
per qõ facta ſunt oĩa? Si dignatus eſt habere mortẽ noſtrã Joan.1.
nõ nobis dabit vitã ſuã? In magnã ſpem erexit: cũ magna
ſpe gemim'. Gemitus habet triſtitiã. Sed eſt gemitus qui
habet ⁊ gaudiũ. Ego puto ſaram ſterilem letam gemuiſſe:
cum pareret. Et nos dicamus: A timore tuo concepimus ⁊ Eſa.26.
parturiuimus ſpiritũ ſalutis. Audiamus ergo xp̃m paupe
rem in nobis: ⁊ nobiſcũ: ⁊ ꝓpter nos. Titulus enĩ ipſe indi
cat pauperem. Poſtremo putate me ſuſpicatum: quis nam
ſit iſte pauper. Orationẽ audiamus: ⁊ perſonam agnoſcam':
nec vbi erres: quãdo audieris aliquid qõ coaptari capiti il
lius nõ poſſit. Ideo p̃locutus ſum: vt ſi quid tale audieris:
ex infirmitate corporis aduertas ſonare: ⁊ vocẽ membrorũ
agnoſcas in capite. [Oratio inopis:] hoc habet titulus:
[cũ angeretur: ⁊ in ꝯſpectu dñi effudit p̃cem ſuam.] Ipſe
ille paup eſt qui alibi dicit: A finib' terre ad te clamaui: cũ Pš.60.
angeret cor meũ. Iſte ipſe pauper eſt: q: idem ipſe xp̃s eſt:
qui ſe apud ꝓphetam: ⁊ ſpõſum dixit: ⁊ ſponſam. Sicut ſpõ Eſa.61.
ſo alligauit mihi mitrã: ⁊ ſicut ſponſam induit me ornamen
to. Se dixit ſponſum: ſe dixit ſponſam. Unde hoc: niſi quia Ephe.5.
ſponſum propter caput: ſponſam propter corpus? Uox er
go vna: quia caro vna. Audiamus ⁊ potius in his vocibus
nos quoq; agnoſcamus: Et ſi nos extra eſſe viderimus: ibi
eſſe laboremus.

¶ Expoſitio pſalmi.

Exaudi domi E

ne orationẽ meam: et clamor Al' † Dñe exaudi.
meus ad te † perueniat.] Hoc Pš.142.
eſt: exaudi dñe orõnẽ meam al' † veniat
quod eſt: clamor meus ad te
perueniat. In geminatione:
affectus petentis eſt. [† Ne Al. † Non eſt.
auertas faciem tuam a me.]
Quando deus a filio faciem
tre? Quando pater a chriſto?
Sed propter membrorum paupertatem: ne auertas faciẽ tuã
a me. [In quacũq; die tribulor inclina aurem tuã ad me.]
Tribulor enĩ deorſum: tu aũt es ſurſum. Si enĩ me extollo:
longe fis: ſi me humilio: inclinas aurem tuã a me. Sed q̃d
eſt: in quacũq; die tribulor? Nũc enĩ nõ tribulatur? Aut iſta
diceret: niſi tribularet'? Sufficeret ergo: Inclina aurem tuã
ad me quoniã tribulor. In quacũq; die tribulor inclina au 1.Cor.12.
rem tuã ad me. Tanq̃ vnitas corporis: ſi patitur vnũ mem
brum: cõpatiũtur omnia membra. Tribularis tu hodie: ego
tribulor. Tribulatur alius craſtino: ego tribulor. Poſt iſtam
generationem alij poſteri: qui ſuccedunt poſteris tribulan
tur: ego tribulor vſq; in finem ſeculi. Quicũq; in meo corpo
re tribulantur: ego tribulor. In quacũq; ergo die tribulor Pš.13.
inclina aurem tuam ad me. [In quacũq; die inuocauero te:
† cito exaudi me.] Hoc idem eſt. Iam nũc inuoco: Sed in Al. † velo citer.
quacũq; die inuocauero te: cito exaudi me. Orauit petrus:
orauit paulus: orauerũt ⁊ ceteri apoſtoli: orauerunt fideles
temporibus illis: orauerunt fideles conſequẽtibus tempo
ribus: orauerũt fideles martyrum temporibus: orant fide
les noſtris temporibus: orabunt fideles poſterorum temporis

bus. In quacūq̨ die inuocauero te cito exaudi me. Cito exaudi: Iam em̄ hoc rogo qđ dare vis. Nō terrena quaſi terrenus: ſed ex p̄ma captiuitate iam redemptus regnum ce
Eſa.58. lorum deſidero. Cito exaudi me: Nō em̄ niſi tali deſiderio dixiſti: Adhuc te loquente dicam: ecce adſum. In quacunq̨ die inuocauero te: cito exaudi me. Unde inuocas? De qua tribulatione? De qua egeſtate? O pauper ante ianuā diuitis dei: quo deſiderio mendicas? Qua inopia requiris? Qua egeſtate pulſas vt aperiatur tibi? Dic: Audiamus iſtam ipſam egeſtatem: in illa: ⁊ noſipſos inueniamus: ⁊ tecū rogemus.
F Audi ⁊ agnoſce ſi potes: Quia defecerūt ſicut fum⁹ dies mei. O dies: ſi dies. Ubi em̄ dies auditur: lux intelligitur. Sz defecerūt ſicut fumus dies mei. Dies mei: tēpora mea. Unde ſicut fumus: niſi propter elationem ſuperbie? Tales dies dignus fuit accipere ſupbus adam: vnde carnem xp̄s accepit. Ergo in adam chriſtus: ⁊ adam in chriſto. Liberauit pfecto ⁊ a diebus fumi: qui dignatus eſt habere vocem dierum fumi. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei. Uidete fumū ſupbie ſimilem: aſcendentem: tumeſcentem: vaneſcētem. Merito ergo deficientem: non vtiq̨ permanentem. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: Et oſſa mea ſicut
Al's †cremiū aruerunt. † in frixorio confrixa ſunt. Et ipſa oſſa mea: ⁊ ipſa fortitudo mea non ſine tribulatione: non ſine vſtione. Oſſa corporis chriſti: fortitudo corporis chriſti: vbi maior q̄ in ſanctis
7.q.j.Adverſitas.§ apoſtolis? Et tamē vide oſſa frigi. Quis ſcādalizatur ⁊ ego non vror? Fortes ſunt fideles boni: intellectores ⁊ p̄dicato
Hinc auguſtinus. res verbi: viuentes vt loquūtur: loquētes vt audiunt. Fortes plane ſunt: ſed omnes qui ſcādala patiuntur: frixorium
1.Cor.11. ipſorum ſunt. Eſt em̄ ibi charitas ⁊ magis in oſſibus. Interiora ſunt oſſa omnibus carnibus ⁊ portant omnes carnes. Uerum ſi quiſq̄ patiatur aliquod ſcādalum ⁊ in anima periclitetur: tantū os frigitur: quātum amat. Deſit amor: nemo frigitur: adſit charitas ⁊ ſi membrū compatitur: compa
2.Cor.13. G tiente vno membro: quomodo frigūtur qui portant vniuerſa membra? Oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt. † Per
Al.† Percuſſus ſum vt. cuſſum eſt ſicut fenū ⁊ aruit cor meū. Reſpice ad adā: vnde genus humanū. Unde em̄ niſi ab illo propagata miſeria eſt? Unde em̄ niſi ab illo hereditaria iſta paupertas? Dicat ergo cum ſpe iam in corpore chriſti poſitus: ille aliquando in ſuo corpore deſperat⁹. Percuſſum eſt ſicut fenū ⁊ aruit cor
Eſa.40. meum. Merito quia omnis caro fenū. Sed tamen vnde tibi hoc cōtingit? † Quoniā oblitus ſum † manducare panē
Al'† Quia †comedere: meum. Dederat em̄ deus panem precepti. Nam panis anime quid alſi verbum dei? Suggerente ſerpente: p̄uaricante muliere: tetigit vetitum: oblitus eſt preceptum. Me
Gen.3. rito pcuſſum eſt ſicut fenū ⁊ aruit cor eius: quoniā oblitus eſt manducare panem ſuū. Oblitus manducare panem: bibit venenū: Percuſſum eſt cor eius: ⁊ aruit ſicut fenū. Ipſe
Eſa.57. eſt ille percuſſus in Eſaia: de quo dicitur: ⁊ cui dicitur: Nō in eternū tempus iraſcar vobis: Spiritus em̄ a me procedit: ⁊ omnem flatum ego feci: Propter peccatum modicū quid contriſtaui illum: ⁊ percuſſi illum: et auerti faciē meā ab illo. Merito hic: Ne auertas faciem tuam a me: hoc eſt a percuſſo: de quo dixiſti: Percuſſi illū: de quo dixiſti: Uias eius vidi: ⁊ ſanaui eum. Percuſſum ē ſicut fenum: ⁊ aruit cor meū: quia oblitus ſum manducare panem meū. Modo manduca. Oblitus erat: ſed venit et ipſe panis: in cuius corpore tibi licet recordari vocem obliuionis tue: ⁊ clamare ex paupertate vt ſumas diuitias. Modo manduca: In
Joan.6. eius enim corpore es: qui ait: Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. Oblitus eras manducare panem tuum: ſed
Pſ.21. iam illo crucifixo: cōmemorabuntur ⁊ cōuertentur ad dn̄m vniuerſi fines terre. Poſt obliuionem veniat cōmemora
Joan.6. tio: manducetur panis de celo vt viuatur: non manna ſicut
Matth.5. illi manducauerunt ⁊ mortui ſunt: panis de quo dicit: Bea
Al'† adheſit os meū ti qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam. A voce gemit⁹ mei † adheſerūt oſſa mea carni mee. A voce quā intelligo: a voce quā noui pbabiliter: a voce gemitus mei: non a voce gemitus illorū quibus compatior. Multi enim gemunt: gemo et ego: ⁊ hoc gemo: quia male gemūt. Amiſit nummū: gemit: amiſit fidem nō gemit. Ego appendo nummū ⁊ fidem: et inuenio maiorem gemitum de male gemente: aut nō gemēte. Facit fraudem ⁊ gaudet. Quo lucro? Quo dāno? Acquiſiuit pecuniam: perdidit iuſtitiam: Gemit hinc qui gemere nouit. Qui capiti ppinquat: qui recte heret corpori chriſti: gemit inde. Carnales autem nō inde gemūt: ⁊ gemendos ſe faciunt: quia non inde gemūt: Nec eos poſſumus: vel nō gementes: vel male gementes contemnere. Uolumus em̄ eos corrigere: volumus emendare: volum⁹ reparare: ⁊ quādo non poſſumus gemimus: ⁊ cum gemimus non ab ipſis ſeparamur. A voce em̄ gemitus mei adheſerunt oſſa mea carni mee. Adheſerunt fortes inualidis: adheſerunt firmi infirmis. Unde adheſerunt? A voce gemitus mei: non a vo
Roma.15. ce gemitus illorum. Qua lege adheſerunt: niſi qua dictum eſt: Debemus em̄ nos firmi infirmitatem infirmorum por
I
Al.† ſolitudinis tare? Adheſerūt oſſa mea carni mee. Similis factus ſum pellicano † qui habitat in ſolitudine: factus ſum ſicut nycti
Al.† in domicilio. corax † qui habitat in parietinis. Uigilaui: ⁊ factus ſum ſi
Al.† ſolitarius. cut paſſer † ſingularis in tecto. Ecce tres aues: ⁊ tria loca: quid ſibi velint: donet domin⁹ vt dicamus: ⁊ vt audiatis vtiliter qđ dicitur ſalubriter. Quid ſibi volunt tres aues: ⁊ tria loca? Que tres aues? Pellicanus: nycticorax: et paſſer: Et tria loca: Solitudo: parietinas: et tectum. Pellicanus in ſolitudine: nycticorax in parietinis: paſſer in tecto. Primo quid ſit pellicanus dicendum eſt. In ea quippe regione naſcitur: vt nobis ignota hec auis ſit. Naſcitur in ſolitudinib⁹: maxime nili fluminis in egypto. Quelibet hec auis ſit quod de illa pſalmus dicere voluit: hoc intueamur. Habitat inquit in ſolitudine. Quid queris formam eius: membra eius: mores eius: vocem eius? Quātum tibi pſalmus dicit: auis eſt in ſolitudine habitans. Nycticorax: auis eſt amans noctem. Parietine dicitur quas vulgo dicim⁹ ruinas: vbi parietes ſtant ſine tecto: ſine habitantibus: ibi habitat nycticorax. Iam vo paſſer ⁊ tectum quid ſit: noſtis. Inuenio ergo aliquē de corpore chriſti: predicatorem verbi: compatientem infirmis: querentem lucra chriſti: reminiſcentem dn̄i ſui venturi: ne dicat: Serue nequā ⁊ piger: da
Matth.25 re debueras pecuniam meam nūmulariis. Ex huius diſpēſatoris officio videamus hec tria. Uenerit inter aliquos vbi chriſtiani nō ſunt: pellicanus eſt in ſolitudine. Uenerit ad eos qui fuerunt ⁊ ceciderunt: nycticorax eſt in parietinis. Non em̄ deſerit ⁊ in tenebras eorum qui habitant in nocte ⁊ ipſos lucrari vult. Uenerit ad eos qui chriſtiani ſunt quidem habitantes in domo: ... quaſi qui non crediderint: aut quod crediderint dimiſerunt: ſed in eo quod credunt tepide ambulantes: clamat ad eos paſſer. Non in ſolitudine: quia chriſtiani ſunt: nec in parietinis: quia non ceciderunt: ſed tamen in tecto ſunt: Sub tecto potius: q: ſub carne ſunt. Ille ſuper carnem clamat paſſer qui precepta dei
Matt.24 non tacet: nec fit carnalis vt ſubiciatur tecto. Qui enim in tecto eſt: nō deſcendat tollere aliquid de domo: Et quod in aure auditis: p̄dicate ſuper tecta. Iſte tres aues et tria loca: ⁊ vnus homo poteſt habere pſonam trium auium: et tres homines poſſunt habere pſonam trium auiū: Et tria genera locorum: tria genera ſunt hominū: Tamē: ſolitudo:
K parietine: ⁊ tectum: non niſi tria genera ſunt hominū. Sed quid his plurimū? Ipſum dominū videamus: ne forte ipſe ſit: Et melius ipſe agnoſcatur: ⁊ pelicanus in ſolitudine: et nycticorax in parietinis: ⁊ paſſer ſingularis in tecto. Dicat nobis paup iſte caput noſtrum: Pauper voluntate: loquatur pauperibus in neceſſitate. Quod em̄ dicitur: vel etiam legitur de hac aui: id eſt pelicano: non taceamus: Non aliquid affirmantes temere: ſed tamen non tacentes: qđ qui ſcripſerunt ⁊ legi ⁊ dici voluerunt. Uos ſic audite: vt ſi verū eſt congruat: ſi falſum eſt non teneatur. Dicuntur he aues tanq̄ colaphis roſtrorum occidere paruulos filios ſuos: eoſdēq̨ in nido occiſos a ſe lugere per triduum. Poſtremo dicunt matrem ſeipſam grauiter vulnerare: et ſanguinem ſuum ſuper filios fundere: quo illi ſuperfuſi reuiuiſcūt. Fortaſſe hoc verum: fortaſſe falſum ſit: tamen ſi verum eſt quēadmodum illi congruat qui nos viuificauit ſanguine ſuo: videte. Congruit illi quod matris caro viuificat ſanguine ſuo filios ſuos: ſatis congruit. Nam ⁊ ipſe gallinam ſe dicit ſup
Matth.23 pullos ſuos: Hieruſalem hieruſalem quotiens volui cōgregare filios tuos: tanq̄ gallina pullos ſuos ſub alas ſuas: ⁊ noluiſti. Habet em̄ paternam autoritatem: maternū affe
ctum:

ctum:ſicut ⁊ paulus et pater eſt ⁊ mater eſt:non p ſeipſum:
j.Cor.4. ſed per euāgeliū. Pater:vbi dicit: Et ſi habeatis multos pe
dagogos in chriſto: ſed non multos patres: In chriſto enī
Gal.4. ieſu per euāgelium ego vos genui. Mater ergo vbi ait: Fi
lioli mei quos iterum parturio: donec chriſtus formetur in
vobis. Habet ergo hec auis (ſi vere ita eſt) magnam ſimili
tudinem carnis chriſti: cuius ſanguine viuificati ſumꝰ. Sed
Deut.32. quomodo congruat chriſto: quod ipſa occidit filios ſuos?
Act.9. An ⁊ illi non cōgruit: Ego occidam: et ego viuificabo: ego
percutiam: ⁊ ego ſanabo? An vox ſaulus perſecutor moreres
tur: niſi de celo percuteretur. Aut p̄dicator excitaretur: niſi
illius ſanguine viuificaretur? Sed hoc viderint qui ſcripſe
runt: Non in incerto intellectum noſtrum conſtituere nos
debemus: Hanc autem potius in ſolitudine cognoſcamus.
Luce.2. Hoc enī inde pſalmus voluit ponere: pellicanus in ſolitudi
L ne. Puto enī ego hic intelligi chriſtum natum de virgine.
Solus enī ſic: ideo ſolitudo. In ſolitudine natus eſt: quia
ſolus ita natus. Poſt natiuitatem ventum eſt ad paſſionē.
A quibus crucifigebatur? Nūquid a ſtantibus? Nunquid a
legentibus? Ergo tanꝗ in nocte ignorantie ipſorū: ⁊ tanꝗ
Luce.23. in parietinis ruinis ipſorū. Ecce nycticorax ⁊ in parietinis
amat ⁊ noctem. Nam niſi amaret: vnde diceret: Pater igno
ſce illis: quia neſciunt quid faciūt? Deinde natus in ſolitu
dine: quia ſolus ita natus: Paſſus in tenebris iudeorū tāꝗ
in nocte: In preuaricatione tanꝗ in ruinis. Quid poſtea?
Vigilaui. Ergo dormieras in parietinis ⁊ dixeras: Ego dor
Pſ.3. miui Quid eſt: ego dormiui? Quia volui dormiui: noctem
Marci.16. amando dormiui. Sed ibi ſequitur: Exurrexi: quia hic vigi
laui. Sed poſtea ꝙ vigilauit quid egit? Aſcendit in celum:
Factus eſt ſicut paſſer volando: id eſt aſcendendo: ſingula
ris in tecto: id eſt in celo. Ergo pellicanus naſcendo: nycti
corax moriendo: paſſer reſurgendo. Ibi in ſolitudine velut
Roma.8. ſolus: hic in parietinis velut ab eis occiſus qui ſtare nō po
tuerunt in edificio: Hic vo iam vigilans ⁊ volans ſingula
Pſ.83. ris in tecto: ibi interpellat pro nobis. Caput enim noſtrum
paſſer eſt: corpus illius turtur. Etenim paſſer inuenit ſibi do
mū. Quā domū? In celo eſt: interpellat pro nobis. Et tur
tur nidū ſibi. Ecce eccleſia dei nidum de ligno crucis ipſiꝰ
M vbi ponat pullos ſuos: paruulos ſuos. Vigilaui ⁊ factꝰ ſum
ſicut paſſer ſingularis in tecto. ⌊Tota die exprobrabant
mihi inimici mei: ⁊ qui laudabant me: aduerſum me iura
Matth.22 bant. ⌋ Ore laudabant: corde inſidias pparabāt. Audi lau
dem ipſorum: Magiſter ſcimus quia viam dei doces: ⁊ pſo
nam nō accipis: Licet tributū dari ceſari? Quē laudas ſup
plantas. Quare niſi quia qui laudabant me aduerſum me
iurabant? Unde autem hoc opprobriū: niſi quia veni facere
membra mea peccatores: vt agendo penitētiam ſint in cor
Matth.9 pore meo? Inde totum opprobrium: inde perſecutio Qua
re magiſter veſter cum peccatoribus ⁊ publicanis mandu
cat? Non eſt opus ſanis medicus ſed egrotantibus. Utinā
vos egrotare noſſetis vt medicum quereretis: non occide
retis per ſuperbam dementiam falſa ſanitate peruerſis
N Mihi aūt vnde tota die exprobrabant inimici mei? Unde q̄
Al' †Quia laudabant me: aduerſum me iurabant? ⌊†Quoniam cine
†tanꝗ. rem †ſicut panem †manducaui: et †potum meum cum fle
†māduca tu miſcebam. ⌋ Quia hec genera hominū habere i ſuis mē
bam. bris ſananda voluit ⁊ liberāda: inde opprobriū: Hodieqꝫ
†poculū. paganorū opprobriū quale i nos eſt? Quid putatis fratres:
quid eos putatis dicere nobis? Vos corrūpitis diſciplinā:
moreſqꝫ generis hūani peruertitis. Quid inueheris? Dic ꝙs
obrem? Quid fecimus? Dando inquit hominibus peniten
tie locū: pmittēdo impunitatē omniū delictorū: Ideo homi
nes mala faciunt ſecuri: ꝙ eis cum cōuerſi fuerint: omnia
dimittunt. Hinc ergo opprobrium: quoniā cinerem ſicut pa
nem māducaui: ⁊ potū meū cū fletu miſcebā. O q̄ inſultas:
inuito te ad iſtum panem: Nō enī audes te dicere non eſſe
peccatorem. Diſcute conſcientiam tuam: aſcende tribunal
mentis tue: noli tibi parcere: examina te: Loquatur tibi me
dulla: cordis: vide vtrum audeas innocētiam profiteri. Hic
plane ſi ſe reſpexerit conturbabitur: ſi ſe non palpauerit cō
fitebitur. Et quid agis miſer: ſi nō erit portus impunitatis?
Si ſola fuit peccandi licentia: ⁊ nulla peccatorum eſt indul
gentia: vbi eris? Quo ibis? Certe et pro te factus eſt vt pau
per iſte cinerem ſicut panem manducaret: et potum ſuum
cum fletu miſceret. Non te iam delectat tale conuiuium? O
Sed tamen inquit augent homines peccata ſpe venie: im
mo augerent peccata deſperatione venie. Nonne atten
dis ꝙ licentioſa crudelitate viuant gladiatores? Unde hoc:
niſi iam tanꝗ ad ferrum et victimam deſtinati: explere vo
lunt libidinem anteꝗ̄ fundant ſanguinem? Nonne hoc ⁊ tu
tibi diceres: Iam peccator ſum: iam iniquus: iam damnā
dus: nulla venie ſpes eſt Cur iam non faciam quicquid li
bet: et ſi non licet? Cur non impleam quantum poſſum que
cunqꝫ deſidero: ſi poſt hec non reſtant niſi ſola tormenta?
Nonne hoc tibi diceres: et deſperatione ipſa peior fieres?
Potius ergo te corrigit: qui indulgentiā promittit: et dicit:
Redite p̄uaricatores ad cor. Nolo mortem impij: ſꝫ tantū Eſa.46.
vt reuertatur et viuat. Hoc proculdubio portu propoſito: Ezech.18.
deponis vela iniquitatis: conuertis proram: velificas ad iu et.33.
ſtitiam: et ſperas vitam: non negligis medicinam. Nec in P
hoc tibi diſpliceat deus: tanꝗ per iſtam indulgētie promiſ
ſionem ſecuros fecerit peccatores. Etenim ne deſperatio
ne homines peius viuerent: promiſit indulgentie portum.
Rurſus ne de ſpe venie peius viuerent: fecit diem mortis
incertam: prouidentiſſime vtrunqꝫ conſtituens: ⁊ reuerten
tes quo recipiantur: ⁊ differentes vnde terreantur. Man
duca cinerem velut panem: fletum tuum cum potu miſ
ce: Per hoc conuiuium venies ad menſam dei. Noli deſpe
rare: promiſſa eſt indulgentia tibi. Deo gratias inquit qꝫ
promiſſa eſt: teneo promiſſum dei. Ergo iam bene viue:
Cras inquis bene viuam. Indulgentiam tibi deus promi
ſit: craſtinum diem tibi nemo promiſit. Si male vixiſti: be
ne viue iam hodie. Stulte hac nocte auferetur a te anima Luce.12
tua. Non dico que preparaſti cuius erunt: ſed ſm̄ q̄ vixiſti:
vbi eris? Corrige ergo te vt poſſis in corpore chriſti habere
vocem iſtam: quam (niſi fallor) libenter agnoſcis: Quo
niam cinerem ſicut panem manducaui: et potum meum
cum fletu miſcebā. ⌊A facie ire et indignationis tue: †quo Q
niā leuaſti: eliſiſti me. ⌋ Ipſa eſt illa ira tua domine in adā: Al.†q: ele
ira cum qua omnes nati ſumus: cui naſcendo coheſimus: uans alliſi
ira de propagine iniquitatis: ira de maſſa peccati: ſm̄ quā ſti.
dicit Apoſtolus: Fuimus et nos aliquando natura filij Eph.2.
ire: ſicut et ceteri. Et vnde dicit dominus: Ira dei manet Joan.3.
ſuper eum: quia non credidit in vnigenitum filium dei. Nō
enim ait: Ira dei veniet ſuper eum: ſed manet ſuper eum:
quia non tollitur in qua natus eſt. Quare ergo? Et quid ſi
bi vult vox iſta: q̄m leuaſti: eliſiſti me? Non enī ait: Quī le
uaſti ⁊ eliſiſti me: ſed quoniā leuaſti: eliſiſti me. Ideo eliſi Gen.1.
ſti: quia leuaſti. Unde hoc? Homo in honore poſitus: factus
eſt ad imaginē dei. Leuatus in hunc honorē: erectus a pul
uere: erectus a terra: accepit animam rationalem: prepoſi
tus eſt rationis ipſius viuacitate omnibus beſtijs: pecori
bus: volatilibus piſcibus. Quid enim horum habet intelli
gentie rationem? Quia nullum horum factum eſt ad imagi
nem dei. Quomodo nullum horum habet hunc honorē: ſic
nullum horum habet hanc miſeriam. Quid enī pecus plan
git de peccato? Que auis timet gehēnā ignis eterni? Quia
nulla ei participatio beate vite: nulli ſtimuli miſerie. Ho
mo autem quia factus eſt qui ſit in beata vita ſi bene vixe
rit: ideo erit in miſera vita: quia male vixit: Ergo q: leua
ſti: eliſiſti me: Ideo ſequitur me pena quia dediſti mihi li
berum arbitrium. Si enim mihi non dediſſes liberum ar
bitrium: ⁊ per hanc rationem pecoribus me nō faceres me
liorem: nō me ſequeretur damnatio iuſta peccantem: Ergo
per arbitrium liberum leuaſti me: ⁊ per iuſtitie iudiciū eliſi
ſti me. ⌊Dies mei ſicut vmbra declinauerunt. ⌋ Potuerūt R
enim eſſe dies tui non declinantes: ſi tu a die vero non de
clinaſſes. Declinaſti: ⁊ accepiſti dies declinantes. Quid mi
rum ſi dies tui facti ſunt ſimiles tui? Ipſi ſunt enī dies de
clinantes quia deuiaſti: qui ſunt dies fumi: quia tumuiſti.
Supra enim dixerat: Defecerunt ſicut fumus dies mei: et
nunc dicit: Dies mei ſicut vmbra declinauerunt. In hac vm
bra agnoſcendus eſt dies: in hac vmbra videnda eſt lux: ne
poſtea ſera ⁊ infructuoſa penitētia dicatur: Quid nobis p Sap.5.
fuit ſuperbia: ⁊ diuitiarum iactantia quid contulit nobis?
Tranſierunt omnia tanꝗ vmbra. Modo dicit: Tranſibunt

Al's† ſicut ola tanq̃ vmbra:⁊ tu nõ trãſeas tanq̃ vmbra. Dies mei ſicut
vmbra declinauerunt:⌊ Et ego †velut fenũ arui. ⌋ Quia ⁊
ſupra dixerat: Percuſſum eſt ſicut fenum: ⁊ aruit cor meũ:
ſʒ reuireſcet fenuʒ irrigatũ ſanguine ſaluatoris. Ergo ſicut
S fenum arui ego homo poſt illam preuaricationẽ:hoc ego iu
Al' l†autẽ ſto iudicio tuo. Tu autẽ quid?⌊ Tu† vo† domine in eternũ
Al.†nõ hʒ permanes. ⌋ Mei dies ſicut vmbra declinauerunt: ⁊ tu in
eternũ permanes. Temporalem ſaluet eternus. Non enim
quia ego cecidi:⁊ tu ſenuiſti viges ad me liberãdum:qui vi
guiſti ad me humiliandum.¦ Tu vo domine in eternum per
manes:⌊ Et memoriale tuum in generatione et generatio
nem. ⌋ Memoriale tuũ:quia non obliuiſceris in generatio
nem: Non vnam: ſed generationem ⁊ generationem. Pro
1.Timo. 4 miſſionem quippe habemus vite preſentis et future. ⌊ Tu
Al's†q: tẽ exurgens miſereberis ſion:†quoniã venit tempus vt miſe
pus miſe rearis eius. ⌋ Quod tempus? Cum autem venit plenitudo
rẽdi ei' q: tẽporis:miſit deus filium ſuũ factum ex muliere:factuʒ ſub
venit tẽs. lege. Et vbi ſion? Ut eos qui ſub lege erant redimeret. Pri
Gal.4. mitus eñ inde:inde autem apoſtoli:inde illi plus q̃ quin
1.Cor.15. genti fratres:inde illa deinceps multitudo: cui erat anima
Act.4. vna ⁊ cor vnũ in deum. Ergo tu exurgens miſereberis ſiõ:
2.Cor.6. quoniã venit tempus vt miſerearis eius:quoniã venit tem
pus. Qd̃ tempus? Ecce nunc tempus acceptabile:ecce nũc
dies ſalutis. Quis hoc dicit? Seruus dei paulus:edificator
1.Cor.3: qui dicebat: Dei edificium eſtis:qui dicebat: Sicut ſapiẽs
architectus fundamentũ poſui: ⁊ fundamentum aliud ne
Als.†pla mo poteſt ponere:pter id qd̃ poſitum eſt:quod eſt chriſtus
cuerũt ſer ieſus. Ergo ⁊ hic quid dicit?⌊ Quoniã †beneplacitũ habue
uis tuis la runt ſerui tui in lapides eius. ⌋ In lapides cuius? In lapi
pides. des ſion. Sed ſunt ibi ⁊ nõ lapides: Cuius nõ lapides? Er
T go quid ſequit̃?⌊ Et† pulueris eius miſerebuntur. ⌋ Agno
Al.†terre ſcamus lapides in ſion:agnoſcamus puluerem in ſion. Nõ
eñ dicit:lapidum eius miſerebuntur. Sed q̇d ait: Qm̃ he
neplacitũ habuerũt ſerui tui in lapides eius: ⁊ pulueris ei'
miſerebũtur. Beneplacitũ habuerunt in lapides eius:pul
ueris aũt miſerebũtur. Intelligo lapides ſion omnes pro
phetas:ibi premiſſa eſt vox p̃dicatiõis: inde aſſumptus eſt
euãgeliũm officium:per illud p̃coniũ cognitus eſt xp̃s. Er
go ſerui tui beneplacitum habuerũt in lapides ſion. Sed
illi p̃uaricatores recedentes a dño:maliſq; factis ſuis offen
dentes creatorem:in terram vnde ſumpti ſunt redierunt.
Ps.1. Puluis facti ſunt: impij facti ſunt: De q̃bus dicit̃: Non ſic
impij nõ ſic:ſed tanq̃ puluis quẽ proijcit ventus a facie ter
re. Sed expecta dñe:ſuſtine dñe:patiẽs eſto dñe:nõ irruat
ventus:⁊ auferat hunc puluerem a facie terre. Ueniant ve
Gen.1. niant ſerui tui:agnoſcant in lapidibus eloquia tua: miſere
antur pulueris ſion:formetur homo ad imaginem tuam:di
cat puluis ne pereat:memento quia puluis ſumus. Et pul
ueris eius miſerebuntur. Hoc de ſion. Nũquid nõ erat pul
uis qui dñm crucifixit? Qd̃ peius eſt: puluis de parietinis
ruinarũ. Puluis erat prorſus: Uerũtamen nõ fruſtra de pul
Act.4. uere dictum erat: Pater ignoſce illis quia neſciũt quid fa
ciunt. De illo puluere venit paries tot milium credentium:
⁊ p̃cia rerum ſuarum ad pedes apoſtolorum ponentiũ. Ergo
exiuit de illo puluere humanitas: et formata: et formoſa.
Quis eñ de gẽtibus ſic? Quã paucos miramur hoc feciſſe
Act.2.⁊.4 ad illorum tot milia? Subito p̃mo tria milia: poſtea q̃nq; mi
lia: Omnes i vnitate viuentes:o͠es vẽditarũ rerũ ſuarũ pre
cia ad pedes apoſtolorum ponẽtes:vt diſtribueretur vnicuiq;
Gen.2. prout cuiq; opus erat:q̃bus erat aĩa vna: ⁊ cor vnũ in deũ.
U Quis hoc fecit etiam de iſto puluere:niſi qui ⁊ ipſuʒ adam
fecit ex puluere? Hoc ergo de ſion:ſed non tm̃ in ſion. Quid
igitur ſequit̃?⌊ Et timebũt gentes nomen tuũ dñe:⁊ omes
reges terre gloriam tuã. ⌋ Iam qm̃ miſertus eſt ſion: iam
qm̃ ſerui tui beneplacitum habuerũt in lapides eius cogno
ſcendo fundamentũ apoſtolorum ⁊ prophetarum:iam qm̃ miſer
ti ſunt pulueris eius:vt formaretur vel potius reformaret̃
homo viu' ex puluere: Hinc p̃dicatio creuit in gentib'. Ti
Eph.2. meant nomen tuũ gentes:⁊ omnes reges terre gloriã tuã.
Ueniat ⁊ alius paries de gentib': agnoſcat̃ lapis angularis:
Al' †Quia Ibi hereãt duo de diuerſo veniẽtes:ſʒ iã nõ adſa ſentiẽtes.
⌊ †Qm̃ edificauit dñs ſiõ: ⌋ Hoc agit̃ nũc. Eia lapides viui
in ſtructuram currite:nõ in ruinam: Edificatur ſion:cauete

parietinas. Edificatur turris:cauete diluuiũ:edificatur ar
ca:obſeruate diluuiũ. Hoc agit̃ nunc:quoniã edificauit do
minus ſion. Sed edificata ſion::nũc q̇d fiet?⌊ Et videbit̃ ⌋ Al.†maie
inquit ⌊ in†gloria ſua. ⌋ Ut edificaret ſion: ⁊ vt eſſe funda ſtate ſua.
mentum in ſion:viſus eſt a ſion:ſed non in gloria ſua. Uidi Eſa.53.
mus eũ ⁊ non habebat ſpeciem neq; decorem. At vo cũ ve
nerit iudicare cum angelis ſuis:quãdo congregabũtur an
te eum oẽs gentes:quãdo oues ad dexteram:hedi ad ſini Mat.25.
ſtram ſeparabũtur:nõne tunc videbunt in quem pupuge Zach.12.
runt? Et confundentur ſero:qui prima penitentia ⁊ ſalubri
confundi noluerunt. Edificabit dñs ſion:⁊ videbitur in glo X
ria ſua:qui in illa primo viſus eſt in infirmitate ſua. ⌊ †Et Al.†nõ hʒ
reſpexit in orationẽ humiliũ: ⁊ non†deſpexit deprecationeʒ †ſpreuit
eorũ. ⌋ In edificatione ſion hoc agitur modo: edificantes precẽ.
ſion orant ⁊ gemũt. Ille vnus paup:quot pauperes multi:
quia milia in tot gentibus:vnus q: vnitas pacis eccleſie.
Ipſe vnus:ipſe multi. Unus pp̃ter charitatem: multi pro
pter latitudinẽ. Ergo nũc oratur:nũc curritur. Nũc ſi quis
aliquid aliter erat:et aliter ſe habebat: manducet cinerem
ſicut panẽ:⁊ potũ ſuũ cũ fletu cõmiſceat. Nunc tp̃s eſt cum
edificatur ſion:nũc intrant lapides in ſtructurã. Perfecto
edificio ⁊ dedicata domo q̇d curris ſero q̃ſiturus: inaniter
petiturus: fruſtra pulſaturus: foris remanſurus cum q̃nq; Mat.25.
virginibus fatuis? Nunc ergo curre? Reſpexit eñ in oratio
nẽ humilium:⁊ nõ deſpexit p̃cem eorum. ⌊ Scribantur hec in
†generationẽ alteram. ⌋ Quãdo hec ſcribebãtur: hec non Al.†gene
ita p̃derant eis inter quos ſcribebant̃. Scribebant̃ eñ ad ratõe alte
pp̃hetandũ nouũ teſtamentũ:inter hoĩes qui viuebant ex ra.
veteri teſtamento. Sed ⁊ illud vetus teſtamentũ deus de
derat:⁊ in illa terra p̃miſſionis pplm̃ ſuũ collocauerat. Sʒ
quoniã memoriale tuũ in generatione ⁊ generationẽ: non
iniquorum eſt:ſed iuſtorum. In vna generatione ptinet ad vet'
teſtamentum:in alia aũt generatione ptinet ad nouũ teſta
mentum. Et q: hoc qd̃ pp̃hetatũ eſt nouũ teſtamentũ pre
nũciat: Scribantur hec inquit in generationẽ alterã:⁊ ppls
qui creabitur laudabit dñm: Non populus q̇ creatus eſt:ſʒ
populus qui creabitur. Quid eſt [illegible] fratres mei: q̃ hic
p̃dicta eſt illa creatura:de qua dicit apl's: Siqua igitur in 2.Cor.5.
chriſto noua creatura:vetera trãſierũt: Ecce facta ſunt oĩa
noua: Omnia aũt ex deo. Quid eſt: oĩa autem ex deo? Et ve
tera ⁊ noua:quia memoriale [illegible] in generatione ⁊ genera
tionem. ⌊ Et populus qui creabitur laudabit dñm: †Quo Al' †Quia
niam proſpexit ex†alto ſancto ſuo. ⌋ Proſpexit ex alto: vt †excelſo.
veniret ad humiles:⁊ ex alto factus eſt humilis: vt exalta
ret humiles.

❡ Sermo ſecũdus:de ſecũda parte pſalmi.

HEſterno die audiuimus cuiuſdam pauperis gemitũ
in oratione:eumq; eſſe cognouimus:qui propter nos A
pauper factus eſt cum diues eſſet:vt illius paupertate nos 2.Cor.8.
ditaremur:eiq; membra coherẽtia ⁊ per ſuũ caput loquen
tia vidimus. Uidimus enim ibi ⁊ noſipſos: ſi tamẽ per eius
gratiam aliquid ⁊ nos. Finita aũt iã erant verba gemituũ.
⁊ ceperant conſolationum. Sed ea finiri heſterno die tra
ctando minime potuerunt: In his que reſtant audiam' ho
die non iam gementem pauperẽ:ſed gaudentẽ. Ideo gau
dentem:q: ſperantẽ:ideo ſperãtem:q: non de ſe p̃ſumentẽ.
Prenũciauit felicitatem rerum humanarũ in ſcripturis dei:
et adiecit: Scribantur hec in generationem alterã:⁊ ppls q̇
creabitur laudabit dñm: Quoniam p̃ſpexit et alto ſancto
ſui. Huc uſq; ſermo heſternus perductus eſt. Uidete que ſe B
quãtur:⌊ Domin' de celo in terram †p̃ſpexit: Ut audiret ge Al.†aſpe
mitum compeditorum:vt†ſolueret filios †mortificatorum. ⌋ xit.
Inuenim' in alio pſalmo dictum. Intret in conſpectũ tuũ †ſolueret.
gemitus compeditorum:⁊ in eo loco dictum:vbi vox marty †interem
rum intelligebatur. Unde martyres compediti? Nonne ca ptorum.
tenati potius q̃ compediti? Ductos enim ſanctos dei mar Ps.78.
tyres poſt iudices: per prouincias circũeuntes: in catenas
nouimus miſſos:in compedes autem non nouimus Agno
ſcuntur ⁊ compedes diſcipline dei ⁊ timoris eius:de quo di Eccli.1.
ctum eſt: Initiũ ſapiẽtie timor domini. Per hunc enim ti Mat.10.
morem nõ timuerunt ſerui dei eos qui corpus occidũt:ani
mam autẽ non poſſunt occidere:quia eum timebant qui ha
bet poteſtatẽ

bet poteſtatē ꝛ corpus ꝛ animā occidere in gehēnam ignis
Niſi eñ compedibus timoris huius ligati eſſent martyres:
quādo oia dura ꝛ moleſta ſuſtinerent a pſecutoribus ſuis:
cum eis liberū fuerit facere qḋ cogebantur: et euadere qḋ
patiebantur? Sed alligauerat eos dñs iſtis cōpedibus du
ris quidē ꝛ moleſtis ad tempus: ſed tolerandis ꝓpter pro
Pſ. 16. miſſa eius cui dicitur: Propter verba labiorum tuorum: ego cu
ſtodiui vias duras. Gemendū quidem eſt in his cōpedib⁹
ad impetrandā miſericordiam dei: Unde vox martyrum eſt
Pſ. 78. in alio pſalmo: Intret in conſpectū tuū gemitus compedi
torum: Non tamen euitandi ſunt tales cōpedes vt appetatur
pniecioſa libertas: ꝛ tpalis vite breuiſq; dulcedo: quā ſequat
amaritudo perpetua. Proinde ſcriptura ne recuſemus eſſe
Eccli. 6. cōpediti ſapientie: ſic nos alloquit: Audi fili: ꝛ excipe ſentē
tiam meam: ꝛ ne abijcias conſiliū meum: ꝛ infer pedē tuū
in compedes illi⁹: ꝛ in torquē eius collum tuū: Subijce hu
merum tuū ꝛ porta illā: ꝛ ne oderis vincula eius: In omni
aīa tua accede ad illā: ꝛ in omni virtute tua ſerua vias ei⁹:
Inueſtiga ꝛ inquire ꝛ innoſcet tibi: ꝛ ꝯtinens factus ne de
relinquas eam: In nouiſſimis eñ inuenies requiē eius: et
cōuertetur tibi in leticiam: ꝛ erunt tibi cōpedes eius in pro
tectionem fortitudinis: ꝛ torques illius in ſtolā glorie. De
cus eñ aureum eſt in illa: ꝛ vincula illius ſila hyacinthina:
Stolam glorie indues eam: ꝛ coronā exultationis ſuperpo
nes tibi. Clament ergo cōpediti q̄diu ſunt in vinculis diſci
pline dei: in qua ſunt exercitati martyres: Soluentur cōpe
des ꝛ volabunt: ꝛ eadē ipſa in ornamentū poſtea cōuerten
tur. Factū eſt hoc de martyrib⁹. Quid eñ pſecutores occi
dendo fecerūt: niſi vt cōpedes ſoluerentur: ꝛ in coronas con
uerterentur? De celo ergo ꝓſpexit dñs vt audiret gemitū
E compeditorum: vt ſoluat filios mortificatorum. Mortificantur
illi: filij aūt mortificatorum qui: niſi nos? Quō autem ſoluimur
Pſ. 115. nos: niſi cum dicim⁹ ei: Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrifica
bo hoſtiam laudis? Soluitur aūt vnuſquiſq; a vinculis cu
piditatum malarū vel a nodis peccatorum ſuorum. Remiſſio pec
catorum: ſolutio eſt. Quid eñ ꝓdeſſet Lazaro: q2 proceſſit de
Joan. 11. monumēto: niſi diceretur: Soluite eum ꝛ ſinite abire? Ipſe
quidem voce de ſepulchro ſuſcitauit: ipſe clamando animā
reddidit: ipſe terrenā molē terreno ſepulchro impoſitā vi
cit: ꝛ ꝓceſſit ille vinctus. Non ergo pedibus ꝓprijs: ſed vir
tute ꝓducentis fit hoc in corde penitentis. Cū audis homi
nem penitere peccatorum ſuorum: iam reuixit: Cum audis homi
nē confitendo ꝓferre ꝯſcientiā: iam de ſepulchro educt⁹ eſt:
Mat. 16 ſed nōdum ſolut⁹ eſt. Quādo ſoluit? A q̄bus ſoluitur? Que
ſolueritis inquit in terra: erunt ſoluta ꝛ in celo. Merito per
Sup Jo. tract. 49. L. in fi. eccleſiam dari ſolutio peccatorum pōt: ſuſcitari aūt ipſe mortuus
nō niſi intus clamāte dño pōt. Hec eñ deus interius agit.
Loquimur ad aures veſtras: vnde ſcimus q̄d agat i cordi
bus veſtris? Qḋ aūt intus agitur: nō a nobis ſed ab illo agi
tur. Proſpexit ergo vt ſoluat filios mortificatorum. Quorum
D mortificatorum: audiſtis: quos filios audiſtis. Quid deinde?
Al. ꝛ annū cient Quare hoc agitur? Auſculta: [Ut ꝛ annūcietur in ſion no
men domini.] Primo eñ premebatur eccleſia: quādo mor
tificabant compediti: poſt illas preſſuras annūciatur in ſiō
nomen dñi: cum magna libertate in ipſa eccleſia. Ipſa eñ
ſion: nō ille vnus locus p̄mo ſuperbus: poſtea captiuatus: ſed
ſion cui⁹ vmbra erat illa ſion q̄ interpretatur ſpeculatio: Pro
pterea quia in carne poſiti videmus in priora extendentes
nos: nō ad preſens qḋ eſt: ſed ad id qḋ futurū eſt: ideo ſpe
culatio. Ois eñ ſpeculator longe ꝓſpicit. Specula dicitur
vbi ponitur cuſtodes. Fiunt iſte ſpecule in ſaxis: in monti
bus: in arboribus: ad hoc vt de loco eminentiore longe vi
deatur. Sion ergo ſpeculatio: eccleſia ſpeculatio. Uñ ſpecu
Pſ. 72. latio? Longe videre: hoc eſt ſpeculatio. Labor eſt eñ ante
me donec introeam in ſanctuariū dei: ꝛ intelligam in nouiſ
ſima. Qualis ſpeculatio intelligere in nouiſſima? Tranſire
mare videndo: nō nauigando: ꝛ habitare in extremis ma
ris: id eſt ibi ponere ſpem in eo: qḋ erit finito ſeculo. Ergo
ſi eccleſia ſpeculatio: vbi iam annūciatur nomen dñi? Non
ſolū nomen dñi in hac ſion annūciatur: ſed ꝛ laus eius inq̄t
in hieruſalem. Et quō annūciat? Audi. [In cōueniēdo po
Al. ꝛ reges pulos in vnū: ꝛ regna vt ſeruiant dño.] Unde hoc factū:
niſi ſanguine mortificatorum? Unde hoc factū: niſi gemitib⁹ cō

peditorum? Exauditi ergo ſunt q̄ erant in preſſura ꝛ humilita
te: vt eſſet noſtris tēporibus eccleſia in tanta gloria quam
videm⁹: vt iam regna q̄ pſequebant: ipſa ſeruiant domino.
[Reſpōdit ei i via ꝛ fortitudinis ſue.] Cui rñdit: niſi dño? Al. ꝛ virtu tis.
Quis reſpondit? Supra videamus: Et laus eius inquit in
hieruſalem: In cōueniendo populos in vnū ꝛ regna: vt ſer
uiāt dño. Reſpōdit ei in via fortitudinis ſue. Que illi reſpō
dit: aut quis ei reſpondit in via fortitudinis ſue? Queram⁹
ergo p̄mo quis reſpondit: ꝛ ſic queram⁹ q̄ ſit via fortitudi
nis eius. Superiora verba indicant reſpondiſſe ei: aut lau
dem eius: aut hieruſalem. Supra eñ dixerat: Et laus eius
in hieruſalem: In cōueniendo populos in vnū: ꝛ regna vt
ſeruiant dño. Reſpondit ei: nō poſſum⁹ dicere regna: quia
reſponderunt dixiſſet. Reſpōdit ei: nō poſſumus dicere po
puli: q2 ꝛ hic reſponderunt dixiſſet. Quia ergo reſpōdit ei:
Singularē numerū q̄rimus ſuperius: ꝛ nō inuenimus: niſi
aut laudē eius: aut hieruſalē. Et q2 hoc ambiguū eſt vtrū
laus eius an hierlm: ſm vtrūq; tractemus. Quō ei reſpon
det laus eius? Quādo ei grās agunt vocati ab illo. Ille eñ
vocat: nos reſpondem⁹: nō voce ſed fide: nō lingua ſed vita
Si eñ vocat te deus: ꝛ precipit: ꝛ tu male viuis: vocationi
eius nō reſpondes: Nec laus eius rñdet ei de te: q2 ſic viuis
vt ille nō laudet: ſed potius blaſphemet per te: Cum autē
ſic viuim⁹ vt p nos laudet deus: rñdit ei laus eius de voca
tis ꝛ ſanctis eius. Rñdit ei hierlm: Uocata eſt eñ et hieru
ſalem. Et p̄ma hierlm noluit audire: ꝛ dictū eſt ei: Ecce di
mittetur vobis domus veſtra deſerta. Hieruſalē hierlm la Mat. 23.
get: clamat: ꝛ nō rñdetur: quotiens volui congregare filios
tuos tanq̄ gallina pullos ſuos ſub alas ſuas: ꝛ noluiſti: non
reſpondet: Pluitur deſup: ꝛ p fructu ſpine pferūtur. At vo
illa hieruſalē de q̄ dictū eſt: Letare ſterilis q̄ nō paris: erū Eſa. 54.
pe ꝛ exclama q̄ non parturis: q2 multi filij deſerte magis Gal. 4.
q̄ eius que habet virū: reſpondit ei. Quid eſt: reſpondit ei?
Non contempſit vocātem. Quid eſt reſpōdit ei? Ille pluit:
illa fructū dedit. Reſpōdit ei. Sed vbi? In via fortitudinis H
ſue. Nūquid in ſe? Nam q̄d eſſet in ſe: aut quā vocē haberet
in ſe. de ſe: niſi ſolā vocē pcti: vocē iniquitatis? Exuite vocē Pſ. 40.
ipſius: q̄d inuenis niſi tumultū? Ego dixi dñe miſerere mei:
ſana aīam meam: quia peccaui tibi. Porro ſi iuſtificata eſt:
reſpondit ei: nō ex meritis ſuis: ſz ex manibus ipſius: Ubi?
In via fortitudinis ſue. Chriſtus eſt: ipſe eſt. Ego ſum inq̄t Joan. 14.
via: veritas ꝛ vita. Sed ante reſurrectionē non agnoſceba 2. Cor. 13.
tur a populo ſuo: Et maxime crucifix⁹ et infirmitate latuit
quis eſſet: donec fortis reſurgendo appareret. Non ei ergo
reſpondit eccleſia in via infirmitatis: ſed in via fortitudinis
ſue: quia poſt reſurrectionē vocauit eccleſiam de toto orbe
terrarū: iam nō infirm⁹ in cruce: ſed fortis in celo. Non enim 3. ſentē. di.
laus fidei chriſtianorum eſt: q2 credunt mortuū xp̄m: ſed quia 24. Sihs.
credūt reſurrexiſſe xp̄m. Nam mortuū ꝛ pagan⁹ credit: ꝛ h
tibi p crimine obijcit: q2 in mortuū credidiſti. Que igit laus
tua? Credere reſurrexiſſe xp̄m: ꝛ ſperare te reſurrecturum
eſſe per xp̄m: Hec eſt laus fidei. Si eñ credideris in corde Roma. 10.
tuo: q2 dñs eſt chriſtus ieſus: ꝛ cōfeſſus fueris ore tuo: quia
deus ſuſcitauit eū a mortuis: ſaluus eris. Non ait: ſi cōfeſ
ſus fueris: q2 deus eū tradidit occidendū: ſed q2 eum deus
ſuſcitauit a mortuis: ſi cōfeſſus fueris tunc ſaluus eris. Cor Roma. 8.
de eñ creditur ad iuſticiā: ore aūt confeſſio fit ad ſalutem. Roma. 10
Quare aūt credim⁹ ꝛ mortuū? Quia credere eū reſurrexiſ
ſe nō poſſum⁹: niſi prius mortuū fuiſſe credamus. Quis eñ
reſurgit: niſi mortuus fuerit? Quis expgiſcitur: niſi p̄us dor
mierit? Sed nūquid q̄ dormit non adijciet vt reſurgat? Hec Pſ. 40.
fides eſt chriſtianorum. In hac ergo fide in qua cōgregata eſt Eſa. 54.
eccleſia: multi illi filij deſerte magis q̄ eius q̄ habet virum. B
Rñdit ei: Dixit ei laudē ſm eius p̄cepta in via fortitudinis
eius: nō in via infirmitatis eius. Quō ei rñderit: iam ſupra
audiſtis: In cōueniendo pplos in vnū ꝛ regna: vt ſeruiant
dño. In hoc ei q̄ rñdit in vnitate: Qui aūt nō eſt in vnitate
non ei rñdet. Ille eñ vnus eſt: eccleſia vnitas. Nō reſpon
det vni: niſi vnitas. Sed exiſtunt q̄ dicant: Iam hoc factum
eſt: reſpondit ei: in oībus gentibus eccleſia pariens filios
plures: q̄ illa q̄ habebat virū. Reſpōdit in via fortitudinis Ibidem.
ſue: Credidit eñ xp̄m reſurrexiſſe. crediderūt in eū omnes
gentes: Sed illa eccleſia q̄ fuit omniū gentiū: iam non eſt:

periit. Hoc dicũt qui in illa nõ ſunt. O impudẽtem vocem:
Illa nõ eſt:quia tu in illa nõ es. Uide ne tu ideo nõ ſis: Nã
illa erit:⁊ ſi tu nõ ſis. Hanc vocẽ abominabilem ⁊ deteſtabi
lem:pſumptionis ⁊ falſitatis plenã:nulla veritate ſuffultã:
nulla ſapientia illuminatã:nullo ſale conditam:vanã:teme
rariã:pcipitem:pnicioſam:pũidit ſpũs dei:⁊ tãq̃ ↄtra illos
cum annũciaret vnitatem: In cõueniendo pplos in vnũ et
regna:vt ſeruiant dño. Cũq̃ ſubdidiſſet:rũdit,ei:vtiq̃ laus
eius:vtiq̃ hieruſalẽ mater noſtra de peregrinatiõe reuocã
da:fetoſa cũ multis filijs:magis q̃ ea q̃ habebat virũ. Q̃ſi
D Al. ✝pau | quidã dicturi erant ↄtra:fuit: ⁊ nõ eſt. ⌊✝Exiguitatem⌋
citatẽ. | inquit⌊dierũ meoꝝ✝annũcia mihi.⌋ Quid eſt qḋ neſcio q̃
✝annũcia. | recedentes a me murmurãt ↄtra me? Quid eſt qḋ pditi me
periſſe cõtendunt? Certe enĩ hoc dicũt:q:fui ⁊ nõ ſum: An
nũcia mihi exiguitatem dierum meoꝝ. Non a te quero illos
dies eternos: Illi ſine fine ſunt:vbi ero nõ ipſos quero: Tẽ
porales quero. Tpales dies mihi annũcia. Exiguitatẽ die
rũ meoꝝ: nõ eternitatẽ dierũ meoꝝ annũcia mihi. Quãdiu
ero in iſto ſeculo:annũcia mihi ppter illos qui dicũt:fuit: ⁊
iam nõ eſt:ppter illos qui dicũt:implete ſunt ſcripture:cre
diderunt oẽs gentes: ſed apoſtatauit ⁊ periit eccl'ia de oĩ
bus gentibus. Quid eſt hoc:exiguitatem dierũ meoꝝ annũ
cia mihi? Et annũciauit: nec vacua fuit vox iſta? Quis annũ
Mat.28 | ciauit,mihi niſi ipſa via? Quõ annũciauit? Ecce ego vobiſcũ
ſum vſq̃ ad cõſummationẽ ſeculi. Sed hic exiſtunt ⁊ dicũt:
Uobiſcũ ſum inquit,vſq̃ in ↄſummationẽ ſeculi:q: nos pre
uidebat:q: pars donati erit in terra. Nunquid ipſa eſt que
dixit: Exiguitatem dierũ meoꝝ annũcia mihi: ac nõ illa po
tius que ſuperius loquebat̃: In cõueniendo pplos in vnũ
⁊ regna:vt ſeruiant,dño? Uñ nobis cor dolet? Quia ⁊ impe
ratores ↄtra hereticos leges pponũt. Ibi impletũ eſt: Et
regna vt ſeruiant dño. Non eñ vos filij eſtis illoꝝ mortiſi
catoꝝ:quoꝝ vox compeditoꝝ exaudita eſt a dño? Abſit. Nõ
hoc indicant facta veſtra:nõ hoc indicat ſupbia veſtra:non
Matth.5. | hoc indicat vanitas veſtra. Nõ ſapitis ⁊ foris eſtis. Sal in
I | fatuatũ eſtis:ideo ⁊ ab hoĩbus conculcamini. Audite quid
dicat eccl'ia. Que eccleſia? Que cõgregauit pplos in vnum.
Que eccleſia? Que cõgregauit regna vt ſeruiãt dño. Mo
ta vocib' veſtris ⁊ falſis opinionib' veſtris:q̃rit a deo vt exi
Mat.28. | guitatẽ dierũ ſuoꝝ annũciet ſibi: ⁊ inuenit dñm dixiſſe: Ecce
ego vobiſcum ſum vſq̃ in cõſummationẽ ſeculi. Hic vos di
citis: De nobis,dixit: Nos ſumus:nos erimus vſq̃ in ↄſum
mationẽ ſeculi. Interroget̃ ipſe xp̃s cui dictũ eſt: Exiguita
Mat.24. | tem dierũ meoꝝ annũcia mihi. Et pdicabit̃ inquit hoc euã
gelium in vniuerſo orbe in teſtimoniũ oĩbus gẽtibus:⁊ tũc
veniet finis. Quid eſt quod dicebas:hoc certe,fuit ⁊ periit?
Dñm audi annũciantem exiguitatem dierũ meoꝝ. Predica
bitur inquit,hoc euãgelium. Ubi? In toto orbe terrarum.
Quibus? In teſtimoniũ oĩbus gentibus. Quid poſtea? Et
tunc veniet finis. Nõ vides adhuc eſſe gentes: in q̃bus nõ
dum pdicatum eſt euãgelium? Cur ergo neceſſe ſit impleri
qḋ dñs dixit: Exiguitatem dierũ meoꝝ annũciabis eccleſie:
vt pdicetur hoc euangeliũ in oĩbus gentibus:⁊ tunc veniet
finis. Quid,eſt qḋ dicis iam periſſe eccl'iam de oĩbus genti
bus:qñ ad,hoc pdicatur,euangelium:vt poſſit eſſe in oĩbus
gentib'? Ergo vſq̃ in finẽ ſeculi eccleſia in oĩbus gentib': ⁊
ipſa eſt exiguitas dierũ:q: exiguum eſt omne qḋ finitur:vt
iam in eternitate ab iſta exiguitate transfeatur. Pereant
heretici:pereant qḋ ſunt: ⁊ inueniantur vt ſint qḋ nõ ſunt.
Exiguitas dierũ vſq̃ in finem ſeculi erit. Exiguitas dierũ
ideo:quia totum hoc tempus:nõ dico ab hoc hodierno die
vſq̃ in finem ſeculi:ſed ab adam vſq̃ in finem ſeculi:exigua
gutta eſt cõparata eternitati. Non ergo blandiãtur ſibi cõ
tra me heretici:quia dixi: Exiguitatem dierum meoꝝ:quaſi
Al. ✝dimi | non permãſuram vſq̃ in finem ſeculi. Quid enim addidit?
dio. | ⌊Ne reuoces me in✝dimidium dierum meorum.⌋ Noli
quomodo heretici loquũtur:ſic mecum agere. Uſq̃ in finẽ
ſeculi me perduc:nõ in dimidium dierum meorum: Et per
fice mihi dies exiguos:vt dones mihi poſtea dies eternos.
K | Quare ergo de exiguitate dierum requiſiſti? Quare? Uis
Al. ✝gene | audire? ⌊In✝generatione generationũ anni tui.⌋ Ideo
ratiõe ⁊ ge | ergo de diebus exiguis queſiui:quia licet vſq̃ in finem ſe
nerationẽ. | culi durent mecum iſti dies:exigui ſunt in comparatiõe die
rum tuorum: Anni enim tui in generatione generationum.
Quare non ait:anni tui in ſecula ſeculorum (ſic enim magis
ſolet eternitas ſignificari in ſanctis ſcripturis) ſed ait: In
generatione generationũ anni tui? Sed qui anni tui? Qui:
niſi qui non veniũt vt transeant? Qui:niſi qui non ideo ve
niunt vt non ſint? Omnis enim dies in hoc tempore ideo ve
nit vt non ſit:omnis hora:omnis menſis:omnis annus: Ni
hil horum ſtat:anteq̃ veniat erit:cum venerit non erit. Illi
ergo anni tui eterni:anni tui qui non mutantur: in genera
tione generationum erunt. Eſt quedam generatio genera | 1.ſen. diſt.
tionum:in illa erunt anni tui. Que eſt iſta? Eſt quedam ⁊ | 19.pater ꝗ
ſi bene agnoſcamus in illa erimus:⁊ anni dei:in nobis erũt.
Quomodo in nobis erunt? Quomodo ipſe deus in nobis
erit: Unde dictum eſt: Ut ſit deus omnia in omnibus. Non | 1.Cor.15.
enim aliud anni dei:⁊ aliud ipſe deus: Sed anni dei:eterni
tas dei eſt. Eternitas ipſa dei ſubſtantia eſt: que nihil ha
bet mutabile: ibi nihil eſt preteritum quaſi iam nõ ſit:nihil
eſt futurum quaſi nondum ſit:ſed non eſt ibi niſi eſt: Non
eſt ibi fuit,et erit:quia ⁊ quod fuit:iam,non eſt:⁊ quod erit
nondum eſt:ſed quicquid ibi eſt non niſi eſt. Merito ſic miſ
ſit deus famulum ſuum moyſen. Queſiuit enim nomẽ mit
tentis ſe:requiſiuit ⁊ audiuit:nec deſertum eſt deſiderium
concupiſcentie bone. Queſiuit autem non quaſi curioſita
te preſumendi:ſed neceſſitate miniſtrandi. Quid inquit di | 5.de trini.
cam filijs iſrael:ſi dixerint mihi: quis te miſit ad nos? Et | ca.2.
ille indicans ſe creature creatorem:deum homini:immorta
lem mortali:eternum temporali: Ego inquit ſum qui ſum. | Exo.3.
Tu diceres:ego ſum. Quis? Caius:alius lucius: alius mar
cus. Aliud ne diceres:niſi nomen tuum diceres? Hoc expe
ctabatur de deo. Hoc enim erat queſitum. Quid vocaris?
A quo me miſſum eſſe reſpondebo querentibus? Ego ſum.
Quis? Qui ſum: Hoc eſt nomen tuum. Hoc eſt totum quod
vocaris. Non eſſet tibi nomen ipſum eſſe: niſi quicquid eſt
aliud tibi comparatum: inueniretur non eſſe vere. Hoc eſt
nomen tuum. Exprime hoc idem melius. Uade inquit: et | Ibidem
dic filijs iſrael: Qui eſt miſit me ad vos: Ego ſum qui ſum:
qui eſt miſit me ad vos. Magnum ecce eſt: magnum eſt.
Ad hoc homo quid eſt? Ad illud tam magnum eſt homo qḋ
eſt quicquid eſt. Quis apprehendat illud eſſe? Quis eius
particeps fiat? Quis anhelet? Quis aſpiret? Quis ibi ſe eẽ
poſſe, preſumat? Noli deſperare humana fragilitas: Ego
ſum inquit deus Abraam:⁊ deus Iſaac:⁊ deus Iacob. Au | Ubi.s.
diſti quid ſim apud me:audi et quid ſim propter te. Hec igi
tur eternitas vocauit nos:et erupit ex eternitate verbum. | L
Iam eternitas: iam verbum: et nondum tempus. Quare
nondum tempus? Quia factum eſt ⁊ tempus. Quomodo
factum eſt ⁊ tempus? Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine | Ioan.1.
ipſo factum eſt nihil. O verbum ante tempora per quod fa
cta ſunt tempora:natum eſt in tempore cum ſit vita eterna:
vocans temporales,faciens eternos. Hec generatio genera | Eccle.1.
tionum. Generatio enim vadit:⁊ generatio venit. Et vide
tis generationes hominum ſic eſſe in terra:tanq̃ in arbore
folia. Sed in arbore oliue vel lauri vel cuiuſcunq̃ alterius
que toto tempore fronde veſtita eſt: ſic tanq̃ folia genus
humanũ terra portat: plena eſt hominibus: ſed cum alijs
morientibus:alij naſcendo ſuccedunt: Semper enim arbor
illa veſte viridi ornata eſt. Sed ſubter attende q̃ multa cal
ces arida folia. Ergo fuit generatio ſub adam:tranſijt. Na
ti ſunt inde quidam futuri participes eternitatis dei etiam
illo tempore. Inde enim abel: ide ſeth:inde enoch. Trãſijt
illa generatio:venit diluuium: remanſit vna domus. Et il | Geñ.4.
la generatio dedit aliquos: ipſum noe: et tres filios eius.
et tres nurus eius. In tota enim domo iſta octonaria: ſo | Geñ.9.
lus vnus peccator inuentus eſt. Acceſſit numerus ſupe
riori generationi. Deinde de tribus filijs noe: tanq̃ de tri
bus menſuris farine impletus eſt orbis. Electus eſt abrã.
Iſaac,et Iacob: ſancti viri patriarche placuerunt deo.
Dedit et illa generatio ſequentes etiam generantes: De
derunt prophetas: dederunt precones dei. Uenit etiam
poſtea et ipſe dominus noſter Ieſus chriſtus: miſit fermẽ
tum in tres menſuras farine quouſq̃ fermentetur totum. | Mat.13.
Temporibus in terra carnis illius fuerunt apoſtoli: fuerũt
ſancti:poſt illos alij ſancti. Et nũc,in nomine chriſti quicũq̃
ſunt ſancti:

ſunt ſancti :et poſt nos quicunq̧ erunt:et vſq̧ in finem ſe-
culi quicunq̧ ſancti. De tot generationibus colliges om-
nes ſanctas proles omnium generationum:et. facies inde
vnam generationem. In iſta generatione generationū an-
ni ſtui:id eſt eternitas illa:in illa generatiõe erit que de om-
nibus generationibus colligitur:et in vnam redigitur:ipſa
particeps erit eternitatis tue. Cetere generationes implē-
dis tpibus generanē:ex quib' illa in eternū regeneraē:mu-
tata viuificabiē:erit idonea portare te:vires accipiens a te.
M. In generatione generationū anni tui. ⌊† In† pricipio ter
Al.†nō h3 ram tu fundaſti domine:⌋ Noui eternitatem tuam:quia p̄
†initio tu cedis omnia que feciſti. Principio tu domine terram funda-
domine. ſti:⌊ Et opera manuum tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt tu
Heb.1. autem permanes:et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent
Et ſicut opertorium mutabis eos ⁊ mutabuntur:tu†.vero
Al.† autē. idem ipſe es:⌋ Tu qui es: Idem ipſe es. Tu q̄ dixiſti: Ego
Exo.3. ſum qui ſum:idem ipſe es. Et q̄uis etiam ipſa nō eſſent ni-
ſi ex te:et per te : et in te:tamen non quod ipſe es. Tu ve-
ro idem ipſe es: ⌊ Et anni tui non deficient.⌋ Illi anni tui
non deficient : illi anni tui qui erunt in generatione gene-
rationum:non deficient. Hec ergo ſciens:exiguitatem die-
rum meorum quererem a te:niſi ſcirem omnes dies ſeculi
ab initio vſq̧ in finem exiguos eſſe in comparatione eter-
nitatis tue. Noui ergo vnde interrogauerim: Non ſe extol-
lant heretici:quaſi exigui dies fuerint eccleſie:toto orbe dif-
fuſe: Nam et vſq̧ in finem cum ſint:exigui ſunt. Quare exi-
gui ſunt? Quoniam quandoq̧ finiendi ſunt. Anni illi q̄ erūt
in generatione generationum:hi amādi:hi deſiderādi:his
ſuſpirandum:prepter hos in vnitate permanendum:ꝓpter
hos quicquid hereticorum mali eſt deuitādū :propter hos
perditis reſpondendum:propter hos lucrandi qui errauer-
rant:et reuocandi qui perierant: Illic debet eſſe deſideriū
Sed tamen vt verboſis:vt male garrulis:vt calumnioſis
ſuſurrantibus detractoribus reſpondeam:ideo mihi annūs
cia exiguitatem dierum meorum:et ne me reuoces in dimi-
dium dierum meorum:ante me auferas de terra q̄ tot'
orbis euangelio repleatur:contra reſponſionē domini mei
dicentis : Oportet predicari euangelium hoc in toto or-
Mat.24. be terrarum in teſtimonium omnibus gentibus:et tunc ve-
niet finis. Quid ad hec fr[illegible]s? Plana ſunt:manifeſta ſunt
N Deus fundauit terram:ſcimus:opera manuū eius ſunt ce-
Heb.1. li. Ne puteris enim quaſi aliud deū facere manu:aliud ver-
bo:Quod facit verbo:hoc facit manu. Non enim diſtinct'
eſt corporis membris qui dixit: Ego ſum qui ſum: Et for-
Exo.3. te verbum eius eſt manus eius. Certe manus eius eſt vir-
tus eius. Quia enim dictum eſt: Fiat firmamentum:et fa-
Gen.1. ctum eſt firmamētum:verbo intelligitur feciſſe. Quia ver-
Ibidem. bo dixit: Faciamus hominem ad imaginē et ſimilitudinē
noſtrā:quaſi manu videē feciſſe. Audi ergo: Opera manuū
tuarum ſunt celi. Ecce quod verbo fecit:vtiq̧ etiam mani-
bus fecit:quia virtute ſua fecit:quia poteſtate ſua fecit. At-
tende potius quid fecerit:et noli querere quomodo fecerit
Multum eſt enim te comprehendere quomodo fecerit:
cū teipſum ſic fecerit:vt prius ſis ſeruus obediēs:et poſtea
2.Pet.3. fortaſſe amicus intelligens. Ergo opera manuum tuarum
ſunt celi: Ipſi peribunt:tu autem permanes. Aperte dixit
hoc apoſtolus petrus. Celi erant olim de aqua:⁊ p aquam
conſtituti dei verbo:per qđ qui factus eſt mundus:ab aqua
mundatus deperijt. Terra autē et celi q̄ nūc ſunt:eodē ver-
bo repoſiti ſunt igni reſeruādi. Iā ergo dixit periſſe celos
per diluuium: Periſſe autem nouimus celos ſecūdū quāti-
tatē ⁊ ſpacia aeris humi. Excreuit enim aqua:⁊ totā iſtam
capacitatem vbi aues volitāt occupauit:ac ſic vtiq̧ celi pe-
rierunt propinqui terris: Celi ſecundū qđ dicunē aues celi.
Sunt autē et celi celorū ſuperiores in firmamēto:ſed vtrū
et ipſi perituri ſint igne:an hi ſoli celi q̄ etiā diluuio perie-
runt:diſceptatio eſt aliquāto ſcrupuloſior inter doctos:nec
facile:maxime in anguſtia tpis explicari pōt. Dimittam' er-
go eam vel differam'?: Nouerimus tamen perire iſta:deum
manere. Et ſi manēt q̄dā cū deo:q̄ fcā ſūt a deo nō manēt
i ſe:ſ; i deo:nō recedēdo a deo. Quid ergo? Dicturi ſum' ſ'res
q̄ angeli perituri ſūt igne:quo incēdeē mūd'? Abſit. Sed q̄d?
Dicem' q̄ āgelos de' nō fecerit? Abſit. Sed q̄d dicem'? Et
vū eſſent:ſi nō ab illo facti eſſent? Ipſe dixit et facta ſūt:ipſe Ps.32.
mādauit et creata ſunt. Dictū eſt enī hoc cum operum eius
cōmemoratio fieret:in quib' et angeli nominati ſunt. Erūt
ergo cū illo angeli etiam mundo igne flagrante: Et erit in-
cendium mundi:non incendens ſanctos dei. Quod fuit ca- Dan. 3.
minus regis tribus pueris:hoc erit ardens mūdus iuſtis in
trinitate ſignatis. Forte hic celos etiam non importune in- O
telligimus ipſos iuſtos ſanctos dei:in quibus manens de'
intonuit preceptis:choruſcauit miraculis:inhabitauit ter- Ps. 18.
ram ſapientia veritatis. Celi enim enarrauerunt gloriā dei
Sed nūquid etiā ipſi peribunt? An ſecūdū quendā modū
peribunt? Secūdum quē modum: Secūdum veſtimentum
Quid eſt ſm veſtimētum? Scđm corpus. Veſtimētū enī aie
corp'. Dñs enī veſtimētū nolauit vbi ait: Nōne aia plus eſt Matth.6
q̄ eſca:⁊ corp' pl' eſt q̄ veſtimētū? Quō ergo perit veſtimē-
tum? Et ſi exterior homo noſter corrūpitur : ſed interior re- 1.Corin.4
nouatur de die in diem. Ergo ipſi peribūt:ſed ſm corp':tu
aūt pmanes. Si ergo ſm corp' pibūt:vbi reſurrectio mor-
tuorum? Vbi exēplū mēbrorū qđ pceſſit in capite? Vbi? Vis au-
dire? Mutabiē. Nō tale erit quale fuit. Audi apl'm dicētē: 1.Corin.15
Et mortui reſurgēt incorrupti:⁊ nos immutabimur. Quō
immutabimur? Seminaē corp' aiale:ſurget corpus ſpūale.
Ergo ſeminaē mortale:reſurget immortale. Ergo ſeminaē
corruptibile:reſurget icorruptibile. Mutationē itaq̧ expe-
ctam':ita pibūt celi ⁊ immutabūtur celi. Sed fortaſſe ſan-
ctorū corpa nō recte dicūtur celi. Si nō portāt deū : nō ſunt 1.Corin.6.
celi. Et vū inq̄t mihi pbas q̄ portāt deū: Vſq̧ adeo ne exci-
dit tibi:glorificate ⁊ portate deū in corpore veſtro? Ergo ta-
les celi pibūt:ſed nō ineternū:pibūt vt mutētur. An nō hoc Hebreo.1
dicit pſalmus? Lege ſequētia. Et oēs ſicut veſtimētū veterā-
ſcēt:⁊ ſicut opertoriū mutabis eos ⁊ mutabūtur: tu aūt idē
ipſe es ⁊ anni tui nō deficiēt. Veſtē audis coopertorium au-
dis:⁊ aliud q̄ corp' intelligis. Speremꝰ ergo etiā immutatio-
nē corpoꝝ noſtrorū:ſ; cū ab illo q̄ erat ⁊ ante nos : ⁊ manet
poſt nos: A quo ſum' qđ ſum':ad quē veniem' cū fuerim'
mutati:mutātem nō mutatum:facientem nō factum:mouē-
tem ſed manētē. Et quomodo intelligi a carne ⁊ ſanguine Exo.3.
poteſt : Ego ſum qui ſum: Tu vero idem ipſe es: ⁊ anni tui
nō deficiēt? Sed nos ad illos annos cum his pānoſis annis
quid ſumus? Et illi qui ſunt? Nec tamē deſperare debemus
Iam enim magnitudine quadam ⁊ excellentia ſapientie di- Ibidem:
xerat: Ego ſum qui ſum:⁊ tamē ad nos conſolandos : Ego
ſum inquit deus abraā:⁊ deus iſaac : ⁊ deus iacob. Et nos
abrae ſemen ſumus:⁊ nos q̄uis abiecti: q̄uis terra ⁊ cinis: Philip. 2.
in illo ſperamus. Serui ſumus:ſed propter nos dñs noſter Mat. 27.
formam ſerui accepit:ꝓpter nos mortales:immortalis mo- 28.
ri voluit:ꝓpter nos hoc exemplum reſurrectionis oſtendit.
Ergo ſperemus nos venturos ad hos annos ſtātes:in qui-
bus nō circuitu ſolis peraguntur dies : ſed manet quod eſt
ſicuti eſt:quia hoc ſolum vere eſt. Nos autem verum aliqđ
ibi eſſe poſſimus dicit: Audi et vide verumtamen debeas deſpera-
re. Audi quod ſequitur : ⌊ Filij ſeruorum tuorum† inhabi- Al. † habi-
tabunt. ⌋ Vbi inhabitabūt:niſi in annis nō deficientibus? tabunt.
Filij ſeruorum tuorum inhabitabūt: ⌊ Et ſemen eorum in
ſeculum † ſeculi dirigetur. ⌋ In ſeculum ſeculi : in ſeculum Al.†nō h3
eternum:in ſeculum manens: ſed filij inquit ſeruorum tuo-
rum: Metuendum ne nos ſerui dei ſimus:⁊ filij noſtri ibi fu-
turi ſint : nō nos: Aut ſi nos filij ſumus ſeruorū: quia filij ſu-
mus apoſtolorum:quid dicturi ſumus? Que nam tādem au-
dacia tam infelix filiorum ſubnaſcētium:⁊ recenti ſucceſſio-
ne gloriātium:que audeat dicere:nos ibi erimus: apoſtoli
ibi nō erunt : Abſit hoc a pietate filiorū:abſit a fide paruu-
lorum:abſit ab intelligentia grandium. Ibi erūt ⁊ apoſtoli:
arietes precedunt:agni ſequūtur. Quare ergo filij ſeruorū
tuorum:⁊ non de compendio ſerui tui? Et apoſtoli ſerui tui:
et filij eorum ſerui tui:et iſtorum filij nepotes illorum:quid
niſi ſerui tui? Omnes compendio includeres:ſi diceres ſer-
ui tui inhabitabunt. Videamus quid nos voluerit admo-
nere. Eſt enim quiddam geſtum in prioribus ſeculis. Per
quadraginta annos filij iſrael attriti ſunt in eremo : nul-
lus eorum intrauit in terram promiſſionis : ſed filij eo-
rum: Intrauerūt ſane:quia ita recordamur niſi fallor duo:
ceteri non. Intrauerunt de tot milibus duo. Laboratum Nume.14.

ctum:de ſuo loquitur:q̃ loquitur veritatem : de dei loquit̃.
Ps.115. Quid eſt autem accipere calicem ſalutaris : niſi paſſionem
dñi imitari? Hoc martyres fecerunt . Hoc de ſuperbientib⁹
dixit:ꝛ ſedes ſublimes iam querentibus:ꝛ cõuallem plora-
tionis deuitãtibus:qui volebãt ſedere:vnus ad dexteram:
Math.20. alius ad ſiniſtram.Quid ergo ait? Poteſtis bibere calicem
quem ego bibiturus ſum. Iam ergo martyr paratus ad vi-
ctimam ſanctam dicit:Calicem ſalutaris accipiam.Accipiã
Ps.115. ergo calicẽ xp̃i:bibam paſſionẽ dñi . Caue ne deficias: Et
nomẽ dñi inuocabo.Qui ergo defecerũt:dñm nõ inuocauerũt
de ſua fortitudine p̃ſumpſerũt. Ta ſic redde:vt ꝛ accepiſſe
qđ reddis memineris. Sic ergo bñdicat anima tua dñz:vt
F
nõ obliuiſcatur omnes retributiones eius . Audite ocs re-
Al.†ppi- tributiões eius: Qui † ꝓpitius fit omnibus iniquitatib⁹
ciatur. tuis : Qui ſanat † omnes languores tuos : Qui redimit
†infirmita de † corruptione vitaꝫ tuam:qui coronat te in † miſeratio-
tes. ne et miſericordia:Qui † ſatiat in bonis deſideriuꝫ tuum:
Al.† interi renouabit̃ † ſicut aquile iuuentus tua. Ecce retributio-
tu. nes. Quid debebat̃ peccatori:niſi ſupplicium ? Quid debe-
Al.†miſeri batur blaſphemo:niſi gehẽna ignis ardẽtis? Nõ ipſa retri-
cordiat mi buit:ne expaueſcas:ne exhorreſcas:ne ſine amore timeas.
ſerationib⁹ Noli obliuiſci ocs retributiones eius bonas:et mutare iaꝫ:
†replet. ne experiar̃ retributiones ei⁹.Quid dicam? Malas? Si iu-
†vt. ſtas:nõ malas. A te ergo mala:a deo autem bona. Nec hec
que pateris mala:mala ſunt.Si enim iuſta ſunt:bona ſunt:
ſed tibi patienti hec mala ſunt. Non vis vt mala ſint tibi q̃
iuſta ſunt dei:non ſit mala in conſpectu dei iniquitas tua.
Non enim ceſſauit vocare:aut vocatum neglexit inſtruere:
aut inſtructum ceſſauit perficere:aut perfectuꝫ neglexit co-
ronare.Quid dicis? Quia es peccator? Conuertere et acci-
G pe retributiones iſtas:propitius ſit omnibus iniquitatib⁹
tuis. Poſt remiſſionem peccatorum corpus infirmuꝫ geris
neceſſe eſt:ſunt quedam deſideria carnalia que te titillent:
et que tibi ſuggerant delectationes illicitas ſed de languo-
1.Cor.15. re tuo veniunt. Adhuc enim infirmam carnem geris: Non-
dum eſt abſorpta mors in victoriam:nondum corruptibile
hoc induit incorruptionem. Adhuc quibuſdam perturbatio-
nibus etiam ipſa anima quatitur poſt remiſſionem pecca-
torum. Adhuc in periculis temptationum verſatur:quibuſ-
dam ſuggeſtionibus delectatur:quibuſdam nõ delectatur
et in eis quibus delectatur:aliquando quibuſdam conſen-
tit:capitur. Languor eſt: Sanat et omnes languores tuos.
Sanabunt̃ omnes languores tui:noli timere. Magni ſunt
inquies:ſed maior eſt medicus . Omnipotẽti medico:null⁹
languor inſanabilis occurrit:tantũ tu curari te ſine:manus
eius ne repellas: Nouit quid agat. Non tantum delecteris
cum fouet:ſed etiam toleres cum ſecat. Tolera medicina-
lem dolorem:futuram cogitans ſanitatem. Videte fratres
mei in iſtis languoribus corporis q̃ta homines tolerent:vt
paucos dies victuri moriantur:Et hos paucos dies incer-
tos. Multi enim poſt tolerantiam magnorum dolorum cũ
a medicis ſecarentur:aut inter manus medicorum mortui
ſunt:aut iam ſani irruente aliqua egritudine defuncti ſunt.
Si tam ſibi propinquam mortem ſperarent:illos immen-
ſos dolores non ſuſciperent tolerandos. Tu nõ toleras ad
incertum. Qui promiſit ſanitateꝫ non poteſt falli. Fallitur
medicus aliquando:et promittit ſanitatem de corpore hu-
mano. Quare fallitur? Quia hoc non curat quod fecit: De⁹
fecit corpus tuum:deus fecit animam tuam. Nouit quem-
admodum recreet quod creauit: Nouit quemadmodum re-
formet quod ipſe formauit. Tu tantum ſub manibus medi-
ci eſto. Odit enim repellentem manus ſuas. Non fit hoc in
medici hominis manibus. Ligari ſe volunt homines et ſeca-
ri:Dari pro incerta ſanitate:certum dolorem:magnã mer-
cedem. Deus te quem fecit:et certus curat ꝛ gratis. Ferto
ergo manus eius o anima que benedicis eum:non obliui-
ſcens omnes retributiones eius:Sanat enim omnes lan-
H guores tuos qui redimet de corruptione vitã tuã. Inde ſa-
nat omnes languores tuos:quia redimit de corruptione vi-
Sap.9. tam tuam: Ecce corpus quod corrumpitur aggrauat animã
Vitam ergo habet anima in corpore corruptibili. Qualem
vitam? Onera patitur:pondera ſuſtinet. Ad ipſum deuꝫ co-
gitandum ſicut dignum eſt ab homine cogitari deum:quã-

ta impediunt veluti interpellantia de neceſſitate corruptio-
nis humane? Quanta reuocant? Quanta a ſublimi intentio-
ne detorquent? Quanta interpellant? Que turba phantaſ-
matum? Qui populi ſuggeſtionum? Totuꝫ hoc in corde hu-
mano tanq̃ de vermibus huius corruptionis ſcatet. Exag-
gerauimus morbum:laudemus et medicum. Non ergo te
ſanabit qui fecit talem qualis non egrotares:ſi legem ſani-
tatis acceptam ſeruare voluiſſes? Nonne tibi et diſpoſuit ꝛ Gen.3.
mandauit quid tangeres:et quid non tangeres ad retinen-
dam ſalutem? Noluiſti audire ad retinendam:audi ad reci-
piendam. Languore tuo expertus es q̃ vera ille iuſſiſſet.
Iam tandem aliquando homo quod non tenuit monitus:
audiat vel expertus. Que duricia eſt quam nec experiẽtia
docet? Non ergo te ſanabit qui talem fecerat vt nunq̃ egro-
tares ſi eius precepta ſeruare voluiſſes? Nõ te ſanabit qui
fecit angelos:et te refectum equaturus eſt angelis? Non ſa-
nabit factum ad imaginem ſuam qui fecit celum et terram
Sanabit te:op⁹ eſt vt ſanari velis. Sanat omnino ille quẽ-
libet languidum:ſed non ſanat inuitum. Quid autẽ te bea-
tius:q̃ vt tanq̃ in manu tua vitam:ſic habeas in voluntate
ſanitatem tuam? Si velles eſſe in aliquo ſublimi honore in
hac terra:ducatum:proconſulatum:prefecturam ſi concupi-
ſceres:nunquid continue poſſes quod velles? Nunquid vo-
luntatem tuam poteſtas ſequeretur: Multi ad iſta volunt
peruenire et non poſſunt:ſed ſi peruenerint:quid prodeſt
honor egrotis? Quis enim non egrotat in hac vita? Quis
non longum languorem trahit? Naſci hic in corpore morta-
li:incipere egrotare eſt. Quotidianis medicamentis fulciũ-
tur indigentie noſtre: Quotidiana medicamenta ſunt refe- I
ctiones omnium indigentiarum. Fames nonne te occide-
ret:niſi medicamentum eius apponeres? Sitis nõne te pe-
rimeret:niſi eam tu bibendo non penitus extingueres:ſed
differres? Reditura eſt enim ſitis paululum temperata.
Temperam⁹ ergo iſtis fomentis erumnam egritudinis no-
ſtre. Stando laſſatus eras:ſedendo reficeris. Ipſum ſede-
re medicina eſt laſſitudinis. In ipſa medicina rurſus laſſa-
ris:diu ſedere nõ poteris. Quicquid eſt vbi fatigationi ſuc-
curritur:alia fatigatio inchoat̃. Quid ergo iſta deſideras
languidus? Prius de ſalute tua cogita. Aliquando egrotat
homo in domo ſua:in lecto ſuo egritudine manifeſtiore.
Quanq̃ et iſta manifeſta ſit quam nolunt homines intue-
ri:tamen ea egritudine ad quam queruntur medici homi-
nes:egrotat quiſq; in domo ſua:anhelat febribus in lecto
ſuo: Velit forte cogitare de re familiari aliquid:vel iubere
in domo ſua:vel fundo:aut diſponere:ſtatim cura ſuorum
circunſtrepente et murmurante:reuocatur a talibus curis
et dicitur illi:demitte iſta:prius cogita de ſalute tua. Ergo
hoc tibi dicit̃:omnis homo:ſi nõ egrotas:alia cogita. Si te
egrotantem lãguor ipſe cõuincit:pri⁹ de ſalute tua cogita. Ps.115.
Salus tua chriſtus eſt: Chriſtuꝫ ergo cogita: Accipe calicẽ
ſalutaris eius qui ſanat omnes languores tuos: Hanc ſalu-
tem ſi volueris obtinebis. Honores ꝛ diuitias cum queſie-
ris:nõ cõtinuo ſi volueris habebis. Hoc ꝑcioſi⁹ eſt ꝛ ſequi-
tur voluntatẽ eius. Unde ꝛ ſubditur: Qui ſanat omnes lã-
guores tuos:q̃ redimit de corruptione vitã tuã. Ibi ſanabi-
tur omnis lãguor tu⁹:cũ corruptibile hoc induerit incorru-
ptionẽ. Redẽpta eſt enĩ vita tua de corruptiõe:iã ſecurus 1.Corin.15.
eſto. Inti⁹ eſt bone fidei cõtract⁹: Nemo fallit redẽptorẽ
tuũ:nemo circũuenit:nemo ꝑmit. Egit hic cõmerciũ:tam ꝑ-
ciũ ſoluit:ſanguinẽ fudit. Sanguinẽ inquã fudit vnic⁹ filiꝰ
dei ꝓ nobis. O anima erige te:tãti vales: Redimet de cor-
ruptione vitã tuã. Oſtẽdit exẽplo:qđ ꝓmiſit in ꝑmio. Mor- Roma.4.
tu⁹ eſt ꝓpter delicta nr̃a:ꝛ reſurrexit ꝓpter iuſtificationeꝫ
noſtrã. Sperẽt mẽbra:qđ in capite demõſtratũ eſt. Nõ cu-
rabit mẽbra ſua:quorũ caput leuauit in celũ? Ergo q̃ rede-
mit de corruptione vitã tuã:qui coronat te in miſeratione ꝛ
miſericordia. Iã enĩ forte quaſi arrogãs eſſe ceperas:cũ au- K
dires:Coronat te in miſeratione ꝛ miſericordia. Ergo ma-
gnus ſum:ergo iactat⁹ ſum. Cui⁹ viribus? Tuis:ſed ab illo
ſubminiſtratis. Nam luctaris manifeſtum eſt:et ideo coro-
naberis:quia vinces. Sed vide quis prior vicerit:vide quis
te faciat etiam ſecundo victorem. Ego inquit vici ſeculum:
gaudete. Et vnde gaudemus:ſi ille vicit ſeculum? Quaſi

Concor.2. nos vicerimus? Ita plane gaudeamus:quia nos vicimus.
ſen.diſ.27. Qui in nobis victi ſumus:in illo vicimus. Ergo coronat te:
Ex mune- quia dona ſua coronat:non merita tua. Plus omnibus illis
ribus. laboraui:ait Apoſtolus:ſed vide quid adiunxit: Nō ego au
1.Cor.15. tem ſed gratia dei mecū. Et poſt labores omnes expectat
2.Thim.4 ipſam coronam:et dicit: Bonum agonem certaui:curſū cō
ſummaui:fidem ſeruaui: De cetero repoſita eſt mihi coro-
na iuſtitie:quam mihi reddet dominus in illa die iuſtus iu
dex. Quare? Quia agonem certaui. Quare: Quia curſum
1.Cor.15. conſummaui. Quare? Quia fidem ſeruaui. Unde certa-
ſti? Unde fidem ſeruaſti? Non ego autem ſed gratia dei
mecū. Ergo ⁊ qđ coronaris:illius miſericordia coronaris.
Nuſq̄ ſis ſupbus:ſemp lauda dominū. Oēs retributiōes
eius noli obliuiſci. Retributio eſt cū peccator ⁊ impius vo-
Roma.4. catus eſt:vt iuſtificareris. Retributio eſt cum erectus ⁊ gu
bernatus es ne caderes. Retributio eſt cum tibi vires ſub
Math.10. miniſtrate ſunt:vt vſq; in finē pſeuerares. Retributio eſt
vt etiam caro iſta tua qua premebaris reſurgat:⁊ nec capi-
Ibidem. tis tui capillus intereat. Retributio eſt:vt poſt reſurrectio
nem coroneris. Retributio eſt:vt in eternum deum ipſum
ſine defectu laudes. Omnes retributiones eius noli obli-
uiſci:ſi vis vt benedicat anima tua dn̄m: qui coronat te in
miſericordia ⁊ miſeratione. Et quid agā ego coronatus? Ec
L ce adiuuabar cum luctarer:finito certamine:coronabor:iā
nulla reſidua erit inimica ſuggeſtio vel corruptio cum qua
lucter. Semper enim in hac vita luctamur cum corruptio-
1.Cor.15. ne iſta: Sed quid ſcriptum eſt? Nouiſſima inimica deſtrue-
tur mors. Poſt deſtructionem mortis:nullum timebis ini-
micum: Id eſt abſorpta eſt mors in victoria. Tūc ergo erit
victoria:tunc corona: Poſt certamē ergo coronabor:poſt co
ronam:quid agam? Qui ſatiat in bonis deſiderium tuum.
Modo enim audis bonum et anhelas:audis bonum et ſu
ſpiras:et hoc ipſum quod forte peccas:eligendi boni auidi
tate falleris: Et in eo reus detineris quod bonum conſiliū
dei non audis:quid contemnendum:⁊ quid eligendum ſit.
Quod forte negligis diſcere:ſi negligendo bona:falleris.
Ubicunq; peccas quaſi bonum queris:quaſi refectionem
deſideras. Bona ſunt iſta que queris:ſed mala tibi erunt
deſerto illo a quo bona facta ſunt. Bonum tuum quere o
anima. Eſt enim bonum aliud alteri:et omnes creature ha
bent quoddam bonum ſuum integritatis ſue:⁊ perfectiōis
Math.19. nature ſue. Intereſt quid cuiq; rei imperfecte neceſſarium
ſit vt perficiatur. Quere tuum bonū: Nemo bonus niſi vn⁹
deus. Summum bonum: hoc eſt tuū bonum. Quid ergo
deeſt cui ſummū bonum:bonum eſt? Sunt enim ⁊ inferio
ra bona que alijs et alijs bona ſunt. Pecori quid bonum
eſt fratres:niſi implere ventrem:carere indigētia dormire:
geſtire:viuere:ſanum eſſe:generare? Bonum eſt illi:et vſq;
ad quendam modum habet boni ſui menſuram tributam ⁊
conceſſam ab omnium rerum creatore deo. Tale tu bonum
queris? Dat et hoc deus:ſed noli ſolum querere. Coheres
chriſti quid gaudes:quia ſocius es pecorum? Erige ſpē tuā
ad bonum bonorum omniū: Ipſe erit bonum tuum:a quo
tu in tuo genere fact⁹ es bonus: et omnia in ſuo genere fa-
Gen.1. cta ſunt bona. Fecit enim deus omnia bona valde. Ergo il-
M lud bonum quod deus eſt:ſi dicamus valde bonum: Iam ⁊
Math.19. de creatura dictum eſt: Fecit deus omnia bona valde. Quid
ergo illud bonum: de quo dictū eſt: Nemo bonus niſi vn⁹
Gen 1. deus? Dicimus quia bonū eſt valde. Recurrit nobis recor-
datio de omnibus creaturis:quia dictum eſt: Fecit de⁹ om
nia valde bona. Quid ergo dicturi ſumus? Defecim⁹ in vo-
ce:ſed non affectu. Ueniat in mentem recens illa tractatio
pſalmi:explicare non poſſumus:iubilemus:bonum eſt de⁹.
Quale bonum:quis dicat? Ecce non poſſumus dicere ⁊ nō
permittimur tacere. Ergo ſi non poſſumus dicere:et p̄ gau
dio non permittimur tacere:nec loquamur:nec taceamus.
Quid ergo faciemus:non loquentes et non tacentes? Iu-
Ps.94. bilemus: Iubilate deo ſalutari noſtro:iubilate deo omnis
terra. Quid eſt iubilate? Deferte vocem ineffabilē gaudio
rum veſtrorum:et ructate in eū leticias veſtras. Et que erit
illa ructatio poſt ſaginā:ſi nō poſt modicas iſtas refectio-
nes tantū afficitur anima noſtra? Quid erit quādo fiet poſt
redēptionē ab omni corruptione:quod dictū eſt in iſto pſal
mo Qui ſatiat in bonis deſideriū tuū? Et quaſi quereres:
quando ſatiat:modo enim non ſatior: ad quodcunq; me cō
uertero:vileſcit mihi adeptum:q̄ñ nō accēderit deſideratū:
cum omnia que dam nos habeo amo:cum habuero contem
no:quod bonum me ſatiabit? Laus dei. Et ipſa cum corpus Sap.9.
quod corrumpitur aggrauat animā:et deprimit terrena in-
habitatio ſenſum multa cogitantē; nō impletur aīa mea:nō
perficitur:alie de corruptione delectationes indigentiarū
detorquent me ab illa: quando ſatiabitur deſideriū meū in
bonis? Quādo queris? Renouabitur ſicut aquile iuuent⁹ N
tua. Queris ergo quādo ſatiet in bonis anima tua? Quā-
do renouata fuerit iuuentus tua? Et addidit ſicut aquile.
Profecto hic aliquid latet:quod tamen dici de aquila ſolet
non taceamus:quia non eſt ab re hoc intelligere. Illud tātū-
modo inſinuatum ſit cordibus noſtris:non ſine cauſa dictū
eſſe a ſpiritusancto: Renouabitur ſicut aquile iuuentus tua
Reſurrectionem enim quandam ſignificauit nobis. Et qui
dem renouatur iuuentus aquile:ſed non ad immortalitatē
Data eſt enim ſimilitudo q̄tū de re mortali potuit trahi ad
rem vtcunq; ſignificandā immortalem non ad demonſtrā-
dam. Dicitur:aquila cū ſenectute corporis preſſa fuerit:im-
moderatione roſtri creſcentis cibum capere nō poſſe. Pars
enim roſtri eius ſuperior:que ſupra partem inferiorem adū
catur:cum pre ſenecta immoderati⁹ creuerit:longitudo ei⁹
incremēti nō eā ſinit os aperire:vt ſit aliqđ receptaculi inter
ualli inter inferiorē ptē; vncū ſuperiorē. Niſi enī aliqđ inter-
uallum pateat:nō habet morſus quaſi forpicem:vnde velut
tondeat qđ tranſmittat in fauces. Creſcēte itaq; ſuperiore
parte ⁊ nimis aduncata:nō poterit os apire ⁊ aliqđ cape.
Hoc ei facit vetuſtas. Pregrauatur languore ſenectutis:et
inopia comedēdi; lāgueſcit nimis:vtraq; re etate et egeſta-
te accedente. Itaq; modo quodā naturali in menſura repa
rande quaſi iuuētutis aquila dicitur collidere ⁊ pcutere ad
petram ipſum quaſi labium ſuū ſuperi⁹ quo nimis creſcente
edendi aditus clauditur:atq; ita cōterendo illud ad petrā
excutit:et caret prioris roſtri onere quo cibus impediebat:
accedit ad cibū ⁊ omnia reparant: erit poſt ſenectutē tanq̄
iuuenis aquila. Redit vigor omniū mēbrorū:nitor pluma-
rum:gubernacula pēnarum:volat excelſa ſicut antea:ſit in
ea quedā reſurrectio. Ad hoc enim expoſita eſt iſta ſimilitu
do:ſicut de luna ponitur:quia diminuta ⁊ quodāmodo in-
tercepta luna rurſus naſcitur ⁊ implet:⁊ ſignificat nobis re
ſurrectionē:ſed impleta illa nō pmanet:rurſus minuitur vt
ſemper ſignificet: Sic ergo ⁊ hoc de aquila dictū eſt:non ad
immortalitatē aquila reparat:nos autē ad vitā eternā. Sed
tamē ppterea inde ducta eſt ſimilitudo:vt quod nos impe
dit:petra nobis auferat. Nō ergo p̄ſumas de viribus tuis:
firmitas petre tibi excutit vetuſtatē. Petra autē erat chriſt⁹. 1.Cor.10.
In chriſto renouabit ſicut aquile iuuētus tua. Etenim inue O
terauim⁹ inter inimicos noſtros: ſicut nota eſt vox pſalmi: Ps.6.
Inueteraui inter omnes inimicos meos. Cū inueterauim⁹? Ps.101.
Carne mortali:carne iſta ſenea:et ideo pcuſſum eſt ſicut fe-
num:⁊ aruit cor meū:q2 oblitus ſum māducare panē meū.
Oblitus ſum inq̄t māducare panē meū. Creuit vetuſtas:os
clauſit:atterat in petra. Sic ergo ⁊ in hoc pſalmo vbi agim⁹
cū p̄miſiſſet. Qui ſatiat in bonis deſideriū tuū: q̄ſi rñderit
aīa: Nō ſatiabor de mortalib⁹:nō ſatiabor de tpalibus:aliqđ
eternū donet:aliqđ eternū cōcedat. Sapientiā ſuam mihi
det:verbū ſuū mihi det:deū apud deū:⁊ ſe deū patrē ⁊ filiū
⁊ ſpiritūſanctū. Mēdicus ſū ianuā eius ſto:nō dormit quē
inuoco:det mihi tres panes: Euangeliū recordamini. Ecce
qđ ſit noſſe dei lr̄as:q̄ legerūt moti ſunt. Non recordamini Luce.11.
quendā inopē veniſſe ad domū amici ſui ⁊ petiſſe tres pa-
nes. Et ille inquit dormiēs rñdebat ei ⁊ dicebat:iā requieſcūt
pueri mei intus mecū dormiunt. Ille perſeuerās in peten-
do:extorſit tedio qđ nō potuit merito: Deus autē dare vult:
ſed non dat niſi petenti:ne det nō capienti. Non tedio tuo
vult excitari. Non enī cum oras tanq̄ dormienti moleſtus Ps.120.
es: At nō dormiet neq; dormitabit qui cuſtodit iſrael. Se- Gen.2.
mel chriſtus dormiuit:vt illi coniunx de latere fieret. Dormi
uit in cruce:manifeſtum eſt. Moctu⁹ eſt enī vt diceret: Ego Ps.3.
dormiui et ſomnū cepi. Sed nunqđ qui dormit nō adijciet
vt reſurgat? Propterea ibi ſequitur: Et exurrexi:q2 domin⁹
ſuſcepit

Roma.6. ſuſcepit me. Quid vero iam apoſtolus? Chriſtus inquit
reſurgens a mortuis iam non moritur: et mors ei vltra nõ
dominabitur. Ipſe ergo non dormit: vide ne fides tua dor
P miat. Dicat ergo anima iam deſiderans ſatiari quodam ex
ceſſo et inenarrabili bonorum ſubſlatet potius et de quo
ſubſlatur: q̃ aliquid explicatur. Iam enim vult: iam ſentit
inde aliquid. Uidet ſe impediri pregrauatione corporis: nõ
ſe poſſe in hac vita ſatiari: et quaſi reſpõdeat et dicat: Quid
mihi dicis: ſatiabitur in bonis deſiderium tuum? Noui bo
Ioã.14. num eius qđ deſiderem: noui quid mihi ſufficiat. Uideo
hoc in philippo: Oſtende inquit nobis patrem: et ſufficit no
bis. Solum patrem quaſi deſiderabat: oſtendit dominus
tres panes deſiderãdos. Qui eſt vnus panis: oſtendit et di
cit. Tãto tempore vobiſcum ſum: et patrem nõ noſtis? Phi
Ibidem. lippe: qui me videt: videt et patrem. Promiſit et ſpiritum:
quem mittet inquit pater in nomine meo. Itẽq; ait: Quem
ego mittam vobis a patre: donum ſuum equale ſibi. Noui
quid deſiderem: ſed quando inde ſatiabor? Ecce modo et
de trinitate cogito: quomodocumq; de trinitate: vix in eni
gmate: vix per ſpeculũ ex parte audeo aliquid ſentire. Qñ
ſatiabor? Renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. Nõ ſatia
ris modo: quia non eſt idonea anima tua ad ſolidum illum
et magnum cibum: ſed roſtro clauſo: non eſt idonea. Uetu
ſtas tibi os clauſit: propterea petra data eſt: vbi vetuſta
te contrita: renouetur iuuẽtus tua ſicut aquile: vt poſſis mã
Ioã.6. ducare panem tuum illum qui ait: Ego ſum panis viuus q̇
de celo deſcendi. Renouabitur iuuentus tua ſicut aquile:
Q tu ſatiaberis in bonis. Faciens miſericordias dominus: et
M. † omni iudicium † eis qui iniuriam accipiũt. Facit modo fratres
bus iniuriã anteq̃ veniamus ad renouationem: ſicut aquile: anteq̃ ſa
patiẽtib⁹. tiemur in bonis. Quid enim hic: quid in iſta peregrinatio
ne: quid in iſta vita? Nunquid deſerimur non faciens miſe
ricordias dominus? Et videte quomodo faciat miſericor
dias: non nos relinquens in deſerto: non nos relinquẽs in
eremo: donec perueniamus ad patriam. Faciens miſeri
cordias. Sed quibus? Beati miſericordes: quoniam ipſi mi
Math.5. ſericordiam conſequentur. Modo audiſtis fratres cum euã
gelium legeretur. Non ergo putet aliquis futurã in ſe eſſe
miſericordiã dei ſi eſt ipſe et immiſericors. Sed audi que ſit
menſura miſericordie: Ne quaſi in amicum ſit: et non ſit in
inimicum: Dictum eſt: Diligite inimicos veſtros. Satiari
Math.6. vis bonis dei: ſatiata ſit in te miſericordia dei. Plena miſe
ricordia: ipſa eſt perfecta miſericordia: ipſa eſt que amat:
que diligit etiam habentem ſe odio. Nam quid faciam in
quis? Si cepero diligere inimicum meum: iniurias accipiã:
et iniurias perferam: et non me vindicabo cum aſſint leges?
Iuſtum eſt vt vindices te. Conceditur quia iuſtum eſt. Ui
de vtrum ne habeas q̇d in te vindicetur et vindica. Sic enĩ
dicis: Ita ne me non vindicabo: quaſi deus iuſticiam vindi
cte reprimat: et non ſuperbiam vindicãdis extinguat? Aut
vero adultera illa non erat lapidanda: aut ſi lapidaretur:
iniquum aliquid fieret. Si inique fieret: inique iuſſum eſ
ſet. Lex autem iuſſit: deus iuſſit. Sed o vos: viri videte
Ioã.8. ſi nõ eſtis peccatores. Adducta eſt adultera mulier lapidãda
ex lege: ſed adducta eſt ad latorem legis. Seuis qui ad
duxiſti: vide qui ſeuis: et in quam ſeuis. Si peccator in
peccatricem: deſine ſeuire: prius cõfitere. Si peccator ſeuis
in peccatricem: relinque illam. Nouit ille quid de illa ſentiat:
quid iudicet: quõ parcat: quõ ſanet. Ex lege ſeuis: Melius
Ibidem nouit quid agat legiſlator: ex qua ſeuis. Iã dominus eo tpe
quo illi oblata eſt: inclinato capite ſcribebat in terra. Tunc
ſcripſit in terra: quãdo ſe inclinauit in terram. Anteq̃ ſe in
clinaret in terram: nõ in terra ſcripſit: ſed in lapide. Iam
fructuoſum aliquid erat terra de dñi litteris paritura. In
Exo.37. lapide leges ſcripſerat: ſignificãs duriciam iudeorum: In
terra ſcripſit ſignificans fructum chriſtianorum. Uenerũt ergo
illi adducẽtes adulteram tanq̃ ſeuientes fluctus in petram:
Ioã.8. ſed eius reſpõſione cõfracti ſunt. Ait enim illis. Qui in vo
bis ſine peccato eſt: prior in illam lapidem iaciet. Et rurſus
inclinato capite ſcribebat in terra. Et vnuſquiſq; iam inter
rogans cõſcientiam ſuam: nõ comparuerunt. Reliquit eos.
non infirma mulier adultera: ſed adulterata cõſciẽtia. Qui
Pſ̃.140. vindicare volebãt: iudicare cupiebãt. Uenerũt ad petram:

abſorpti ſunt iuxta petram iudices eorum. Faciẽs miſericor
dias dñs. Sed quibus? Beati miſericordes: qm ipſi miſeri R
cordiam conſequentur. In oẽs fac miſericordiam. Quã mi
ſericordiam facturus es iuſto? in neceſſitatibus tãtum cor
poralibus. Cui ſi defuerint ſupplementa a te: nõ ei deerunt
a deo. Qđ ergo facis tibi plus pdeſt. Das mẽdico trãſeũti
et petenti: queris et iuſtum: cui des per quem recipiaris in
tabernacula eterna: Quia qui recipit iuſtum in noie iuſti: Mat.10.
mercedem iuſti accipiet. Mendicus te querit: iuſtũ tu q̇re. Luce.6.
De alio enim dictum eſt: Omni petẽti te da: et de alio dictũ Eccli.19.
eſt: Deſudet elemoſyna in manu tua donec inuenias iuſtũ
cui eã tradas. Et ſi diu nõ inuenitur: diu quere et inuenies. 1.Corin.9.
Sed q̇d preſtabis? Nõne plus tibi preſtatur? Si nos vobis
inquit ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt ſi veſtra carna
lia metamus? Inde eſt et illud qđ pridem expoſuimus in
nutu dñi: q: producit terra fenum iumentis: id eſt carnalia
eis qui triturant: Quia boui trituranti: os non infrenabis: Pſ̃.103.
Unde vos adhortati ſumus vt in hac re diligẽtes ſitis: cau 1.Corin.9.
ti: ſobrij: Opera veſtra: theſauros veſtros deputetis. Nun
quid aũt hec fratres ideo dicimus vt ita fiant in nos? Puto
in noie dñi poſſe eſſe iſtam q̃uis infirmorum vocem apoſto
licam tamẽ: ſed vobis pdeſt: ſicut ait ipſe apls: Non q: q̇ro Philip.4.
datum: ſed requiro fructum. Quam ergo elemoſynam factu
rus es iuſto? Nõ paſcebat vidua: paſcebat coruus: q: paſce 3.Reg.17.
bat qui fecit coruum: Heliã dico. Non ergo deeſt vnde deus
det ſuis: Tu vide q̇d emas: quãdo emas: quãti emas. Emis
enim regnum celorum: et nõ eſt emendi tempus: niſi in hac
vita: Et q̃ vili emas attende. Tanti tibi valet: quãtum ha
bere potueris. Fac miſericordiam iniquo: non tanq̃ iniquo.
Nam ipſum iniquum inquãtum iniquus eſt ne ſuſcipias: id
eſt ne quaſi intentione et amore iniquitatis illius ſuſcipias Eccli.12.
eum: Nam et phibitum eſt dari peccatori: et ſuſcipere peccato Luce.6.
res: Et quomodo omni petenti te da? Et quomodo: ſi eſu Ro.12.
rierit inimicus tuus ciba illum? Quaſi cõtraria videntur: ſed
aperiuntur in noie xp̃i pulſantib⁹: et manifeſta erunt querẽ
tibus. Ne tradas peccatori: et ne ſuſcipias peccatorem: et ta
men omni petẽti te da. Et ſi peccator eſt qui te petit: da nõ
tanq̃ peccatori. Quãdo das tanq̃ peccatori? Quando in quo
peccator eſt: hoc tibi placet vt des: deum offendis. Paulu
lum attẽdat charitas veſtra donec euoluatur res etiã exem
plis multum vtilis ad intelligendum. Hoc dixi: cum eſurie S
rit neſcio quis: ſi habes vnde des: da. Si vides dãdum eſſe
ad ſubueniẽdũ da. Ne pigreſcãt in hoc viſcera miſericordie:
q: tibi homo peccator occurrit. Tibi enim homo peccator
occurrit. Cum dico: Occurrit tibi homo peccator: duo noia Cõcor.23.
dixi. Hec duo nomina non ſuperflua ſunt. Duo noia: aliud q.4. Duo
quod homo: aliud quod peccator. Quod homo: op⁹ eſt dei: iſta.
quod peccator: opus hominis eſt. Da operi dei: noli operi
hominis. Et quomodo inquit me prohibes dare operi ho
minis. Quid eſt dare operi hominis? Peccatori dare pp̃ter
peccatum: placentia tibi propter peccatum. Et quis hoc fa
ciet iniquus? Quis hoc faciet? Utinam nemo: vtinam pauci: Diſtin.86.
vtinam non publice. Qui venatoribus donãt: quare donãt? Qui vena
Dicãt mihi: Quare donat venatori? Hoc in illo amat in quo toribus.
nequiſſimus eſt: hoc in illo paſcit: hoc in illo veſtit ipſam ne
quiciem publicam ſpectaculis omnium. Qui donat hiſtrio
nibus: qui donat aurigibus: qui donat meretricibus: qua
re donat? Nunquid non et ipſi hominibus donant? Non ta
men ibi attendunt naturam operis dei: ſed nequiciam ope
ris humani. Uis videre quid honores in venatore quando
illum veſtis? Dicatur tibi: ſis talis: amas illum: gaudes ad
illum: vis quodãmodo expoliare te: et illum veſtire. Noli cũ
iniuria accipere: ſi tibi de meretricibus dicatur: Tales ſint
filie tue. Iniuria eſt inquis: Quare iniuria eſt: niſi q: illa
iniquitas: Quare iniuria: niſi quia illa turpitudo. Non ergo 86.diſtin.
donas eum non das fortitudini: ſed turpitudini. Quomodo Qui vena
ergo qui venatori donat: nõ homini donat: ſed arti nequiſ tori.
ſime? Nam ſi homo tãtum eſſet et venator nõ eſſet: nõ dona T
res. Honoras in eo viciũ nõ naturã. Sic cõtra: ſi des iuſto:
ſi des prophete: ſi des diſcipulo chriſti aliquid cuius indi
get: et nõ ibi cogites: q: diſcipulus chriſti eſt: quia miniſter
eſt dei: ſed diſpenſator eſt dei: ſed cogites ibi aliud cõmodũ
temporale: vt fortaſſe cauſe tue neceſſarius: quando fuerit:

venalis tibi ſit:quia ei aliquid porrexiſti:tam tu non dediſ
ſti iuſto ſi ſic dederis:ꝙ ille non dedit homini quando de
dit venatori. Res ergo chariſſimi in ꝓmptu poſita eſt:et
puto quia et ſi obſcura fuit iam manifeſta eſt. Ad hoc domi
nus te conſtrinxit cum diceret: Qui receperit iuſtum:ſuffi
ceret. Sed quia poteſt recipi iuſtus alia intentione cū pu
tatur ꝓdeſſe poſſe ad aliquid temporale:forte ad ſupplen
dam cupiditatem:forte ad adiuuandum vt homo circumue
niatur:aut opprimatur:quia tale miniſterium de illo que
ris. forte propterea ſuſcipis:negauit tibi mercedem iuſti:
Matth. 10. niſi cum additamento. Ait enim: Qui receperit iuſtum in
nomine iuſti:mercedem iuſti accipiet:id eſt ideo recipiens
quia iuſtus eſt:et qui receperit prophetam. non tantum re
cipere prophetam:ſed in nomine prophete:hoc in illo ho
norans quod propheta eſt:ad extremum qui dederit cali
cem aque frigide vni ex minimis iſtis tantū in nomine di
ſcipuli:id eſt propterea quia diſcipulꝰ chriſti eſt:propterea
quia diſpenſator ſacramenti eſt:amen dico vobis:non per
Ibidem. det mercedem ſuam. Quomodo ergo intelligis:qui recepe
rit iuſtum in nomine iuſti:mercedem iuſti accipiet? Sic in
V. tellige:qui receperit peccatorem in nomine peccatoris per
det mercedem. Ergo fratres exercete miſericordiam: Non
eſt aliud vinculum charitatis:non eſt aliud vehiculum quo
perducamur in hac vita ad illam patriam. Extendite dile
Matth. 6. ctionem vſqꝫ ad inimicos:ſecuri eſtote. Ideo venit chriſtus
Ps. 8. cui tanto ante dictum eſt: Ex ore infantium et lactentium
perfeciſti laudem:vt deſtruas inimicum et vindicatorem:
Quod nonnulli codices defenſorem habēt:ſed verius vlto
rem:vindicatorem. Deſtruere voluit dominus vindicatorē
id eſt eum qui ſe voluit vindicare:vt non illi dimittātur pec
cata ſua. Quid ergo inquis? Dormiet diſciplina? Auferetur
omnis correptio? Non auferetur. Quid enim de luxurioſo
filio facturus es? Non caſtigabis? Non verberabis? Seruū
et ipſum tuum ſi male viuentem videris:non pena aliqua:
non verberibus refrenabis? Fiat hoc:fiat:admittit deus:
immo reprehendit ſi non fiat:ſed animo dilectionis fac:nō
animo vltionis. Ubi autem potentiores aliquos iniurioſos
paſſus fueris:vbi tibi nec corrigere diſciplina licet:nec for
Matth. 5. te etiam monere aut precipere:tolera:ſecurus tolera. Au
di euangelium:quomodo lectum eſt: Beati eritis cum vos
perſecuti fuerint homines et dixerint aduerſum vos omne
malum:mentientes propter nomen meum. Et ibi addidit
propter quid:ne merito tuo accipies maledicta non cauſa
11. q. 3. qui iuſtificationum dei. Nō enim qui maledictꝰ fuerit iuſtꝰ eſt:
iuſtus eſt. ſed qui iuſtus eſt et iniuſte maledicitur:et ſi iniuſte maledi
citur premium illi redditur. Propterea itaqꝫ ſecurus eſto
miſericors extende dilectionem vſqꝫ ad inimicos. Qui for
te pertinent ad gubernationem tuam vindica:coerce cum
dilectione cum charitate:attendens ſalutem eternā:ne cū
parcis carni:anima pereat. Fac hoc:et multos paſſurus es
in quos non potes exercere diſciplinam:quia non pertinēt
ad iura gubernationis tue. Certo iniurias:ſecurus eſto. Fa
ciet enim miſericordias dominus et iudicium omnibus in
iuriam accipientibus: Sic in te facit miſericordiā ſi miſer
tus fueris:ſic eris miſerior:vt quod pateris iniuriam non
ſit impunitum. Mihi vindictam et ego retribuam:dicit do
Deut. 32. minus. Notas fecit vias ſuas moyſi. Quas vias ſuas no
R. tas fecit moyſi? Quare moyſen elegit? Ex moyſe intellige
Joā. 1. omnes iuſtos:omnes ſanctos. Unum poſuit:omnes occur
rant. Tamen per moyſen data eſt lex:et habet aliquid ob
ſcurum traditio ipſa legis. Ad hoc enim data eſt lex:vt cō
uinceretur languidus:et medicum imploraret. Ipſa eſt oc
culta via dei. Iam dudum audieras: Qui ſanat omnes lan
guores tuos. Languores in egrotis latebāt:dati ſunt quin
qꝫ libri moyſi: Cincta eſt piſcina quinqꝫ porticibus:ꝓdu rit
Joā. 5. languidos vt ibi iacerent:vt proderentur:non vt ſanarētur
Quinqꝫ porticus prodebant:non curabāt. Piſcina curabat
deſcendente vno:et hoc piſcina turbata. Turbatio piſcine
in paſſione domini Ueniens enim et ignotus factus:cum di
Joā. 7. citur ab aliis ipſe eſt chriſtus:ab aliis non eſt chriſtus:iuſtꝰ
eſt peccator eſt: magiſter eſt: ſeductor eſt:turbauit aquā
id eſt turbauit populum:et in tota illa perturbatione aque
vnus ſanabatur:quia in paſſione domini vnitas ſanatur.

Qui preter vnitatem fuerit:et ſi iacebit in porticibus ſana
ri non poterit:et ſi legem tenet:ad ſalutem non perueniet.
Ergo quia hoc ibi myſterium eſt:ideo docet datam legem
vt conuincerentur peccatores:et ad gratiam accipiendam
medicum inuocarent. Unde ille conuictus eſt quē in ſe trāſ
figurat paulus apoſtolus dicens: Infelix homo:quis me li Ro. 7.
berabit de corpore mortis huius? Per mandatum enim:de
monſtrata illi erat quedā ira in ſeipſo: Unde dicit: Uideo Ibidem.
aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
mee:et captiuum me ducentem in lege peccati que eſt in
membris meis. Cognouit ſe in miſeria:in gemitu:in ira:in
contentione:ipſe ſecum ſibi non concordans:a ſe diſſonans
a ſe reſiſtens. Et quid ait:optās pacem:pacem veram:pa
cem ſupernā: Infelix ego homo:quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Gratia dei per ieſum chriſtum dominū
noſtrum. Ubi enim abundauit peccatū:ſuperabundauit gra Ro. 5.
tia. Unde autem abūdauit peccatum? Lex autem ſubintra Ibidem.
uit:vt abūdaret peccatum. Quare lege ſubintrāte abūda
uit peccatum? Quia nolebāt ſe cōfiteri boies peccatores:
addita lege facti ſunt ⁊ preuaricatores. Preuaricator enim
nō eſt quiſqꝫ:niſi cū legem trāſgreſſus fuerit. Ipſe apoſto
lus hoc dicit: Ubi enim nō eſt lex:nec preuaricatio. Abūda Ro. 4.
uit ergo peccatum vt ſuperabūdaret gratia. Ergo vt dicere
ceperam:quia hoc eſt in lege magnum myſterium:ideo eā
datā:vt creſcente peccato:humiliarentur ſuperbi:humilia
ti confiterentur:confeſſi ſanarentur. Iſte ſunt vie occulte
quas notas fecit moyſi per quem legē dedit:qua peccatū
abundaret: et ſuperabundaret gratia. Non crudeliter
hoc fecit deus:ſed conſilio medicine. Aliquando enim vide
tur ſibi homo ſanus et egrotat: Et in eo quod egrotat ⁊ nō
ſentit:medicū non querit. Augetur morbus: creſcit mole
ſtia querit medicus: ⁊ totum ſanatur corpus. Notas fecit
vias ſuas moyſi: Filiis iſrael volūtates ſuas. Nunquid
omnibus filiis iſrael? Sed veris filiis iſrael:immo omnibus filiis
iſrael. Qui enim doloſi:qui inſidioſi:qui hypocrite: non filii
iſrael. Et q̄ filii iſrael? Ecce vere iſraelita in quo dolus non Joā. 1.
eſt. Filiis iſrael voluntates ſuas. Miſerator ⁊ miſericors
dn̄s:longanimis ⁊ multe miſericordie. Quid tā longani Al ⁊ multū
mis? Quid tā multū in miſericordia? Peccatur ⁊ viuit:ac miſericors.
cedunt peccata:augetur vita: Blaſphematur quotidie:et Matth. 5.
facit ſolem ſuū oriri ſup bonos ⁊ malos: Uocat vndiqꝫ ad
correctionē:vocat vndiqꝫ ad penitētiam: vocat beneficiis
creature:vocat impertiēdo tēpus viuēdi: vocat p lectorē:
vocat p tractorē:vocat p intimā cogitationē:vocat p flagel
lum correctionis:vocat p miſericordiam cōſolationis. Lon
ganimis ⁊ multe miſericordie. Sed obſerua ne lōgitudine
miſericordie dei male vtēdo:tu tibi theſaurizes qđ ait apo
ſtolus:irā in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicii dei. Nā hoc
ait Apoſtolus: An diuitias benignitatis ⁊ lōganimitatis Ro. 2.
eius cōtēnis? Ignoras q: patiētia dei ad penitentiā te ad
ducit? Qđ tibi parcit:putas q: places ei? Hec feciſti inquit Ps. 49.
et tacui: Suſpicatus es iniquitatē quero tui ſimilis. Non
mihi placēt peccata:ſed longanimitate q̄ro recte facta. Si
punirē peccatores:nō inuenirē cōfeſſores. Ergo te deꝰ lon
ganimitate ſua parcēdo ad penitentiam adducit:tu autem
quotidie dicis:finitur hodiernus dies: et ſic ero ⁊ craſtino
die:non enim cras erit vltimus:⁊ tertio die: ⁊ ſubito veniet
ira eius. Fratres:nō tardetis cōuerti ad dominum. Sunt Eccli. 5.
enim qui preparant cōuerſionem et differunt: ⁊ ſit in illis
vox coruina:cras:cras. Coruus de arca miſſus:nō eſt reuer Gen. 8.
ſus. Non querit deus dilationem in voce coruina: ſed con
feſſionem in gemitu colūbino. Miſſa columba reuerſa eſt.
Quādiu cras:cras? Obſerua vltimum cras: quia ignoras
quod ſit vltimū cras. Sufficiat qđ vixiſti vſqꝫ ad hodiernū
peccator. Audiſti. Sepe ſoles audire:audiſti ⁊ hodie. Quā
quotidie audis:tam quotidie nō corrigeris. Tu eñ ſm du Roma. 2.
riciam cordis tui et cor impenitens: theſaurizas tibi irā in
die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicii dei: qui reddet vnicuiqꝫ
ſm opera ſua. Non ſic tibi videatur deus miſericors: vt nō
videatur et iuſtꝰ. Miſericors ⁊ miſerator dn̄s. Audio ⁊ gau
deo:ita dicis:audi et gaude. Adhuc addidit: Longanimis
et multum miſericors: Et in extremo:et verax. Gaudes ad Ps. 85.
verba ſuperiora:ad vltimum treme. Sic miſericors et lon
ganimis

ganimis eſt:vt ſit ⁊ verax. Cu; tibi theſauriſaueris iram in
Z die ire: nõne experieris iuſtum quẽ cõtempſiſti benignum?
Alſ † per petuum. † Commi nabitur. ⌊ Non in † finem iraſcetur:neq; in eternũ † indignabitur. ⌋
Quia ⁊ qd viuimus in flagellis et correptione mortalitatis
de indignatione ipſius eſt:de pena hoc habemus primi pec
cati. Fratres mei non ſolum cogitare debemus vt futuras
minas ipſius euadamus:ſed et preſentem irã q: ⁊ iſta ira
Eph.2. ipſius eſt:cuius ⁊ ſe ⁊ nos fuiſſe dicit filios Apl's. Ait quip
pe: Fuim⁹ eñi ⁊ nos aliqñ natura filij ire:ſicut ⁊ ceteri. Er
go ex ira ipſius eſt ꝙ hic homo pegrinat:qd laborat. Nõ eſt
Gen.3. ex ira ipſi⁹ fratres mei: In ſudore vult⁹ tui ⁊ in labore edes
panem tuũ:⁊ terra ſpinas ⁊ tribulos pariet tibi? Ab autore
noſtro dictum eſt. Aut ſi eſt aliud vita noſtra: ſi poteris cõ
uertere ad aliquas voluptates: vbi ſpinas nõ ſentias? Elige
qd volueris:eſto auarus:luxurioſus:Ut duo iſta ſola nõ di
cam⁹:adde tertiũ ambitioſus. In honor cupiditate quãte
ſpine? In luxuria libidinu; quãte ſpine? In ardore auaricie
quãte ſpine? Amores turpes quãtas moleſtias habẽt? Quã
tas ſollicitudines hic in iſta vita? Omitto gehẽnas. Uide ne
iam ipſe tibi gehẽna ſis. Hoc eñi totum fratres mei de ira
ipſius eſt:⁊ cum te cõuerteris vt iuſte agas:nõ poteris niſi
laborare i terra: Et nõ finitur labor:niſi cũ finita fuerit via.
Oportet in via laborare:vt in patria gaudeamus. Ergo cõ
ſolatur promiſſione ſua laborem tuũ:ſudorem tuum: mole
ſtias tuas:⁊ dicit tibi: Non in finem iraſcetur:neq; in eter
t num indignabitur. ⌊ Non ſm peccata noſtra fecit nobis. ⌋
deo gratias:q: hoc voluit. Non qd merebamur accepimus.
Non ſm peccata noſtra fecit nobis:⌊ Neq; ſm iniquitates
Alſ † corroborauit. † fe. noſtras retribuet nobis. Qm̃ ſecũdũ altitudinẽ celi a terra:
† cõfirmauit dñs miſericordiam ſuã ſup timẽtes † eu;. ⌋ Cõ
firmauit dñs miſericordiam ſuam ſuper timẽtes eũ. Scdm
quid? Scdm altitudinẽ celi a terra. Quid dixit? Si aliquã
do poteſt celum abſcedere a ꝓtectione terre: aliquãdo po
terit deus non protegere timẽtes ſe. Attẽde ⁊ celum: vbiq;
ſtq; vndiq; ꝓtegit terram:⁊ nulla pars terre eſt que nõ ce
lo ꝓtegatur. Peccãt hoies ſub celo:faciũt omnia mala ſub
celo: tamẽ ꝓtegũtur celo. Inde lux ad oculos: inde aer:in
de ſpiritus: inde pluuia ad terram ꝓpter fructus: inde om
nis miſericordia a celo. Tolle auxilium celi a terra: ſtatim
deficiet. Sicut ergo ꝓtectio celi permanet ſuper terra;: ſic
ꝓtectio dñi pmanet ſup timẽtes eu;. Times deum: ſupra te
eſt ꝓtectio ipſius. Sed forte flagellaris: et putas quia de
ſeruit te deus: ſi deſeruit protectio celi terram: Qm̃ ſm alti
tudinem celi a terra cõfirmauit dñs miſericordiam ſuam ſu
ꝛ per timẽtes eum. Et quid fecit? Quia nõ ſm peccata noſtra
Alſ † or⁹. retribuit nobis. ⌊ Quãtum diſtat † oriens ab occidẽte: †
Alſ † elongauit. longe fecit a nobis † eſſe † peccata noſtra ⌋ Scdm altitu
dinem celi a terra: cõfirmauit dñs miſericordiam ſuã ſuper
Al. † nõ h; nos. Dixi quare? Propter ꝓtectionem. Unde? Quãtũ diſtat
† iniquitates noſtras oriens ab occidente: longe fecit a nobis eſſe peccata noſtra.
Nouerũt qui ſacramẽta ſciũt: Tamẽ qd oẽs audire poſſunt
dico. Quãdo peccatum remittitur: occidũt peccata tua: ori
tur gratia tua. Peccata tua tãq̃ in occaſu ſunt: gratia qua
Ps.84. liberaris in ortu eſt. Ueritas de terra orta eſt. Quid eſt ve
ritas de terra orta eſt? Nata eſt gratia tua: Occidũt pecca
ta tua: innouaris quodãmodo. Ad ortum attendere debes
ab occaſu auerti debes. Auertere debes a peccatis tuis: cõ
uertere ad gratiã dei. Illis occidẽtib⁹ ſurgis ⁊ ꝓficis. Sed
pars celi que ſurgit: rurſu; in occaſum it. Nõ vndecũq; poſ
ſunt ſimilitudines duci ad perfectum: poſſunt colliniari ipſe
res reb⁹ ad quas adhibẽtur: ſicut dixi de aquila: ſicut de lu
na: ſic ⁊ hic: Occidit pars vna celi: oritur altera: Sed pars q̃
oritur mõ: poſt duodecim horas occaſura eſt. Nõ ſic eſt gra
tia que nobis oritur. Et peccata in eternũ occidũt:⁊ gratia
in eternũ manet. Quare autẽ? Quãtũ diſtat oriẽs ab occidẽ
te: tãtũ longe fecit a nobis pctã noſtra: vt illa occidãt:⁊ gra
AA tia oriatur. Quare putatis? ⌊ † Sicut miſeret pater filijs: †
Al. † Quõ † filiorum. Al. † ita. † fe. ſic miſert⁹ eſt dñs timentib⁹ † eum. ⌋ Iam ſeuiat quãtum
vult: pater eſt. Sed flagellauit nos: et afflixit nos:⁊ contri
uit nos: pater eſt. Fili ſi ploras: ſub patre plora: noli cum in
dignatione: noli cũ typo ſupbie. Qd pateris vnde plãgis:
medicina eſt nõ pena: caſtigatio eſt nõ dãnatio. Noli repel
ps.242. in pſalmis:vna enim dicit ex oībus: Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Sicut terra ſine aqua tibi:quid eſt? Sitiens ſitiuit anima mea ad te tanq̄ terra ſine aqua. Niſi eni ſitiat: non recte irrigabitur. Anime crebra pluuia diluuium eſt:ſi tiat oportet: Beati enim qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam: (Math.5.) Et dicat anima mea tanq̄ terra ſine aqua tibi:qz dicit alibi: (Ps.62.) Sitiuit anima mea ad deum viuum. Terram ergo intelli go eccleſiam. Que eſt firmitas eius ſuper quā fundata eſt: niſi fundamentū eius? An incognite intelligimus firmitatem ſuper quam fundata eſt terra:fundamentum vbi conſtitu ta eſt eccleſia? Quod eſt illud fundamentum? Fundamentū (1.Cor.3.) inquit nemo poteſt ponere preterq̄ quod poſitum eſt: qđ eſt xp̄s ieſus. Ibi ergo firmati ſumus: Merito ibi firmati non inclinabimur in ſeculum ſeculi. Nihil enim firmius iſto fundamēto. Infirmus tu eras:ſed firmum fundamentum te portat. In te firmus eſſe nō poteras:firmus eris ſemp ſi ab illo firmo fundamēto nō recedas. Non inclinabitur in ſe culum ſeculi. Ipſa eſt predeſtinata colūna & firmamentum veritatis. ⌊Abyſſus ſicut veſtimētum amictus ipſius: ſup montes ſtabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Aſcendunt montes & deſcendunt (Al.† nō h3) campi:in locum quē fundaſti eis. Terminum poſuiſti † eis († cōuertē) quem non tranſgredientur:neq3 † reuertentur tegere terrā. (operire.) Qui emittis fontes in cōuallibus:inter medium montium (Al.† expe) pertranſibunt aque. Potabunt omnes beſtie agri: † ſuſcipiēt (ctabunt.) onagri in † ſitim ſuam. Super † illos volatilia celi † inhabi († ſiti ſua.) tabunt:de medio petrarum dabunt † vocem † ſuam. Rigās († ea vola) montes de ſuperioribus ſuis:de fructu operum tuorum ſa (cres.) tiabitur terra. Producens fenum iumentis: & herbā ſeruitu († habita) ti hominum: Ut educas panem de terra: & vinū letificet cor (bunt.) hominis: Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis († voces.) confirmet. † Satiabuntur † omnia ligna campi: & cedri liba (Al.† nō h3) ni quos plantauit:illic paſſeres nidificabunt. † Fulice dom⁹ (Al.† ſatu) dux eſt eorum. ⌋Animaduertitis extentum celum:vultis in (rabunt.) tellectu aſcendere: Et ego video q̄tum altū ſit. Puto q̄ me (Al.† nō h3) cum conſideret charitas veſtra. Nā ideo multos verſus vo († herodij.) lui pronūciare:vt videatis q̄ alta ſint poſita ſacramēta dei: ne faſtidiamus oblata:ne prompta ꝓpterea viloſcant:vt ſu per queſita etſi cum difficultate:cum maiori iocunditate in ueniant. Inter cetera tamē fratres que poſſunt accipi ad litteram:nunquid et hoc quod dictum eſt: Illic paſſeres ni dificabūt:fulice dom⁹ dux eſt eorū? Nūqđ dom⁹ fulice dux eſt paſſerū? Aut dom⁹ fulice:dux ē cedrorū? Et h̄ eni ibi eſt: et cedri libani quos plātauit:illic paſſeres nidificabūt:fuli ce domus dux eſt eorum. Et quidem latina locutione:eo rum cedrorum non poſſumus intelligere. Cedri enim femi nini generis ſunt. Fulice itaq3 domus:quomō eſt dux paſ ſerum? Hoc enim in iſta creatura que oculis noſtris adia cet:intelligi nullo pacto poteſt. Fulicas enim aues eſſe ma rinas vel ſtagnenſes nouimus. Domus fulice:ſit nidus fu lice. Quomodo ergo domus fulice dux eſt paſſerum? Qua re quedam in rebus viſibilibus quaſi abſurda miſcet ſpiri tuſſanctus:niſi vt ex eo quod non poſſumus accipere ad li (AA) teram:cogat nos iſta ſpiritualiter querere? Ergo ſi ad ce lum intellectu vt dixi:ad extentam pellem vultis aſcende re:et nubes fecit aſcenſionem eius: Nubes iſta que vobis loquitur:inualida eſt hodie ad omnia iſta exponenda. Da te veniam:et ſi non veſtre:mee certe infirmitati. Auiditatē quidē veſtram tātam video:vt ſemper parati ſitis audire. Sed due res ſunt:quarum ratio non cōtemnenda eſt. Nā et infirmitas corporis noſtri conſideranda eſt:et ipſarum re rum que exponuntur:memoria: Interim que audiſtis co gitate. Quid dixi? Que manducaſtis:ruminate. Sic enim eritis munda animalia:et apta epulis dei. Fructum autē veſtrum in operib⁹ veſtris aduertite. Ualde enim male di gerit is qui bene audit:et non bene operatur:quia domin⁹ deus noſter nō deeſt paſcere. Notum eſt omnibus:quia de pane quem accipimus et quem erogamus:redditurī ſum⁹ rationem: Optime nouit charitas veſtra: Non enim tacet nobis pagina diuina:aut adulatur nos de⁹. De iſto loco q̄ liberi ſimus ad vos poteſtis aduertere:et ſi forte ego min⁹ liber ſum:vel omnes qui in hoc loco vobis loquuntur ſi mi nus liberi ſumus:certe ipſe ſermo dei neminē timet. Nos autem ſiue timeamus:ſiue liberi ſimus:eum cogimur annū ciare qui neminem timet: Hoc vobis non homines:ſed de⁹ preſtitit:vt et per timidos liberum audiatis. Excuſationē in iudicio dei nō habebitis:niſi vos in bonis operibus exer cueritis:et eorum que audiſtis tanq̄ pluuie fructum con gruum dederitis. Fructus congruus opera bona: Fructus (BB) bonus ſincera dilectio:nō ſolū fratris:ſed et inimici. Sup plicem nullum ſpernas:et cui dare non potes quod petie rit:non eū ſpernas. Si potes dare:da:ſi non potes:affabi lem te preſta. Coronat deus intus bonitatem:vbi nō inue nit facultatem. Nemo dicat:nō habeo. Charitas nō de ſac cello erogatur:qz quicquid dicimus & quicquid diximus:et quicquid dicere potuerimus:vel nos:vel poſt nos:vel qui ante nos:finem non habent niſi charitatem:quia finis pre cepti charitas eſt:de corde puro et conſcientia bona:et de (Roma.10.) fide non ficta. Interrogate quando rogatis deū corda ve (Math.6.) ſtra:videte quomodo tranſmittatis verſum iſtum: Dimitte nobis debita noſtra:ſicut et nos dimittimus debitorib⁹ no ſtris: Nō eris orās:niſi iſta dicas. Si alia dicas:nō te exau dit ille:quia non ipſam tibi dictauit iuriſperitus quem mi ſit. Neceſſe eſt ergo:vt et quando verba noſtra dicimus in oratione:ſecundum ipſam dicamus: Et quando ipſa verba dicimus:bene intelligamus quod dicimus quia manifeſtā illam deus eſſe voluit. Si ergo non oraueritis:ſpem nō ha bebitis: Si aliter q̄ magiſter docuit oraueritis:non exau diemini:aut ſi oratione mentiri fueritis:non impetrabitis. Ergo et orandum:et verum dicendum eſt: & ſic dimitti orā dum eſt:quomodo ille docuit. Uelis nolis quotidie dictur⁹ es: Dimitte nobis debita noſtra:ſicut & nos dimittimus de bitoribus noſtris. Uis ſecurus dicere:fac quod dicis.

¶ Sermo ſecundus de eadem parte pſalmi.

¶ Prefatio. (B)

SEd quia debitores nos tenetis:non neceſſitate:ſed quod eſt vehementius charitate. Debemus autē hoc primo domino deo noſtro:qui habitās in vobis & exigit iſta de nobis:deinde domino et patri preſenti:et iubenti et orā ti pro me:deinde veſtre violentie:quia extorquetis etiā in firmis viribus noſtris. Tamen q̄tum dominus donat:qui & ipſas vires vobis orantibus donare dignetur:quoniā pſal mi huius primas partes die iā nup̄ precedente tractauimus: etiā ſequētia ſuſcipiēda ſunt: & illo adiuuāte in cui⁹ noīe ce pim⁹ terminanda ſunt. Cōmēdaueram⁹ aūt charitati veſtre qui affuiſtis:totum iſtum pſalmum figuratis myſterijs eſſe cōtextū. Uni qđ difficili⁹ querit:ſolet dulci⁹ inueniri. Ne pu tetis iſta vobis obſcuritate ſubtracta:ſz difficultate ꝯdita & tra dita:ad hoc qđ ſepe iā diximus:vt det petētib⁹:inueniatur a q̄ (Math.7.) rētib⁹:intretur a pulſantib⁹. Sz op⁹ eſt nobis aliquāto maio re & ſilētio vr̄o: & patiētia veſtra:vt pauca q̄ dicturi ſumus: nō p̄ ſtrepitū tēpus ampli⁹ occupēt. Pauca eni nos dicere tpis cogit anguſtia:qđ nouit & charitas veſtra debere nos exequijs fidelis corpis ſolēne obſequiū. Et etiā q̄ dicta ſunt repetere: & rurſus exponere nō cogamur:ſed ſi defuerit alij qui qui nō audierūt:qui vtinam nō deeſſent:pdeſt aūt illis fortaſſe qui nō audiunt mō qđ audierit qui affuerunt:vt et ipſi diſcant adeſſe. Legamus ergo curſum.

¶ Item expoſitio eiuſdem partis. (B)

BEnedic a a mea † dñm. ⌋Omniū noſtrū aīa dicat vna (Alb † dño:) facta in xp̄o: ⌊Dñe de⁹ me⁹ magnificat⁹ es † nimis. ⌋ (Al.† vehe) Uā magnificat⁹ es nimis? ⌊Cōfeſſionē & decorē induiſti. ⌋ (menter.) Cōfitemini vt decoremini:vt induat vos. ⌊† Circūamictus (Al.† ami) luce ſicut veſtimēto. ⌋Circūamict⁹ eccleſiā ſuā:qz ipſa facta (ctus lumi ne) eſt lux in illo:q̄ pri⁹ erat tenebre in ſe: dicēte Apl'o: Fuiſtis (ſicut veſti) aliqñ tenebre:nūc aūt lux in dño. ⌊Extēdēs celū ſicut pel (mento.) lem: ⌋Uel tā facile q̄ tu pellē:ſi tā facile ſit tāq̄ ad literam ac (Eph.5.) cipias:vel vt autoritatē ſcripturarū intelligam⁹ diſtēſā p̄ to tū mūdū noīe pellis:qz mortalitas in pelle ſignificat. Diſpē ſata eſt aūt nobis oīs autoritas ſcripturarū diuinarū p̄ ho mines mortales:quorū iā mortuorū fama diſtēditur. ⌊Qui († pregit †) in aquis ſuperiora ei⁹. ⌋Cui⁹ ſuperiora? Celi. Quid (Al.† tegis) eſt celū? Figurate diximus ſcripturā diuinā. Que ſu (Al.† nō h3) periora ſcripture diuine? Preceptū (quo nihil eſt eminēti⁹) (1.Corin.13.) charitatis. Quare aūt oīa cōpara eſt charitas? Quia chari (Roma.5.) tas dei diffuſa eſt in cordib⁹ nr̄is p̄ ſpiritūſanctū q̄ dat⁹ eſt no

Ioã.7. bis. Unde aqua ipſe ſpiritus? Quia ſtabat ieſus ⁊ clamabat
Si quis ſitit: veniat ad me ⁊ bibat: q̄ credit in me: flumina
aque viue fluēt de ventre eius. Uñ pbam⁹: q: de ſpiritu dictū
eſt: Dicat ipſe euãgeliſta q̄d ſequitur ⁊ ait: Hoc aūt dicebat
de ſpiritu quē accepturi erāt credētes in eū. ⌊ Qui ambu-
lat ſup pēnas vētoꝝ. ⌋ Id eſt ſup virtutes aiarū. Que eſt
virtus aie? Ipſa charitas: Quō aūt ille ſup illã ambulat?
Quia maioꝛ eſt charitas dei in nobis: q̄ noſtra i deū. ⌊ Qui
Aliꝰ † vren facit angelos ſuos ſpūs: ⁊ miniſtros ſuos ignē † flagrātē. ⌋
tem. Id eſt eos q̄ iã ſpūs ſunt: q̄ ſpūales nō carnales ſunt: facit
ſuos mittēdo vt predicēt eiꝰ euãgelium. Et miniſtros ſuos
C ignem flagrātem. Niſi eñ ardeat miniſter predicãs: nō ac-
Aliꝰ † Qui cendit eū cui predicat. ⌊ † Fundauit terrã ſup firmamentū
fũdaſti ter eiꝰ: ⌋ Firmauit eccleſiam ſup firmamētum eccleſie. Quid
ram ſuper eſt firmamētum eccleſie: niſi fundamētū eccleſie? Quid eſt
ſtabilitatē fundamētum eccleſie: niſi de quo dicit Apl's: Fundamētuꝫ
ſuam. aliud nemo pōt ponere pter q̄ qō poſitū eſt: qō eſt xp̄s ie-
1. Coꝛin. 3. ſus? Et ideo tali fundamēto ſuffulta: quid meruit audire?
⌊ Non inclinabit̄ in ſeculū ſeculi. ⌋ Firmauit terrã ſup fir-
mamentum eiꝰ: id eſt firmauit eccleſiam ſup firmamētum
chriſtū. Nutabit eccleſia: ſi nutauerit fundamētum. Sed vñ
nutabit xp̄s: q̄ anteq̄ veniret ad nos ⁊ carnē ſuſciperet: oia
p ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factū eſt nihil: q̄ oia ꝯtinet ma-
Ioã.1. ieſtate: ⁊ nos in bonitate? Non nutãte xp̄o: nō inclinabitur
in ſeculū ſeculi. Ubi ſunt q̄ dicūt periſſe de mūdo eccleſiam
qñ nec inclinari pōt? Sed vñ cepit dñs aſſerere iſtã eccleſiã
reuelare: incipere: oſtendere: diffundere? Unde cepit hoc?
Quid erat pmo? Quia firmauit terrã ſup firmamētū eiꝰ:
nō inclinabitur in ſeculū ſeculi. ⌊ Abyſſus ſicut veſtimētum
D amictus † ipſius ⌋ Cuius? Nūq̄d forte dei? Sed iã de ami-
Al. † eius. ctu eius dixerat: Circūamictꝰ lucē ſicut veſtimētum. Audio
deum luce veſtitum: ⁊ lux ipſi ſi volumus nos ſumꝰ. Quid
eſt ſi volumus? Si iã tenebre nō ſumus. Ergo ſi deus luce
veſtitus eſt cuius rurſus veſtimētum eſt abyſſus? Abyſſus
eñ dicitur immēſa aquarum copia. Omnis aqua: oia humi-
da natura atq̄ ſubſtãtia circūquaq̄ diffuſa p maria ⁊ flumi-
na ⁊ antra occulta: ſimul vno noie abyſſus vocatur. Ergo
terram intelligimꝰ de qua dixit: Firmauit terrã ſup firma-
mentum eius: nō inclinabitur in ſeculū ſeculi. De illo dictū
credo: Abyſſus ſicut veſtimētum amictus ipſius. Terre eñ
quaſi veſtimētū eſt aqua: circūdãs eam ⁊ cōtegēs eã. Sed
aliquãdo in diluuio ita creuit hec veſtis terre: vt oia diuo
cooperiret: ⁊ trãſcenderet altiſſimos montes: ſicut ſcriptu-
Geñ.7. ra teſtatur: cubitis ferme quindecim. Foꝛtaſſe ipſum tempꝰ
ſignificauit iſte pſalmus cum diceret: Abyſſus ſicut veſtimē-
E tum amictus ipſius: ⌊ Super mōtes ſtabūt aque: ⌋ Id eſt
veſtimētū terre: qō eſt abyſſus: ita creuit: vt etiã ſup mōtes
Ibidem. aque ſtarent. Legimus hoc vt dixi: factum in diluuio. Inde
loquebatur nobis propheta: narrabat nobis pterita: an pre-
nūciabat futura? Sed ſi narraret pterita: nō nobis diceret:
Sup mōtes ſtabūt aque: ſed ſup mōtes ſteterūt aque. Pre-
teritum eñ tempus p futuro ſolet poni in ſcripturis: Ita
preuidēte ſpiritu q̄ vētura ſunt: quaſi iam facta ſint ſolemꝰ
legere: Inde eſt qō illud in alio pſalmo nouimus oēs: vbi
tãq̄ euãgeliū recitatur: Foderūt manꝰ meas ⁊ pedes meos
dinumerauerūt oia oſſa mea: ſup veſtimētum meū miſerūt
Pſ. 21. ſoꝛtem. Omnia quaſi iã facta cōmemoꝛãtur: q̄ vtiq̄ adhuc
vētura cernebãtur: Sed quãtū pōt noſtra intelligētia: q̄tū
aūt pōt tãta occupatio: aut qñ ſic vacat: vt poſſimus p certo
dicere: ita eſt? Animaduertimus ſepe pphetas pterito tpe
verboꝝ dicere q̄ vētura ſunt: an figura aūt futuri dicere pre-
terita: nō facile occurrit legēti. Nō audeo dicere nō eſt: ſed
certe ſtudioſis earū litterarū induxerim quid querãt. Si
inuenerint: ⁊ ad nos attulerint: gratulabimur: adoleſcentiū
ſtudijs ocioſoꝛum occupati ſenes: ⁊ ex eoꝝ miniſterio ⁊ nos
aliquid diſcimus. Non eñ dedignabimur qñ xp̄s de oībus
docet. Hoc ergo dicit: Sup mōtes ſtabunt aque. Prophe-
ta curãs futura pdicere: nō narrare preterita: ppterea di-
xit: q: eccleſiã futurã in diluuio pſecutionū volebat intelligi.
Fuit eñ tp̄s aliqñ: quo terrã dei eccleſiã dei cooperuerunt
aque pſequētiū: ⁊ ita cooperuerãt vt nō apparerēt: nec ipſi
magni q̄ ſunt montes. Qñ eñ vbiq̄ fugiebãt: quō nō minꝰ
Pſ.6. apparebãt? Et foꝛtaſſe de illis aquis eſt vox illa: Saluū me
fac deus: qñ intrauerūt aque vſq̄ ad animã meã. Maxime
aque q̄ mare faciūt: pcelloſe: infructuoſe. Non eñ quãdocūq̄
terrã cooperuerit aqua marina: fecūdauit eã potiꝰ q̄ ad ſte-
rilitatē pduceret. Erãt eñ ⁊ mōtes ſub aquis: q: ſup mōtes
ſtabūt aque: populi reſiſtētes ſuperauerūt autoꝛitatē olim vi-
q̄ foꝛtiter euãgelizãtiū verbū dei: cooperuerãt eos aque: ⁊
ſup illos ſtabūt aque: Dicebãt: preme: preme: ⁊ premebant
extingue nō appareant. Dicebãt iſta: ⁊ pualebãt ſup marty-
res: ⁊ fugiebãt vbiq̄ chriſtiani: ⁊ fuga quadã occultabãtur
apli. Uñ fuga occultabãtur apli? Quia ſup montes ſtabunt
aque. Erat poteſtas aquarū magna. Sed q̄diu? Audi qō ſe-
quitur. ⌊ Ab increpatione tua fugient. Et hoc factū eſt fra- F
tres: ab increpatiōe dei fugierūt aque: hoc eſt a pſſura mō-
tium receſſerūt. Iã mōtes ipſi erãt petrus ⁊ paulus. Quō
eminēt? Qui ante a pſecutoꝛibus pmebãtur: nūc ab impera-
toꝛibus venerãtur. Fugierūt eñ aque ab increpatione dei: Prouer. 21
q: coꝛ regū in manu dei: deflerit quo voluit: iuſſit p eos pacē
dari chriſtianis: emicuit ⁊ eminuit autoꝛitas apoſtolica. Nū-
quid ⁊ qñ ſupꝛa erãt aque: mōtium defecerat magnitudo?
Sed tamē fratres mei vt oēs viderēt eminētiã mōtiū: per
quos mōtes ſalꝰ eſſet generi hūano: q: leuaui oculos meos
in montes vnde veniet auxiliū mihi: Ab increpatione dei fu- Pſ. 120.
gierūt aque: ⌊ A voce tonitrui tui foꝛmidabunt: ⌋ Iã quis
nō terreatur a voce dei p aplos: voce dei p ſcripturas: p nu-
bes eius? Conquieuit mare: foꝛmidauerūt aque: nudati ſunt
mōtes: iuſſit impatoꝛ. Sed quid iuſſiſſet: niſi deꝰ tonuiſſet?
Quia voluit deꝰ: illi iuſſerūt ⁊ factū eſt. Ergo nullus ſibi ho-
minū arroget aliq̄d. Foꝛmidauerūt aque: ſed a voce tonitrui
tui. Nam ecce cū voluit deꝰ fugierūt aque: ne pmerēt mon-
tes: Anteq̄ id fieret: ⁊ ſub aquis firmi erãt montes. ⌊ Aſcen- G
dūt mōtes ⁊ deſcēdunt campi: in locū quem fundaſti eis. ⌋
Adhuc de aquis loquitur. Nō hic mōtes accipiamus quaſi
terrenos: neq̄ cãpos quaſi terrenos: ſed fluctꝰ tã magnos:
vt mōtibꝰ cōparētur. Fluctuauit aliqñ mare: ⁊ fluctꝰ eiꝰ tãq̄
mōtes fuerūt: q̄ mōtes illos aplos operirēt. Sed q̄diu aſcē-
dūt mōtes ⁊ deſcēdūt cãpi? Seuierūt ⁊ placati ſunt. Cum ſe-
uiebãt: mōtes erãt: cū placati ſunt: campi facti ſunt: Fun-
dauit eñ eis locū. Eſt quidã meatus: quaſi pfundus locus:
quo recepta ſunt quodãmodo oia ſeuiētia coꝛda moꝛtalium
Quã multi mō: ⁊ falſi: ⁊ amari ſunt: ⁊ tñ quieti. Quã multi
ſunt q̄ dulceſcere nolūt. Qui ſunt q̄ dulceſcere nolūt? Qui in
xp̄m adhuc credere nolūt: Et quãuis multi ſunt q̄ nōdū cre-
diderūt: q̄d faciūt eccleſie? Montes erant aliquãdo: modo
cãpi ſunt: Tamē fratres mei ⁊ malitia mare eſt. Quare eñ
nō ſeuiūt mō? quare nō inſaniūt: quare nō dãt operã? Siqui-
dē ſi nō pñt euertere terram noſtrã: certe cōtegere. Quare
nō? Audi: ⌊ Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur:
neq̄ † reuertentur † tegere terram. ⌋ Quid ergo quia iã Al. † cōuer-
fluctus amariſſimi modum acceperūt: vt liceat nobis talia tentur.
etiã libere pdicare. quia terminū acceperūt debitū: q: trãſ- † operire.
gredi nō poſſunt impoſitū finē: neq̄ reuertent̄ tegere terrã
Quid fit in ipſa terra: q̄ operationes ibi ſunt: quã mare na-
dauit? Et ſi adhuc eiꝰ oꝛã tenues fluctꝰ pſtrepūt: ⁊ ſi adhuc
murmurãt pagani: fonitū littoꝛū audio: diluuiū i nō pboꝛre- D
ſco. Quid ergo? Quid fit in terra? ⌊ Qui † emittit fontes in Aliꝰ † emit-
conuallibꝰ. ⌋ Emittit inq̄t fontes in conuallibꝰ. Conualles tis.
noſtis q̄d ſint: depꝛeſſa loca terrarū. Nã collibꝰ et montibꝰ:
cōtraria figura opponunt̄ valles vel cōualles. Colles ⁊ mō-
tes: tumoꝛes terrarū ſunt. Ualles autē vel cōualles humili-
tates terrarū. Noli contēnere humilitates: inde fluūt fon- 1. Coꝛin.15
tes: emittit fontes in cōuallibꝰ. Audi montē: Dicit apoſtolꝰ
Plus illis omnibꝰ laboꝛaui. Magnitudo quedã cōmendat̄
ſtatim tñ vt pfluāt aque: cōuallē ſe fecit: Non ego autē: ſed
gratia dei mecū. Nō repugnat vt q̄ ſunt mōtes: ſint ⁊ cōual-
les. Sicut eñ mōtes dicunt̄ ppter ſpiritualē magnitudinē
ita ⁊ cōualles ppter ſui ſpiritꝰ humilitatē: Nō ego inq̄t: ſed Ibidem.
gratia dei mecum. Ergo cōuallis eſt: et gratia dei fons eſt.
Qui emittit fontes in conuallibus: de ſpiritu dicebat quo- Ioã. 7.
modo commemoꝛaui: Si q̄s ſitit veniat ⁊ bibat: q̄ credit in
me: flumina aq̄ viue fluēt de vētre eiꝰ: Hoc autē dicebat de
ſpiritu quē accepturi erãt hi q̄ in eū erãt crediturī. Uidea-
mus ſi cōualles ſunt: vt emittant̄ fontes in cōuallibꝰ. Audi
pphetã: Sup quē requieſcit ſpiritꝰ meꝰ: niſi ſup humilem ⁊ Eſa.66.
quietū;

quietū: ⁊ tremētē verba mea? Quid eſt ſup quē requieſcit ſpi
ritus me⁹? Sup humilē ⁊ quietū. Quis habebit fontē meū?
I Cōuallis. [Inter mediū mōtiū ptrāſibūt aque.] Hucuſq3
a lectore pnunciat⁹ eſt pſalm⁹. Hucuſq3 charitati veſtre ſuf
ficiat. Hoc dicem⁹: et in nomine dei ſermonē terminabim⁹.
Quid eſt: inter mediū montiū ptranſibūt aq̄? Audiuim⁹ q̄d
ſunt mōtes: magni p̄dicatores verbi: ſublimes angeli dei: q̄
uis adhuc in carne mortali: excelſi nō ſua virtute: ſed illius
gratia. Quantū autē ad ipſos attinet: cōualles ſunt: humi
liter emittūt fontes: Et inter mediū montiū inq̄t ptranſi
bunt aq̄. Putem⁹ hoc ita dictū: inter apoſtolorū mediū per
tranſibūt p̄dicationes verbi veritatis. Quid eſt inter me
dium montiū ptranſibūt aq̄? Quid eſt inter mediū apoſto
lorum? Qd̄ mediū dicit: cōmune eſt. Res communis vnde
omnes equaliter viuunt: media eſt: nec attinet ad te: nec
ad me. Propterea loq̄mur et ſic de aliquib⁹ hoīb⁹: Habent
inter ſe pacē: habēt iter ſe fidē: hūt iter ſe charitatē: ſic certe
dicim⁹. Quid eſt iter ſe? In medio ſui. Quid eſt i medio ſui?
Cōmune eſt illis. Audi aquas inter mediū mōtiū. Quia cō
munis illis fides erat: nec q̄ſq3 aquas q̄ſi pprias ⁊ ſuas ha
bebat. Si eñ nō ſunt in medio: quaſi priuate ſunt: nō publi
ce fluūt: Et ego habeo meā: ⁊ ille h3 ſuā: nō eſt in medio qd̄
⁊ ego ⁊ ipſe habeat: ſed ⁊ talis non eſt pacifica p̄dicatio: At
Roma. 15. vero vt inter mediū montiū fluāt aq̄: Audi vocē mōtis: De⁹
1. Corin. 1. inq̄t pacis det vobis idipm ſapere inuicē: Et iterū: Ut idip
ſum ſapiatis omnes: ⁊ non ſint in vobis ſchiſmata. Qd̄ ſen
tis ſentis: in medio fluit aqua: nō habeo quaſi priuatū meū
nec tu priuatū tuū. Ueritas nec mea ſit ppria: nec tua: et vt
⁊ tua ſit ⁊ mea: inter mediū montiū ptranſibūt aq̄. Audi ip
ſum montē vt dicit: q2 inter mediū montiū ptranſibūt aque:
1. Corin. 15 Siue autē ego: ſiue illi: ſic predicam⁹: et ſic credidiſtis. Se
curus dixit: ſiue ego ſiue illi, ſic predicam⁹: ⁊ ſic credidiſtis
Inter mediū eñ montiū fluebāt aq̄. Nulla eñ de aquis diſ
K cordia montiū: ſed pax conſenſionis: ⁊ ſocietas charitatis.
Si q̄s autē vellet aliud p̄dicare: iam de ſuo p̄dicaret: nō de
medio. Et audi q̄d de illo dicat ab ipſo q̄ emiſit fontes in
Joā. 8. cōuallib⁹: Qui loquit mēdaciū: de ſuo loquit. Itaq3 ne acci
peretur aliq̄s mōs nō de medio: ſed de ſuo manās: ait apo
Gal. 1. ſtol⁹: Quiſq̄s vobis euāgeliſauerit p̄ter q̄ quod accepiſtis:
anathema ſit. Et vide quēadmodū noluerit de mōte p̄ſu
mi: ne forte mons diſcedat ab aq̄s p mediū currētibus: ⁊ ali
q̄d ppriū velit influere: Licet ſi nos: Et quant⁹ mons dixit
hoc: q̄ vberrime aque fluebāt de cōualle ei⁹: tamē hoc vole
bat vt medios inter mōtes curreret: et ibi eſſet fides recta
populorū: qd̄ inter ſe mediū atq3 commune apoſtoli retine
bant: Licet ſi nos inq̄t: Et tu paule potes aliq̄d aliter p̄dica
Ibidem. re. De paulo queſtio. Audi qd̄ ſequit. Licet ſi nos aut ange
lus de celo annūciauerit vobis preter q̄ qd̄ accepiſtis: ana
thema ſit. Si veniat mons aliud euangeliſans anathe
matizetur: ſi veniat angelus aliud euāgeliſans: anathema
tizetur. Unde hoc? Quia de priuato vult fluere nō de medio
Et hoc forte homo carnali nebula p̄pedit⁹: ⁊ a fonte cōmu
ni ad ppriā ſuā falſitatē redact⁹ poſſit hoc facere: nūquid ⁊
Geñ. 3. angel⁹? Uere nūq̄ ⁊ angel⁹. Si angel⁹ de ppriis fluēs in pa
radiſo nō eſſet audit⁹: nō p̄cipitaremur in mortem. Media
aqua poſita erat hominib⁹ p̄ceptū dei: Aqua media: aqua
quodāmodo publica ſine fraude valebat: qd̄ dixim⁹ charita
ti veſtre: ſine labe: ſine ceno fluebat: ſi ipſa aqua ſemp bibe
retur: ſemp viueretur. Uenit angel⁹ lapſus de celo: fact⁹ ſer
Joā. 8. pens: quia inſidioſe iam venena ſpergere cupiebat: Emiſit
venenū de ppriis: locut⁹ eſt de ſuo: q2 q̄ loquit mendaciū: de
ſuo loquit: ⁊ miſeri audiēdo dimiſerāt qd̄ cōmune erat: vn
de beati erāt: ⁊ ad ſuū ppriū redacti: cū voluit pueriſe eſſe ſi
Geñ. 3. miles deo. Hoc eñ eis dixerat: Guſtate: et eritis ſicut dii:
appetētes qd̄ nō erāt: qd̄ acceperāt amiſerūt. Ergo fratres
ad hoc valeat qd̄ diximus charitati veſtre: pp̄ter fontes: vt
fluāt de vobis: Cōualles eſtote: ⁊ cū oīb⁹ cōferte qd̄ de deo
habetis. Inter mediū fluant aq̄: nulli inuideatis: bibite: ſa
turamini: manate: ſaturate. Ubiq3 communis aqua dei ha
beat gloriam: non hominum priuata mendacia.

¶ Sermo tertius de ſecunda parte eiuſdem pſalmi.
¶ Prefatio.

Reliquarū partiū pſalmi hui⁹ ptractandarū debitores A
nos eſſe meminit charitas veſtra. Nō ergo op⁹ eſt vt
intentionē veſtra aliquo ſmo moueam. Uideo eñ vos ad
intelligenda ſacramenta prophetica omni alacritate ſuſpē
ſos: Nec opus eſt vt intentos faciat ſermo meus: quos iam
fecit ſpiritus dei. Hoc potius agamus quod vrget. De fon
tibus emiſſis in conuallibus: et de aquis inter medium mō
tium pertranſeuntibus iam dictum eſt: Sed adhucuſq3 di
ctum eſt: hinc deinceps ordiamur. Sequitur enim.

¶ Expoſitio eiuſdem partis.

Potabūt omnes beſtie ſilue: [Quid potabūt? Aquas B
pertranſeuntes inter medium montium. Quid pota
bunt? Fontes emiſſos in conuallibus: Et que potabūt? Be
ſtie ſilue. Uidemus quidem hoc etiam in iſta creatura be
ſtias ſilue bibere de fontibus ⁊ de riuis inter mōtes currē
tibus. Sed iam quoniam deo placuit talibus rerū figuris
abſcōdere ſapientiam ſuā: nō auferre ſtudioſis: ſed claude
re negligētibus: aperire pulſantibus: Placuit etiā ipſi dño
deo noſtro ad hoc hortari vos per nos: vt in his omnib⁹ que
velut de corporali et de viſibili creatura dicuntur: queram⁹
aliquid ſpiritualiter abſconditum: quo inuento gaudeam⁹.
Beſtias ſilue: gentes intelligimus: Et multis hoc locis ſcri Geñ. 7.
ptura teſtatur. Sed tamen euidentiſſima duo maxima oc
currunt documenta: q̄ in arca noe (qua nemo noſtrum dubi
tat eccleſiam eſſe prefiguratam) non includerentur omnia
genera animalium: niſi in illa vnitate cōpaginis omnes gē
tes ſignificarentur: Niſi forte putamus: ſi omnia talia peni
tus diluuio delerentur: defuturam fuiſſe deo poteſtatē iu
bendi vt terra ea produceret: ſicut primo verbo eius produ
xerat. Non ergo fruſtra: non temere: non aliqua indigentia
dei vel inopia poteſtatis iuſſa ſunt animalia illa in arca in
cludi. Nam poſteaq̄ venit tempus: Iam enim debemus et
alterum euidentiſſimum adiūgere teſtimonium: Cum ergo
venit tempus vt illud quod in arca erat prefiguratum: iam C
in eccleſia compleretur: Petrus apoſtolus dubitans dare
ſacramentum euangelicum gentibus incircunciſis (immo
non dubitans: ſed omnino dandum eſſe non putans) quo
dam die eſuriens cum prandere vellet aſcendit vt oraret.
Hoc in Actibus apoſtolorum omnibus bene legentibus et
bene audientibus notum eſt. Illo igitur orante facta eſt illi
mentis alienatio: quam greci extaſin dicūt: id eſt auerſa eſt
mens eius a conſuetudine corporali ad viſum quendam cō
templandum alienata a preſentibus. Tunc vidit vas quo Act. 10.
dam veluti lintheum quattuor lineis ſubmitti de celo: vbi
erant animalia omnis generis beſtie: et ſonuit ei vox: Pe
tre: macta et manduca. Ille autem qui in lege erat erudit⁹:
et in conſuetudine iudaica creuerat: preceptumq3 per moy
ſem dei famulum retinebat: totamq3 vitam ſuam fideliter
cuſtodierat: reſpondit: Abſit a me domine: nunq̄ commune
aliquid intrauit in os meum. Commune autem immundū
dici a iudeis et a lege bene nouerunt qui eccleſiaſticas litte
ras didicerunt. Et vox ad illum: Que deus mūdauit: tu im
munda ne dixeris. Hoc autem factum eſt ter: et ablatus eſt
ille diſcus qui demonſtrabatur ter de celo ſubmiſſus. Di
ſcus qui quattuor lineis continebatur: orbis terrarum erat
in quattuor partibus. Has quattuor partes ſepe ſcriptura
commemorat orientē ⁊ occidētē: aquilonē ⁊ meridiē. Ideo
quia totus orbis terrarum p euangeliū vocabat: quattuor
euangelia cōſcripta ſunt. Ter autē ſubmiſſum vas de celo Ibidem.
hoc ſignificat: q2 dictum eſt aplis: Ite baptiſate oēs gētes Math. 28.
in noīe patris ⁊ filii ⁊ ſpiritusſancti. Inde colligit ſicut iam
noſtis duodenarius etiā nūerus diſcipulorū. Nō eñ fruſtra Act. 1.
duodecim dñs habere voluit. Et ita numerus ille ſacratus
eſt: vt in locū vnius q̄ ceciderat: nō poſſet niſi alter ordinari
Quare duodecim apli? Quia eñ q̄ttuor ſunt orbis ptes: et
totus orbis in euāgelio vocabatur: vnde quattuor euange
lia cōſcripta ſunt: ⁊ tot⁹ orbis in noīe trinitatis vocatur: vt
cōgregetur in eccleſia: Quattuor ter ducta: duodecim fiūt:
Ergo nō miremur ſi de illis aquis inter medium montium
pertranſeūtibus: in illa doctrina apoſtolica fluēte in medio Geñ. 7.
pp̄ter cōcordiā cōmunionis: oēs beſtie ſilue bibūt. Omnes Act. 10.
eñ erat in arca: oēs in diſco: oēs mactat ⁊ māducat petrus:
q2 petrus petra: petra eccleſia. Quid eſt eñ mactare ⁊ man

ſucare? Occidere in eis q̄ erāt: et in ſua viſcera aſſumere.
Diſſuaſiſti pagano ſacrilegia: occidiſti qd̄ erat. Dato ſacra-
mento chriſti: incorporaſti eccleſie: manducaſti. Ipſe ergo
beſtie potant iſtas aquas pertranſeuntes: tamen nō manē
D tes: ſed pertranſeuntes. Omnis enim doctrina q̄ toto iſto
1. Corin. 13. tempore diſpenſatur: tranſit. Inde dicit apoſtolus: Et ſciē
tia deſtruetur: et pphetia euacuabit̄. Quare iſta euacuabū
Ibidem. tur? Ex parte enim ſcimus: et ex parte pphetamus. Cū au
tem venerit qd̄ pfectum eſt: qd̄ ex parte eſt euacuabit̄. Niſi
forte putat charitas veſtra: quia in illa ciuitate cui dicitur
Collauda hieruſalē dominū: lauda deū tuū ſion: quoniā cō
Ps. 147. fortauit vectes portarum tuarū: Iam confirmatis vectib⁹
et clauſa ciuitate: vnde vt iam pdixi dixim⁹: nemo exit ami
cus: et quo nemo intrat inimicus. Quis codex ibi nobis le
gendus eſt: aut tractandus ſermo: quemadmodum vobis
modo tractat̄? Ideo modo tractat̄: vt ibi teneat̄. Ideo mo
do per ſyllabas diuiditur: vt ibi totus atq; integer contem
pletur. Non ibi deerit verbum dei: ſed tamen non per litte
ras: nō per ſonos: nō per codices: nō per lectorē: nō per tra
Ioā. 1. ctatorē. Quomodo ergo? Sicut in principio erat verbum:
et verbū erat apud deū: et deus erat verbū. Nō enim ſic ad
nos venit: vt inde diſcederet: quia in hoc mundo erat: et mū
Ps. 83. dus per eū factus eſt. Tale verbum cōtemplaturi ſum⁹. Ap
Matth. 5. parebit enim deus deorū in ſion. Sed hoc quādo? Poſt pe
regrinationem finita via: ſi tamen poſt finitam viā non iu
dici trademur: vt iudex mittat in carcerē. Sed ſi finita via
ſicut ſperamus et optamus et ſtudemus: ad patriā veneri-
mus: ibi contēplabimur qd̄ ſemp laudabimus: Nec illud de
ficiet qd̄ nobis pſto eſt: nec nos qui fruemur: nec faſtidiet
qui manducabit: nec deficiet qd̄ manducabitur. Magna il
la et mira contēplatio erit. Et quis de illa digne dicet iſto
tempore: cū inter montes fluunt aque? Interim ergo fluāt
aque inter montes et pertranſeant: Cum pertranſeunt aq̄:
bibitur in peregrinatione: ne ſiti in via deficiamus. Pota-
bunt oēs beſtie ſilue. Inde veniſtis: de ſilua collecti eſtis.
Et qualis ſilua? Nullus hominum ibi pertrāſibat: quia nul
Gen. 6. lus propheta illuc miſſus erat. Sed ad arcam conſtruendā
E concīſa ſunt ligna de ſiluis: inde ligna: inde beſtie: inde ve
Al. † expe niſtis: Ergo bibite. Potabunt omnes beſtie ſilue [† Suſci
ctabunt. pient onagri in † ſitim ſuam.] Onagros magnas quaſdam
Alꝰ. † ſiti beſtias dicit. Quis enim neſciat onagros dici agreſtes aſi-
ſua. nos? Magnos ergo quoſdam dicit indomitos. Nullum enī
habebant gentes iugum legis: Viuebant multe gentes mo
ribus ſuis: ſuperba iactantia vagantes tanq̄ in deſerto. Et
omnes quidē beſtie iſte ita: ſed onagri poſiti ſunt ad ſignifi
cationem magnitudinis. Potabāt et ipſi in ſitim ſuā. Fluūt
enim et ille aque: inde bibit lep⁹: inde onager: Lep⁹ paru⁹:
et onager magnus: lepus timidus: et onager ferus: Vterq;
inde bibit: ſed quiſq; in ſitim ſuam. Non dicit aqua lepori:
ſufficio: et repellit onagrū: neq; hoc dicit onager: accedat
lepus: ſi acceſſerit rapietur: tam fideliter et temperate fluit
vt ſic onagrum ſatiet: ne leporem terreat. Sonat ſtrepitus
vocis tulliane: Cicero legitur: aliquis liber eſt: dialog⁹ ei⁹
eſt: ſiue ipſius: ſiue platonis: ſeu cuiuſcumq; talium: Audiūt
imperiti: infirmi minoris cordis: quis audet illuc aſpirare?
Strepitus ibi aque et forte turbate: certe tamen tam rapa
citer fluentis: vt animal timidum non audeat accedere et
Gen. 1. bibere. Cui ſonuit: In principio fecit deus celum et terram:
et non auſus eſt bibere? Cui ſonat pſalmus: et dicat: mul-
tum eſt ad me? Et ecce modo quod ſonat pſalmus: certe
occulta ſūt myſteria: tamē ita ſonat: vt et pueros audire de
lectet: et imperiti accedāt ad bibēdum: et ſatiati ructent in
pſallendo. Bibunt ergo minores beſtie et maiores: ſed capa
cius maiores: q: ſuſcipiūt onagri in ſitim ſuā. Bibat minor
qd̄ dictum eſt: Viri diligite vxores veſtras: ſicut et xp̄s dile
Eph. 5. xit eccleſiam: Mulieres viris ſuis ſubdite ſint. Bibāt mino
Matth. 19 res: Dictū eſt aūt dn̄o: Licet dimittere vxorem omni ex cau
ſa? Prohibuit dn̄s: et dixit nō licere: Non legiſtis inquit q: de⁹
Ibidem. ab initio maſculum et feminā fecit? Quos deus cōiunxit ho
et. 34. q. 1. mo non ſeparet. Deinde addidit: Qui dimiſerit vxorē ſuā
Cum p bel excepta cauſa fornicationis: facit eam mechari: et ſi aliā du-
licam. xerit mechatur. Cōfirmauit compedem: hoc expedit colli-
1. Corin. 7. gato: prius ageret ne ligaretur. Alligatus es vxori: ne que-

ſieris ſolutionē. Solut⁹ es ab vxore: ne queſieris vxorē. Si
nōdum es onager: et ſolut⁹ ab vxore: habes ibi qd̄ et lepus
bibas: et ſi acceperis vxorē nō peccaſti. Diſcipuli aūt cum vi
derēt dictum a dn̄o nō licere vllo modo preter cauſam for-
nicationis diſiungi cōiugia: Si talis eſt inquiunt cauſa cum Matth. 19
vxore: nō expedit ducere. Et dn̄s: Nō oēs capiūt verbū hoc.
Nam verum dicitis: q: ſi talis eſt cauſa cum vxore: nō expe
dit ducere. Sed nūquid ſoli onagri bibituri ſunt? Non oēs
capiunt verbū hoc: multi nō capiūt. Et qui ſunt qui capiūt?
Suſcipiēt onagri in ſitim ſuam. Quid eſt: ſuſcipiēt onagri
in ſitim ſuam? Qui pōt capere capiat. Deinde ſequitur in cō F
textione ſua pſalmus. [Sup † illos † volatilia celi † inhabi Al. † ea.
tabunt.] Sup quos? Sup onagros: An potius ſup mon- Al. † nō hꝫ
tes? Illinc enī ſenſus iſte dirigitur: Inter medium montium † habita-
pertrāſibunt aque: potabunt oēs beſtie ſylue: ſuſcipiēt ona- bunt.
gri in ſitim ſuam: ſup illos volatilia celi inhabitabunt. Con
gruentius intelligimus ſup montes: q: hoc eſt etiam huic
ſimile creature. Super montes poſſunt habitare volatilia:
nō ſuper onagros. Non hoc intelligeremus ſi nō neceſſitas
cogeret. Sup montes ergo volatilia celi inhabitabūt. Vi-
demus aues iſtas habitare ſup montes: ſed multe earum
habitāt in campis: multe in cōuallib⁹: multe in nemoribus:
multe in hortis: nō oēs ſup montes. Sunt quedā volatilia
que nō habitāt niſi ſup mōtes. Spiritales quaſdam aues ſi
gnificat hoc nomen. Volatilia ſpiritalia corda ſunt: q̄ aere li
bero pfruūtur. Gaudent ſerenitate celi aues iſte: ſed tamē
paſtus earū in montibus: illic inhabitabūt. Noſtis montes
iam tractati ſunt. Montes prophete: montes apoſtoli: mō
tes oēs predicatores veritatis. Quicūq; vult eſſe ſpiritalis
ibi inhabitet: nō in corde ſuo oberret: habitet pferat volan-
do. Habemus aues ſignificātes aliquid ſpiritale. Non fru- G
ſtra dictum eſt: Renouabitur iuuentus tua ſicut aquile. Nō Ps. 102.
fruſtra dictum eſt de abraā: Aues aūt non diuiſit. Abraā in Gen. 15.
illo ſacrificio ſatis myſtico accepit tria animalia: arietem tri De tempo
mum: vaccam trimam: capram trimam: et turturem: et colū re ſermōe.
bam. Diuiſus eſt aries: et aduerſus ſe inuicem partes conſti 54. B. L.
tute. Diuiſa capra: nihilominus aduerſus ſe partes cōſtitute
Diuiſa vacca: ſic etiam de ipſius carne factum eſt. Et ſubie-
cit ſcriptura: Aues autem nō diuiſit. Deinde dicitur: Trim⁹
aries: trima vacca: trima capra: De auiū etate tacetur. Vn-
de rogo vos: niſi q: ſignificātur in auibus quidam ſpiritales
quorū etas temporalis ppterea tacetur: q: eterna meditan
tur: et trāſgrediuntur deſiderio et intellectu omnia tempora
lia? Spiritales viri qui de omnibus iudicant: et a nemine iu
dicātur: itaq; ipſi ſoli nō diuidūtur in hereſes et ſchiſmata. 1. Corin. 2.
In ariete intelligūtur prepoſiti: ducunt enī greges. In vac Gen. 15.
ca plebs intelligitur iudeorū: habuit enī iugū legis: ſub quo
laborabat. In capra intelligitur eccleſia de gentibus: in qui
buſdā enī liberis ſaltib⁹ luſitabat: et amaro paſcebatur olea
ſtro. Trima ſunt dicta hec animalia: quia tertio tēpore gra-
tia reuelata eſt. Nam primum fuit ante legem: ſecūdum ex
quo lex data eſt: tertium quod nunc eſt: ex quo regnum ce-
lorum pdicatur. Quid ergo dicimus quod aries nō diui- Matth. 4
datur? Nōne epiſcopi fuerūt autores ſchiſmatū et hereſum?
Porro autem ſi plebs ipſa nō diuideretur: id eſt ſi vacca nō
diuideretur: ſi capra non diuideretur: erubuiſſent fortaſſe
illi in diuiſionibus ſuis: et ad compagem remeaſſent: Diui-
duntur duces: diuiduntur et plebes: vt cecus cecum ſequa- Mat. 15.
tur: et ſimul in foueā cadant. Ponuntur aduerſus inuicem.
Aues autem non diuiſit. Spiritales nō habent diuiſiones:
non cogitant ſchiſmata. Pax eſt in eis: cuſtodiunt eā in cete
ris quātū poſſunt: vbi in alios deficiunt: in ſe tenent: Si erit Luce. 10.
ibi inquit filius pacis: requieſcet ſup eum pax veſtra: ſi quo
minus: ad vos reuertetur. Nō eſt filius pacis qui diuidi vo
luit: reuertetur ad te pax tua: quia aues non diuiſit. Veniet H
et caminus: nam conſedit ibi abraā vſq; ad veſperam: et ve Gen. 15.
nit magnus terror diei iudicij. Veſpera autem illa finis eſt 2. Retrac.
ſeculi: et camin⁹ ille veniēs dies iudicij. Diuiſit inter media 43. B.
illa que diuiſa erāt etiam caminus. Si inter media trāſijt
caminus: alia in dexteram: alia in ſiniſtram ſeparauit. Sunt
ergo quidam carnales et tamē eccleſie gremio cōtinentur:
viuētes ſm quēdā modū ſuū: quib⁹ timemus ne ſeducant̄
ab hereticis. Quādiu enī carnales ſūt: diuiſibiles ſūt. Aues

quippe

1. Cor. 3. quippe nō diuiſit: Carnales diuidūtur: Non potui loqui vo
bis quaſi ſpiritalibus: ſed quaſi carnalib⁹. Et quō ꝓbatur:
q: carnales diuidūtur? Adiungit: Cum enī dicat vnuſquiſq;
Ibidem. veſtrū: Ego ſum pauli: ego aūt appollo: ego vo cephe: nōne
carnales eſtis: ⁊ ſm hominē ambulatis? Rogo vos fratres:
audite ⁊ ꝓficite: excutite vos de loco carnali: pergite in tur
Geñ. 15. turē ⁊ colūbam. Aues enī nō diuiſit. Sed quicūq; talis per
manſerit: ⁊ ſm quēdam modū vite aptum carnalibus: ⁊ de
gremio eccleſie nō receſſerit: ⁊ nō fuerit ſeductus ab here
ticis: vt ex cōtraria parte diuidat: veniet camin⁹ ⁊ ad dexte
ram ponetur: ſine camino nō poterit. Sꝫ ſi caminū pati nō
1. Cor. 3. vult: pergat in turturem ⁊ colūbā. Qui pōt capere capiat.
Si aūt non ſic erit: ⁊ edificauerit ſup fundamentū: ligna: fe
21. de ciui. nū: ſtipulam: id eſt amores ſeculares fundamento fidei ſue
ca. 21. ⁊ 26 ſupedificauerit: tamen ſi in fundamēto ſit xp̄s: vt primū lo
Concor. 4 cum ipſe habeat in corde: ⁊ ei nihil oīno anteponatur: por
ſen. diſt. 21. tantur tales: tolerantur ⁊ tales: veniet camin⁹: incendet li
ca. In illo gna: fenum: ſtipulam: Ipſe aūt inquit ſaluus erit: ſic tamen
in medio. quaſi per ignē. Hoc aget caminus: alios in ſiniſtram ſepara
bit: alios in dexteram quodāmodo eliquabit. Aues autem
non diuiſit. Sed aues videant: ſi aues tales ſunt q̄ ſup mō
tes illos inhabitent: nō debent ſequi altitudinē cordis ſui:
Ps̄. 72. de qbus dr̄: Poſuerūt in celū os ſuū. Ne a ventis tollantur:
in montibus requieſcant. Habeant autoritatē ſanctoꝝ: re
quieſcant in montibus: in apoſtolis: in ꝓphetis: Illic inha
bitent tales aues: q: in mōtibus petras inueniūt. firmamē
ta quedam ꝓceptoꝝ. Sicut enī vna illa petra xp̄s verbum
dei: ſic multa verba dei: multe petre: ⁊ iſte petre in monti
bus. Uide aues ibi habitantes: Super illos volatilia celi
inhabitabunt: Sed noli putare quia iſta volatilia celi au
toritatem ſuā ſequātur: vide quid dicat pſalmus: De me
I dio petrarum dabūt vocem ſuam. Modo ſi dicam vobis
credite: Hoc enī dixit Cicero: hoc dixit Plato: hoc dixit Py
thagoras: quis veſtrum nō irridebit me? Ero enī unus que
nō de petra emitto vocē meam. Quid mihi vnuſquiſq; ve
ſtrum debet dicere? Hoc debet dicere ille qui ſic inſtructu
Gal. 1. rus eſt: Si quis vobis euāgelizauerit preter q̄ accepiſtis:
anathema ſit. Quid mihi dicis de platone: ⁊ de cicerone: ⁊
de virgilio? Habes ante te petras montiū: de medio petra
rum mihi da vocem tuā. De medio petrarū dabunt vocem
ſuā. Audiantur q: petre audiūtur: audiantur quia ⁊ in illis
1. Cor. 10. multis petris petra auditur: Petra aūt erat xp̄s. Audiant
ergo libenter: de medio petrarū dantes vocē ſuam. Nihil
ſuauius tali voce alitum. Ille ſonant: ⁊ petre reſonant: ſo
nant illi: diſputant ſpiritales. Reſonant petre teſtimonia:
reſpondent ſcripture. Ecce inde volatilia de medio petra
rum dant vocem ſuā: habitant enī in montibus. Ipſi mon
tes: ⁊ ille petre inde habent vocem. Ut enī rigemur ſcriptu
ris: confugimus ad apoſtolum Paulum. Ille vnde habet?
K Confugimus ad eſaiam. Eſaias vnde? Audi vnde: Rigās
mōtes de ſuperioribus ſuis. Modo ſi ad nos venerit hō gē
tilis incircūciſus crediturus xp̄o: damus ei baptiſmū: nec re
uocamus ad illa opera legis. Et ſi nos interroget iudeus
quare ita faciamus: ſonam⁹ de petra: dicimus: Hoc fecit pe
trus: hoc fecit paulus: De medio petrarū damus vocem no
ſtram. Illa aūt petra: ipſe petrus mons magn⁹: quādo ora
bat: ⁊ illum viſum videbat: de ſuperioribus rigabatur. Pau
Gal. 5. lus apoſtolus dicit gentibus: Si circūcidamini: xp̄s vobis
nihil ꝓderit. Dicit hoc paulus tanq̄ mons: Inde nos dici
mus: ſonantes de petra: Riget dn̄s ipſam petram de ſupe
rioribus ſuis. Nam cū iſta petra adhuc eſſet in infidelitate
aſpera: volens eam rigare de ſuperioribus ſuis vt flueret
Act. 9. aqua in cōuallem: clamauit: Saule ſaule qd me ꝑſequeris?
Non ei legit ꝓphetā: nō elegit alterū apl̄m: Oia enī iſta cō
temneret mons magnus: rigauit illum de ſuperiorib⁹ ſuis:
Ibidem. Statim irrigatus ⁊ manare iam volens: Domine ait: quid
me iubes facere? Accipe illum montē vel petrā vnde poſſis
dare vocem tuā: accipe illum ⁊ inde rigari de ſuperioribus:
2. Cor. 5. ⁊ effluere de inferiorib⁹. Audi hoc ⁊ in vno loco: Siue inq̄t
mente exceſſimus deo: ſiue tēperantes ſum⁹ vobis. Quod
ait? Mente exceſſimus: vos capere nō poteſtis. Exceſſim⁹
oīa iſta carnalia: vos adhuc carnales eſtis. Deo ergo mēte
exceſſimus: ⁊ qd̄ enī videmus cū mente excedim⁹: effari nō

poſſum⁹. Ibi enī audiuit ineffabilia vba q̄ nō lꝫ hoī loqui. 2. Cor. 12.
Quid ḡ inquiūt illi carnales: illi lepoꝛes? Nos nō irrigabi
mur? Ad nos nihil ꝑueniet? Et quō emittet fontes in cōual
lib⁹? Et quō in medio mōtiū ꝑtrāſibūt aq̄? Ad hoc ḡ ꝑtinet
ſiue tēperātes ſum⁹ vobis. Un̄ h⁹? Quē imitemur? Charitas
xp̄i inq̄t cōpellit nos. Tu particeps verbi: ⁊ ſi hodie ſpirita 2. Cor. 5.
lis: heri carnalis: ad carnales dedignaris deſcēdere: cū ipm
verbum caro factum ſit: vt habitaret in nobis? Benedica
mus ergo deum: ⁊ laudemus eum qui irrigat montes de ſu Joan. 1.
perioribus ſuis. Inde veniet irrigatio ad terram: inde ⁊ hu
milia ſaturabūtur. Sequitur enī: De fructu operum tuo
rum ſatiabitur terra. Quid eſt: de fructu operū tuoꝝ? L
Nemo glorietur in operibus ſuis: ſed qui gloriatur in domi 1. Cor. 4.
no glorietur: Gratia tua ſatietur cum ſatiatur: nō dicat me
ritis ſuis datam gratiam fuiſſe. Si gratia dicitur: gratis
datur: ſi operibus redditur: merces redditur. Gratia er Roma. 4.
go accipe: quia impius iuſtificaris. De fructu operum tuo
rum ſatiabitur terra: Producens fenū iumentis: ⁊ herbā
ſeruituti hominū. Uerum eſt video: agnoſco creaturam: Ps̄. 146.
producit terra fenū iumentis: ⁊ herbam ſeruituti hominū:
Sed video ⁊ alia iumenta dei que ſignificantur cum dicit:
Boui trituranti: os non infrenabis. Dicit enī ipſum iumen 1. Cor. 9.
tum: Nūquid de bobus pertinet ad deū? Propter nos ſcri
ptura ergo dicit. Quō ergo producit terra fenum iumētis?
Quia domin⁹ conſtituit: vt qui euāgeliū annūciant: de euā Ibidem.
gelio viuant. Miſit predicatores ⁊ ait illis: Omnia que ab Luce. 10.
ipſis apponitur vobis manducate: Dignus eſt enī opera
rius mercede ſua. Cum enī dixiſſet: que apponuntur vobis
manducate: ne illi dicerent: Improbi erimus: ad menſas
alienas indigebimus. vis nos eſſe ita frontoſos: nō inquit:
Non eſt illa donatio eorum: ſed veſtra merces. Sed cuius
rei merces? Quid dant? Quid accipiunt? Dant ſpiritalia: ac
cipiunt carnalia: dant aurum: accipiūt fenū. Omnis enī ca
ro fenū: ⁊ claritas carnis vt flos feni. Omnia temporalia q̄ Eſa. 40.
tibi ſuperfluūt ⁊ redundant: fenū iumentoꝝ ſunt. Quare?
Quia carnalia ſunt. Audi quoꝝ iumentorum ſit fenum. Si
nos vobis ſpiritalia ſeminauimus: magnū eſt ſi carnalia ve 1. Cor. 9.
ſtra metamus? Hoc apoſtolus dixit: talis annūciator: tam
laborioſus: tam impiger: tam exercitatus: vt ipſum fenum
donaret terre: Ego inquit nullius horum viſus ſum. Oſten
dit ſibi deberi: ⁊ non accepit: nec condēnauit eos qui acce 1. Cor. 9.
perunt quod debebatur. Condēnandi enim erant exigen
tes indebita: non accipientes mercedem ſuam: ille tamen
et ipſam mercedem ſuam donauit. Non quia alius tibi do
nauit non debes alteri: alioquin nō eris irrigata terra que
producit fenum iumentis. De fructu operum tuorū inquit
ſatiabitur terra: producens fenum iumentis. Tu noli eſſe
ſterilis: produc fenū iumentis. Si nolunt iumenta fenum
tuū: non te tamen ſterilem inueniāt: Accipis ſpiritalia: red
de carnalia: Debita ſunt militi: militi reddes: prouincialis
chriſti es. Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̄? Quis plantat Ibidem.
vineam: ⁊ de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem: et
de lacte ei⁹ non percipit? Non ideo dico: vt iſta fiant in me.
Fuit quidam miles qui etiam prouinciali donaret annonā:
ſed tamen reddat prouincialis annonam. Ut autem hinc di
cam: potius: quia iumenta ſunt: Boui trituranti os non in
frenabis: producens inquit fenū iumētis: ⁊ quaſi hoc expo Deut. 25.
nens adiecit: Et herbam ſeruituti hominū: Ne non intelli M
geres quod dictum eſt: Producens fenū iumentis: repeti
tione expoſuit quod premiſit. Quod enī dixit ſupra: fenum:
poſtea herbam nominauit: quod autem dixerat iumentis:
hoc ſeruituti hominū dixit: Ergo ſeruituti ⁊ non libertati.
Ubi ergo eſt: Uos in libertatem vocati eſtis? Sed audi eun
dem ipſum: Cum enī liber ſim ex omnibus: omniū ſeruum Gal. 5.
me feci: vt plures lucrifacerem. Et quibus dixit: in liberta 1. Cor. 9.
tem vocati eſtis? Et quid adiūxit? Tm̄ ne libertatem in oc Gal. 5.
caſionem carnis detis: ſed per charitatem ſeruite inuicem.
Quos liberos fecerat: ſeruos fecit: non conditione ſeruili:
ſed tamen xp̄i redemptione: non neceſſitate: ſed charitate
Per charitatem inq̄t ſeruite inuicē. Sed xp̄o ſeruias⁹ inui Ibidem.
cem ait: nō populis carnalibus: nō infirmis? Bene xp̄o ſer
uis: ſi ſeruis qbus chriſtus ſeruiuit. Nōne de illo dictum eſt:
bene ſeruientē pluribus? In ꝓpheta legit: de mille niſi de

chriſto accipi ſolet. Audiamus tñ ꝓprie: ⁊ in euangelio vo-
Mat.20. cem eius: Quicūq; inquit in vobis vult maior eſſe: erit ve-
ſter ſeruus. Seruū ſuū te fecit: qui te ſuo ſanguine liberum
fecit. Dicite hoc nobis: q: verum dicitis: Audi illum alio lo-
2.Cor.4. co: Nos aūt ſeruos veſtros p ieſum. Bene diligite ſeruos
veſtros: ſed in dño veſtro. Preſtet nobis deus vt bene ſer-
uiamus. Nam: velimus: nolimus: ſerui ſumus: ⁊ tñ ſi volen-
tes ſumus: non neceſſitate: ſed charitate ſeruimus. Quodā
N modo enī q̄ſi ſuperbia ſeruoꝝ ſtomachata videbatur: cū dice-
Mat.20. ret dñs: Erit veſter ſeruus q̄ voluerit inter vos maior eſſe.
Iam enī filij zebedei ſedes altiſſimas querebant: vnus vo-
Ibidem lebat ſedere ad dexterā: ⁊ alter ad ſiniſtram: dicentes per
matrē qđ ipſi cupiebant. Dñs nō illis ſedes inuidit: ſed con-
Ps.83 uallem paus plorationis oſtendit: quaſi diceret: Illuc vul-
tis venire vbi ſum ego: venite qua ego. Quid eſt: venite q̄
ego? Per humilitatem. Ego de ſublimitate deſcendi: ⁊ hu-
miliatus aſcendo. Vos in terra iacenti: ⁊ ante vultis vola-
re q̄ paſci: Prius nutrimini: educamini: ferte nidum. Quid
enī ait? Quō illos reuocauit ad humilitatem: iam querētes
Mat.20 altitudinē? Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum?
Et illi: etiā in hoc ſuperbi: Poſſumus. Quō petrus tecū vſq;
Mat.26 ad mortem fortis vir donec femina diceret. Et iſte cū illis
Mat.20 erat: ſic ⁊ iſti: Poſſumus. Poteſtis? Poſſumus. Et ille: Cali-
Joan.13 cem quidē meū bibetis: ⁊ ſi modo nō poteſtis: bibetis: quō
petro: Non potes me modo ſequi: ſequeris aūt poſtea. Ca-
licem quidē meū bibetis: ſedere aūt ad dexteram vel ad ſi-
niſtram meā: nō eſt meū dare vobis. Quid eſt: non eſt meū
dare vobis? Non eſt meū dare ſuperbis. Modo q̄bus loquor
ſuperbi eſtis: ideo dixi: Non eſt meum dare vobis. Sed forte
dicerent: Erimus humiles. Non ergo eritis vos: ego vobis
dixi. Non dixi: nō dabo humilibus: ſ; nō dabo ſuperbis. Qui
nūc ex ſuperbo fit humilis: non erit qui erat. Ergo p̄dicato-
res verbi. ⁊ iumenta ⁊ ſerui ſunt: Producat terra ſi irriga-
O ta eſt fenū iumētis: ⁊ herbas ſeruituti hominū. Ipſe eſt enī
Luce.16 fructus vt poſſit fieri qđ dictum eſt in euāgelio: Ut ⁊ ipſi re-
cipiant vos in tabernacula eterna. Uide de feno q̄d facias:
vide de re vili quid emas. Ut recipiant vos inquit in taber-
bernacula eterna. Ubi erunt ipſi: illuc vos recipiant. Qua-
Mat.10 re hoc? Quia qui recipit iuſtum in noīe iuſti: mercedē iuſti
accipiet: ⁊ qui ſuſcipit ꝓphetam in noīe ꝓphete: mercedem
ꝓphete accipiet: ⁊ qui dederit calicē aque frigide vni ex his
minimis: tm̄ in noīe diſcipuli: amen dico vobis nō ꝑdet mer-
cedē ſuam. Quā mercedē nō ꝑdet? Recipient vos in taber-
nacula eterna. Quis nō feſtinet? Quis nō alacrius currat?
Si terra eſtis rigamini de fructu operū dei: ne dicatis: nō
1.Cor.9. ſunt cū q̄bus faciamus. Predicatores noſtri iumēta triturā-
tia: boues ſeruientes nō indigent noſtri. Quere tamē ne q̄s
indigeat poſtremo: ⁊ qui nō indiget: inueniat in te qđ velit
accipere. Accipit enī bonā voluntatē: cū tu accipias pacem.
Phi.4. Et ſi enī non querit datū: ſed requiret fructum: quere tñ ne
quis indigeat: ⁊ noli dicere: ſi petierit dabo. Expectas q̄ vt
petat. Si paſcis bouē dei: quō tranſeūtem mendicum? Illi
Luce.6. petenti das: q: ſcriptum eſt: Omni petenti te da. De iſto q̄d
Ps.40 ſcriptū eſt? Beatus q̄ intelligit ſup egenū ⁊ pauperē. Que-
re cui des: Beatus enī qui intelligit ſup egenū ⁊ pauperē:
qui preoccupat vocē petituri. Si ſic inter vos indigent mili-
tes xp̄i: vt etiā petant: videte ne vos iudicent anteq̄ petāt.
Quō inquis quero? Eſto curioſus: eſto ꝓuidus: Proſpice: at-
tende vnde quiſq; viuat: vnde ſe tranſigat: vnde habeat: nō
reprehendetur iſta curioſitas tua: Terra eris ꝓducēs fenū
iumentis: ⁊ herbā ſeruituti hominū. Curioſus eſto: ⁊ intelli-
ge ſup egenū ⁊ pauperē. Alius ad te venit vt petat: alium tu
preueni ne petat. Sicut enī de illo qui te querit dictum eſt:
Luce.6 Omni petenti te da. ſic de illo quem iuberis querere dictū
eſt: Sudet elemoſyna in manu tua: donec inuenias iuſtum
cui eam tradas. Cum enim dandum ſit ⁊ iſtis pauperibus
petentibus patet. Non enim ab eis inhibuit deus elemoſy-
nas: cum xp̄s de ipſis dicat: Quādo facis epulū: cōuoca ce-
Luce.14 cos: claudos: debiles: non habentes vnde tibi reddāt: Re-
tribuetur autem tibi in reſurrectiōe iuſtoꝝ: voca ⁊ ipſos: pa-
ſce ⁊ ipſos: epulare cum illi epulantur: delectare cum illi ſa-
ginantur: Illi enim pane tuo: tu iuſtitia dei. Nemo vobis
dicat. Preceptum eſt a chriſto: vt ſeruo dei detur: mendico

non detur. Abſit prorſus: impius iſtā loquitur: Da illi: ſed
multo magis illi. Ille enim petit: ⁊ in voce petētis agnoſce
cuſtodes. Ille autem quāto minus petit: tanto magis tibi vi-
gilandū eſt vt p̄occupes petiturū: aut forte modo nō petitu-
rum: ⁊ aliquādo donaturū vel dānaturū: Itaq; curioſi eſto-
te ad iſta fratres mei: ⁊ inuenietis multorum dei ſeruorum
indigentiā: tantū vt velitis inuenire. Sed quia delectat vos
excuſatio quia vultis dicere: neſciebamus: Propterea non
inuenitis. Ipſe dominus loculos habebat quo mittebantur N
neceſſaria: ⁊ poſſidebantur neceſſaria ⁊ mūnit ꝓpter vſus eo- Joan.13
rum qui cū illo erant ⁊ eius. Non enī, cum dicitur: Eſuriuit Matth.4
ieſus: euāgeliſta mentitur. Uoluit eſurire ꝓpter te: ne tu eſu-
rias in illo quia pauper factus eſt cum diues eſſet: vt illius 2.Cor.8
paupertate nos ditaremur. Habuit enī loculos: ⁊ dictū eſt
de quibuſdam feminis religioſis: q̄ ambulabant qua ibant
pedes eius euangelizantes: ⁊ miniſtrabant ei de ſubſtātia
ſua. Nominantur ille mulieres in euāgelio: vbi erat quedā Luce.8.
etiam vxor cuiuſdā chuze ꝓcuratoris herodis. Uide que fie-
bant: Futurus erat paulus: nihil tale aliquādo querens: ⁊ 1.Cor.9.
oīa ꝓuincialibus donans. Sed q: multi infirmi iſta queſitu-
ri erant: magis infirmoꝝ ꝑſonā ſuſcepit xp̄s: ſublimius pau-
lus: Nūquid ⁊ chriſto ſublimius? Sublimius chriſtus: quia
miſericordius. Cum enī videret ⁊ paulum iſta nō eſſe queſi-
turum: ꝓuidit ne dānaret queſiturum: ⁊ prebuit exemplum
infirmo: quomodo cū videret multos pronos ⁊ gaudentes
ituros ad martyrium paſſionis: exultaturos in ipſa paſſio-
ne forte centenarios maturos ad horreū: quoſdā tamē
infirmoꝝ quos videbat poſſe conturbari ventura paſſionis
preſſura ne deficerent tñ: ſed potius volūtatem humanam
voluntati creatoris cōiungerent: ipſorum ꝑſonā voluit ſuſci-
pere in paſſione chriſtus dicens: Triſtis eſt anima mea vſq; Mat.26
ad mortem. Et iterum: Pater ſi fieri poteſt trāſeat a me ca-
lix iſte. Docuit quid eſſet dicturus infirmus: ſed ſecutus oſten-
dit quid facere deberet infirmus: Uerūtñ non ſicut ego vo- Ibidem
lo: ſed quomō tu vis pater. Quomō ergo in paſſiōe infirmo-
rum ꝑſonam ſuſtinuit: in prefigurata illa in corpore ſuo: q:
⁊ illa membra eius. Neq; enī fruſtra dictum eſt: Imperfectū Ps.138
meū viderunt oculi tui: ⁊ in libro tuo oēs ſcribentur: Sic et Joan.13
in loculis habendis: ⁊ in exigenda quodāmodo annona: nō
petendo ſed ꝓbendo indigentiam ſuſcepit. Suſcepit enim Luce.19
zacheus ⁊ gaudet. Cui hoc bonū? Chriſto an zacheo? Uere ſi
non ſuſciperet ⁊ zacheus non erat vbi maneret mundi fabri-
cator? Aut ſi non paſceret zacheus: indigeret is qui de q̄nq; Mat.14
panibus tot millia hominum ſaturauit? Cum ergo quiſq;
ſanctum ſuſcipit: non ſuſcepto ſed ſuſceptori preſtatur. Nū-
quid in illa fame non paſcebatur helias? Nonne coruus af- 3.Reg.17.
ferebat panem et carnes ſeruo dei ſeruiente creatura? Mi-
ſus eſt tamen paſcendus ad viduam: non vt illi: ſed vt ꝓ-
uinciali aliquid preſtaretur. Ergo quia dicebamus fratres:
et de paſcendis pauperibus: cum dominus loculos habe-
ret: tamen quando dixit iude eū tradituro: Quod facis fac Joan.13
velociter: non intelligentes ceteri q̄d dixiſſet. arbitrati ſunt
eum dixiſſe: vt aliquid prepararet quod daretur pauperi-
bus. Ille enim loculos habebat: hoc in euangelio ſcriptum
eſt. Poſſent hoc ſuſpicari: niſi hoc haberet in conſuetudine
dominus. De his ergo que dabantur et in loculos mitte-
bantur: dabatur tamen ⁊ illis pauperibus quos deus do-
cuit non contemnendos. Sed ſi illum non contemnis: quā- O
to magis bouem per quem trituratur hec area? Quāto ma- 1.Cor.9
gis ſeruum tuum? Non indiget cibo: forte veſte indiget.
Non indiget veſte: forte tecto indiget: Forte eccleſiam fa-
bricat. forte aliquid vtile in domo dei molitur: expectat vt
attendas: expectat vt intelligas ſuper egentem et paupe- Ps.40
rem. Tu contra terrā dura: lapidea: non irrigata: aut fru-
ſtra irrigata ſeruas tibi dicere: Non ſciebam: non noueram.
nemo mihi dixit. Nemo tibi dixit? Chriſtus non ceſſat di-
cere: prophete non ceſſant dicere: Beatus qui intelligit ſu-
per egenum et pauperem. Non vides arcam inanem pre-
poſiti tui? Uides certe vel ſurgentem fabricam: quam intra-
turus et oraturus es? Nōne admonetur oculis tuis: niſi for-
te putatis fratres: quia prepoſiti veſtri theſaurizant: ⁊ nos
aimus multos non theſaurizare: et ad quotidiana egere:
de quibus omnino non creditur? Quos et vos inueniretis
ſi velletis:

ſi velletis: ſi circumſpiceretis: ſi ad hoc vigilaretis vt fru-
ctum daretis. Dixi qđ potui: quātum potui. Puto autē ma-
nifeſtos nos eſſe vobis: ſicut ait apłs: nō ideo nos dicere:
1. Cor. 9 vt in nos iſta faciatis. Preſtet hoc deus vt hec non fruſtra
dixerim: Preſtet hoc de⁹ vt terra irrigata ſitis non lapidea:
ſicut iudeoꝝ vnde tabulas lapideas accipere meruerunt: ſꝫ
terra fructifera: terraqꝫ irrigata reddatur agricole. Illi ipſi
corde lapideo (qđ ſignificatū eſt lapideis tabulis) decimas
dabant. Etiā gemite: ⁊ nihil hoc erit. Si gemitis parturi-
te: ſi parturitis parite. Quare gemitus inanis? Quare ge-
mitus ſterilis? Viſcera torquentur: An nō eſt intus qđ edat?
Rigans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operū tuo-
rū ſatiabitur terra. Beati qui faciūt: beati qui iſta fructuo-
ſe audiunt: beati qui nō inaniter clamant: de fructu operū
tuoꝝ ſatiabitur terra: producens fenū iumentis: ⁊ herbam ſer-
uituti hominū. Ut quid vocat? Ut quid hoc? ⌊Ut educat pa-
R nem de terra.⌋ Quē panē? Chriſtū. De qua terra? De petro
Al. †edu- ⁊ paulo: de ceteris diſpenſatorib⁹ veritatis. Audi qꝫ de ter-
cas. ra. Habemus inquit theſaurum iſtum in vaſis fictilibus:
2. Cor. 4. vt eminentia ſit virtutis dei. Ipſe eſt panis qui de celo de-
Joan. 6. ſcendit: vt e terra educatur: cum per ſeruos ſuos carnem p̄di-
catur. Terra fenū producit vt panē de terra educat. Que ter-
ra fenū producit? Plebes pie: plebes ſancte. Aut de qua ter-
ra panis educatur? Verbū dei de apoſtolis: de diſpenſatori-
bus ſacramentoꝝ dei: adhuc in terra ambulantibus: adhuc
Al. † leti- corpus terrenū portantibus. ⌊Et vinū letificet cor hois.⌋
ficat. Nemo ſe ad ebrietatem paret: imo ſe ois homo ad ebrieta-
tem paret. Calix tuus inebrians q̃ preclarus eſt. Nolumus
Ps. 22. dicere: Nemo ſe inebriet. Inebriamini: ſed videte vnde. Si
vos inebriat calix dñi p̄clarus: videbitur iſta ebrietas i ope-
ribus veſtris: videbitur in ſancto amore iuſtitie: videbitur po-
S ſtremo in alienatione mentis veſtre: ſed a terrenis in celū.
Al. † exhi- ⌊Ut † exhilararetur facies eius in oleo.⌋ Video q̃ terra: quā-
lararet faciē tum fructum educat ſi producat fenū iumētis. Non iſti ſerui
Mat. 10. vendūt qđ dant: Nō enī venditores euangelij ſunt: Gratis
dant: quia gratis acceperūt. Gaudent bonis operibus ve-
Phil. 4. ſtris: hoc enim vobis prodeſt: Non enī querūt datum: ſed re-
1. Cor. 12. quirunt fructum. Quid eſt exhilaratio faciei in oleo? Gra-
tia dei nitor quidam in manifeſtatione: ⁊ ſicut dicit apłus:
Unicuiqꝫ aūt datur ſpūs ad manifeſtationē. Gratia quedā
que eſt hominū ad hoies ꝑſpicua: ad conciliandum ſanctū
amorem: oleum dicitur in nitore diuino: ⁊ qm̄ excellentiſſi-
ma in chriſto apparuit: totus orbis eum diligit: q̃ cum con-
Ps. 21. temptus hic eſſet: adoratur modo ab omni gente: quoniam
ipſius eſt regnum ⁊ ipſe dñabitur gentium. Tanta eſt enim
eius gratia: vt multi qui in eū non credunt laudent eū: ⁊ ꝓ-
pterea dicant nolle ſe in eum credere: qꝫ nemo pōt implere
qđ iubet. Laudando impediūtur: qui in illum vituperando
ſeuiebant. Amatur tamen ab oibus: p̄dicatur ab oibus: qꝫ
excellenter vnctus: ideo xp̄s. Chriſtus enī vnctus: a chriſma-
te dictus eſt xp̄s. Meſſias hebraice: grece xp̄s: latine vnct⁹:
ſed corpus ſuū totū perūgit. Oēs ꝯuenientes accipiūt grām
Al. † cōfir- vt exhilararetur facies eius in oleo in celo: ⌊Et panis cor ho-
mat. minis † ꝯfirmet.⌋ Quid eſt hoc fratres? Quaſi cepit intel-
ligi de quo pane diceret. Panis enī iſte viſibilis ſtomachū
cōfirmat: ventrē ꝯfirmat. Eſt alius panis qui cor cōfirmat:
qꝫ panis eſt cordis. Jam enim dixerat de pane ſuperius: vt
educat panē de terra: ſed non dixerat qualis panis ſit ille.
Et vinū letificat cor hois. Videtur iā dicere de ſpirituali vino:
nā id letificat cor hois. Sed adhuc putatur de vino iſto di-
ci. quo ebrij quaſi leto corde videntur apparere. Vinū letentur
⁊ nō rideantur. Dicis mihi: Quid letius ebrio? Immo quid
inſanius ebrio? Quid pleriſqꝫ iracūdius? Eſt ergo vinū qđ ve-
re letificat cor: ⁊ non nouit aliud niſi letificare cor. Sed ne
Matth. 5. putes hoc quidē de ſpirituali vino debere accipi: De illo pa-
Joan. 14. ne autē nō qđ ⁊ ipſe ſpiritalis ſit: ſed expoſuit ⁊ ipſum: ⁊ pa-
Joan. 6. nis inquit cor hois ꝯfirmat. Ergo ſic accipe de pane quō ac-
Joan. 15 cipis de vino: Intus eſuri: intus ſiti. Beati enī q̃ eſuriunt ⁊
Al. † ſatu- ſitiunt iuſtitiam: qꝫ ipſi ſaturabūtur. Panis ille iuſtitia eſt.
rabitur. Vinū illud iuſtitia eſt: Veritas eſt: veritas chriſtus eſt. Ego
Al. † ſylua- ſum inquit panis viuus q̃ de celo deſcēdi. Et: Ego ſum vi-
rum. tis: vos ſarmenta. Et panis cor hominis confirmat. ⌊† Sa-
T tiabuntur ligna † campi:⌋ Sed de iſta gratia educta de ter-
ra. Ligna cāpi: plebes populoꝝ. ⌊Et cedri libani quas plā-
tauit.⌋ Cedri libani: potētes i ſeculo: ⁊ ipſi ſaturabuntur. Per-
uenit panis ⁊ vinū ⁊ oleū xp̄i ad ſenatores: ad reges: ad no-
biles. Satiata ſunt ligna cāpi. Poſt humiles ſatiati ſunt: dein-
de ⁊ cedri cedri libani: ſꝫ quas plātauit ipſe. Cedri religio- Ps. 28.
ſi fideles: tales enī plātauit. Nā ⁊ impij ſunt cedri libani: qꝫ
cōteret dñs cedros libani. Liban⁹ enī mons eſt. Ibi iſte ar-
bores ē ſm litterā annoſiſſime ſunt ⁊ excellentiſſime. Liba-
nus enī interp̄tatur ſicut legim⁹ i eis q̃ iſta ſcripſerūt: cādida-
tio. Liban⁹ dr̄ cādidatio. Videtur aūt cādidatio eē ſeculi hui⁹
mō nitētis ⁊ fulgētis in pōpis ſuis. Sūt ibi cedri libani q̃s
plātauit dñs. Ipſe ſatiabūtur q̃s plātauit dñs. Nam arbor Mat. 15.
inquit quā nō plantauit pater me⁹: eradicabitur. Et cedri li- V
bani quas plātauit. ⌊Illic paſſeres nidificabunt.⌋ Fulice
dom⁹ dux eſt eoꝝ. Ubi paſſeres nidificabūt? In cedris liba-
ni. Jam audiuim⁹ q̃ ſint cedri libani: Nobiles ſeculi: excelſi
genere: opibus: honoribuſqꝫ: ⁊ ipſe cedri ſatiantur: Ille tñ q̃s
plātauit ipſe. In his cedris paſſeres nidificabūt. Qui ſunt
paſſeres? Aues equidē ⁊ volatilia celi ſunt paſſeres: ſed mi-
nuta volatilia ſolent dici paſſeres. Sunt ergo quidā ſpiri-
tales nidificantes in cedris libani: id eſt ſunt quidam ſerui
dei audientes in euangelio: Dimitte omnia tua: vel vende Mat. 19.
oia tua: ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurū in celo: ⁊ ve-
ni ſequere me. Et nō tñ hoc audierūt magni: ſed audierūt
⁊ parui: ⁊ voluerūt hoc facere ⁊ parui: ⁊ eſſe ſpiritales: non
iungi vxoribus: nō macerari cura filioꝝ: non habere ꝓprias
ſedes quibus deligarētur: ſed ire in vitam quādam cōmunē.
Sed quid dimiſerūt iſti paſſeres? Minuti enī ſeculi huius
paſſeres videntur. Quid dimiſerūt? Quid magnū dimiſerūt?
Alius ſe cōuertit: dimiſit cellam patris ſui inopē: vix vnū le-
ctum ⁊ vnā arcā. Cōuertit ſe: tñ factus eſt paſſer: q̃ſiuit ſpi-
ritalia. Bene: optime. Non illi inſultem⁹: nō dicamus: nihil
dimiſiſti. Non ſuperbiat qui multa dimiſit. Petrus vt ſeque- Mat. 4.
retur dominū nouiſſim⁹ q̃ piſcator erat: qđ potuit dimitte-
re? Vel frater eius andreas: vel filij zebedei ioānes ⁊ iaco-
bus: etiā ipſi piſcatores: ⁊ tñ quid dixerūt? Ecce nos dimiſi- Mat. 19.
mus omnia: ⁊ ſecuti ſumus te. Non ei dixit dñs: Oblit⁹ es
paupertatē tuā: quid dimiſiſti vt totū mundum acciperes?
Multū dimiſit fratres mei: multū dimiſit. Quid? Non ſo-
lum dimiſit quicqđ habebat: ſed etiam quicqđ habere cu-
piebat. Quis enī pauper non turgeſcit in ſpe ſeculi huius?
Quis non quotidie cupit augere qđ habet? Iſta cupiditas
p̄ciſa eſt. Ibat in immēſum: accepit modū: ⁊ nihil dimiſſus
eſt. Prorſus totum mūdum dimiſit petrus: ⁊ totū mūdum
petrus accepit: Quaſi nihil habentes ⁊ omnia poſſidētes. 2. Cor. 6.
Faciunt hoc multi: Iſta faciunt qui parū habent: ⁊ veniūt
⁊ fiunt paſſeres vtiles. Minuti videntur: quia non habent
altitudinem dignitatis ſecularis: nidificant in cedris liba-
ni. Etenī et cedri libani nobiles ⁊ diuites ⁊ excelſi hui⁹ ſe- X
culi: quoniā cum timore audiūt: Beatus qui intelligit ſup Ps. 40.
egenū ⁊ pauperem: Attendunt res ſuas: villas ſuas: ⁊ oim
ſuperfluas copias: quibus videntur excelſi: ⁊ prebent illas ſer-
uis dei: dant agros: dant hortos: edificant eccl'ias: mona-
ſteria: colligūt paſſeres vt in cedris libani nidificent. Paſ-
ſeres ergo ſatiantur cedris libani quas plantauit dñs: ⁊ illic
paſſeres nidificabunt. Attendite totam terrā: ſi nō ita eſt.
Ut loquerer iſta nō ſolum credidi: ſed ⁊ vidi: Dedit mihi in-
tellectū ipſum experimentū. Interrogate latiſſimas ter-
ras q̃ noſtis: ⁊ videte in quā multis cedris libani paſſeres
illi de quibus locutus ſum nidificāt. Sed tñ fratres mei: ipſi
paſſeres ſi ſpiritales ſunt: q̃uis nidificent in cedris libani:
nō ꝓ magno hr̄e debent cedros libani: ⁊ putare illos eſſe
ſuperiores: a quibus eoꝝ neceſſaria cōplentur. Paſſeres enim
ſunt: illi aūt cedri libani ſunt. Ego fulice dom⁹ dux eſt paſſe-
rū. Quāuis in cedris libani nidificēt paſſeres: nō tñ cedri li-
bani duces ſunt paſſerū. Ecce ſatiabuntur ligna cāpi omnes
ppli ⁊ cedri libani ſatiabuntur q̃s plātauit dñs: oēs nobiles ⁊
excelſi fideles. Illic: id eſt in cedris libani paſſeres nidifica-
būt: p̄hebūt ramos facultatū ſuarū: colligēdis minutis ſpi-
ritalib⁹ p̄hēt iſta. Faciūt hec cedri libani q̃s plantauit dñs:
faciūt ⁊ libenter faciūt: nouerunt qđ faciant: nouerūt quid
accipiant. Sed paſſeres q̃uis in cedris libani nidificabūt:
fulice domus dux eſt eorum. Que eſt fulice domus? Fu-

lica ſicut omnes nouim⁹:marina auis eſt:vel in ſtagnis eſt:
vel in mari eſt. Habet quãdam domũ: non facile in littore
terre aut nunq̃:ſed in his q̃ in media aqua ſunt:plerũq; er
go in petris quas aque circũdant. Intelligim⁹ ergo petrã
eſſe idoneã fulice domũ. Nuſq̃ fortior firmius habitat:q̃
in petra. In quali petra? In mari cõſtituta. Et ſi tundit flu
ctibus:frangit eñ fluct⁹:nõ frangitur petra. Hoc habet ma
gnũ petra in mari ↄſtituta. Quãti fluctus contuderunt pe
trã noſtrã ieſum xp̃m? Eliſi ſunt in illũ iudei:illi fracti ſunt:
ille aũt integer permanſit. Et vnuſquiſq; imitans xp̃m:ita
ſit in iſto ſeculo:id eſt in iſto mari:vbi nõ põt niſi ꝓcellas tẽ
peſtateſq; ſentire:vt nulli vento cedat:nulli fluctui:ſed oĩa
excipiat:ꝛ integer maneat. Ergo fulice domus ꝛ fortis eſt
et humilis. Non habet domũ fulica in excelſis:nihil illa do
mo firmius:ꝛ nihil humilius. In cedris quidem nidificant
paſſeres ꝓpter p̃ſentem neceſſitatẽ: ſed petrã illã habent
ducem q̃ fluctibus tundit̃: ꝛ nõ frangit̃: Imitantur enim
xp̃i paſſiones. Et ſi forte cedri libani irate fuerint: ꝛ aliq̃d:
moleſtie vel ſcandali ſeruis dei in ramis ſuis cõmouerint:
volabunt quidẽ inde paſſeres: Sed ve cedro remanenti ſi
ne nidis paſſerũ. Paſſeres eñ non naufragabũt: non peri
y bunt:q: fulice dom⁹ dux eſt eoꝝ. Quid ergo ſequit̃: ⌊Mõ
el†excelſi tes†altiſſimi ceruis.⌋ Cerui magni:ſpiritales tranſcendẽ
tes in curſu oĩa ſpinoſa vepꝛiũ atq; ſyluarũ: Qui pficis in
Pſ̃.17. quit pedes meos ſicut ceruí:ꝛ ſup excelſa ſtatuens me. Te
neant montes altos alta p̃cepta dei:ſublimia cogitent:te
neant ea q̃ multũ eminent in ſcripturis:iuſtificent̃ in ſum
mis. Ceruis eñ ſunt illis montes altiſſimi. Quid de humi
libus beſtijs? Quid de lepore? Quid de heritio? Lepus mi
nutũ aĩal ꝛ infirmũ: Heritius etiã ſpinoſum: minoꝛ eoꝝ.
Illud aĩal timidum:illud aĩal ſpinis coopertũ. Spine aũt
quid ſignificant:niſi petõres? Qui peccat quotidie:etiam ſi
nõ magna pctã:minutiſſimis ſpinis coopert⁹ eſt. In eo qd̃
timet lepus eſt: in eo qd̃ minutiſſimis pctis operit̃: herit⁹
eſt:et nõ põt tenere illa excelſa ꝛ pfecta p̃cepta. Illi enim
montes altiſſimi ceruis. Quid ergo iſti:lepus ꝛ heritius?
Pereunt? Non. Sic eñ mõtes altiſſimi dati ſunt ceruis: vt
Al. †heri ꝛ his videas q̃d ſequat̃. ⌊Petra refugiũ†heritijs ꝛ lepori
nacijs. bus:⌋ Quia factus eſt domin⁹refugium pauperis. Ponas
Al. †nõ hʒ petrã illã in terra:refugiũ eſt heritijs ꝛ leporib⁹:ponas il
Pſ̃.9. lam in mari:dom⁹eſt fulice. Vbiq; vtilis petra: ꝛ in mõtib⁹
ipſa vtilis:q: mõtes ſine petre fundamẽto: ruerẽt in pfun
dũ. Nõne iam dudũ de mõtib⁹ dicebat̃: Illic volatilia celi
inhabitabunt:de medio petrarũ dabũt voces ſuas? Vbiq;
ḡ petra refugiũ noſtrũ:ſiue in montibus excelſa ſit: ſiue in
mari tundat̃ fluctib⁹ nõ frangit̃:ſiue in terra ſolidet̃:ad il
lam cerui:ad illã fulica: ad illã lepus ꝛ heritius. Tundant
pectora lepores:ꝛ heritij cõfiteantur pctã ſua. Licet coopti
ſint minutis quidẽ quotidianiſq; pctis: nõ eis tñ deeſt pe
Mat. 6. tra q̃ illos docuit dicere:Dimitte nobis debita noſtra:ſicut
E ꝛ nos dimittim⁹ debitoꝛibus noſtris. Petra refugiũ heri
tijs ꝛ leporib⁹. ⌊Fecit lunã in tẽpoꝛa:⌋ Intelligim⁹ ſpiri
taliter eccleſiã creſcentẽ de minimo:ꝛ iſtã moꝛtalitatem vi
te quodãmodo ſeneſcentem: Sꝫ vt ꝓpinquet ad ſolẽ: Non
iſtã lunã dico viſibilẽ oculis: ſed q̃ hoc noĩe ſignificat̃ iſta.
Quãdo obſcura erat eccleſia? Qñ nondũ apparebat: nõdũ
Pſ̃.10. eminebat:ſeducebant̃ hoĩes:ꝛ dicebatur:Hec eſt eccl̃ia:hic
eſt xp̃s:vt ſagittarent in obſcura luna rectos corde. Mõ q̃
cecus eſt q̃ plena luna errat? Fecit lunã in tẽpoꝛa. Hic enim
tꝑaliter trãſit eccleſia. Non eñ hic erit ſemper iſta moꝛtali
tas. Augeri ꝛ minui põt:aliqñ pertrãſibit: in tpa facta eſt.
Als †co ⌊Sol†agnouit occaſum ſuũ.⌋ Et hic quis ſol: niſi ſol ille
gnouit iuſtitie quẽ ſibi nõ oꝛtũ impij plangẽt in die iudicij? Qui di
ꝛ cturi ſunt in illo die: Ergo errauim⁹ a via veritatis:ꝛ iuſtitie
Sap.5 lumen nõ luxit nobis:ꝛ ſol nõ oꝛtus eſt nobis. Ei ſol iſte oꝛi
tur qui intelligit xp̃m. Recedit aũt ab intellectu eius xp̃s:
Pſ̃.4. q̃ ſic iraſ⁹ fuerit fratri ſuo vt teneat odiũ. Itaq; iraſcimini ꝛ
nolite peccare. Charitas eñ iraſcit̃ aliqñ vt corrigat: non
tenetur rea:q: nõ inueterauit ira:vt verteret̃ in odium. Si
Ephe. 4 aũt ira cõuerſa fuerit in odiũ:occidit ſol ſup iracũdiam ve
ſtrã. Non ergo occidat ſol ſup iracũdiam veſtrã. Nec putē
tis fratres ideo nõnullis ſolẽ eſſe adoꝛãdũ:q: ſol in ſcriptu
ris aliqñ xp̃m ſignificat. Talis eſt eñ demẽtia hoĩm: quaſi

adoꝛandũ aliquid dicatur:cuꝫ dicitur: Sol xp̃m ſignificat:
Adoꝛa ergo et petram:quia xp̃m ſignificat. Sicut ouis ad 1. Coꝛ. 10.
victimã ductus eſt:Adoꝛa ꝛ ouem quia xp̃m ſignificat. Vi Eſa. 53.
cit leo de tribu iuda:adoꝛa ꝛ leonem quia chꝛiſtũ ſignificat. Apoca. 5
Videte q̃ multa xp̃m ſignificent. Omnia iſta chꝛiſtus in ſi
militudine:nõ in ꝓprietate. Queris ꝓprietatem chꝛiſti? In Joan. 1.
pꝛincipio erat verbum:ꝛ verbũ erat apud deum. Ecce ꝓ
prietas xp̃i per quã factus es. Vis audire ꝛ ꝓprietatem per
quã refectus es? Et verbum caro factum eſt:ꝛ habitauit in
nobis. Cetera ſimilitudies ſũt. Intellige:eſto ſcripture ca
pax:vt aliud videas obijci oculis tuis:aliud inſinui coꝛdi tuo
Sol ergo ille iam ſecuri dicimus:ſol ille iuſtitie:nõ ſine cau
ſa impijs nõ oꝛitur etſi volunt: Ipſa eñ ſapiẽtia dicit: Que Sap.5
runt me mali ꝛ non inuenſũt. Quererent ꝛ nõ inueniẽt. Et Prouer. 1.
quare? Oderunt eñ ſapientiã. Si ergo oderũt quare que
runt? Querũt non vt fruantur:ſed vt inſultent. Querũt ſer Sap.1.
monibus:oderũt moꝛibus. Spiritus eñ ſanctus diſcipline
fugiet fictum:ꝛ auferet ſe a cogitatiõibus que ſunt ſine in
tellectu. Non ergo ſol ille oꝛitur impijs:nõ oꝛitur malis. At
hoꝛe de iſto ſole quid dictum eſt? Qui facit ſolem ſuũ oꝛiri ſu Matth.5.
per bonos ꝛ malos:ꝛ pluit ſuper iuſtos ꝛ iniuſtos. Ergo de D
illo ſole iuſtitie neſcio quid ſignificat pſalmus iſte ſcḋm my
ſterium: Nam videmus iſta fieri in creatura:etiam ſcḋm ſpe
ciem rerum viſibilium. Sol agnouit occaſum ſuũ. Quid eſt:
ſol agnouit occaſum ſuum? Chꝛiſtus agnouit paſſionẽ ſuã.
Occaſus chꝛiſti:paſſio chꝛiſti. Sed nũquid ſic ſol occidit vt
non oꝛiatur? Nunquid qui doꝛmit non adijciet vt reſurgat?
Nõne ipſe dixit: Doꝛmiui turbatus? Et de ipſo dictum eſt:
Exaltare ſuper celos deus. Ergo ſol agnouit occaſum ſuũ.
Quid eſt agnouit? Appꝛobauit:placuit ei. Et vnde oſtendi
mus:quia agnouit:hoc eſt: placuit ei? Quid enim nõ nouit
deus? Quid non nouit chꝛiſtus? Et tamen dicturus eſt in fi
ne quibuſdam: Non noui vos. Quomodo ergo dixit:non no Matth. 7
ui vos:non eſt q̃ſi mihi ignoti eſtis:ſed nõ mihi placetis: ſic
et hic agnouit occaſum ſuũ:placuit illi occaſus ſuus. Si eñ
ei diſpliceret quomodo pateretur? Homini eñ:quia non eſt
illi ſol etiam ſi diſpliceat ei paſſio ſua: patitur et quod non
vult. Ille autem non pateretur niſi ei placeret: id eſt niſi
agnoſceret occaſum ſuum non occideret:quia ipſe dixit: Po Joan. 10.
teſtatẽ habeo ponendi aĩam meã: ꝛ pt̃atem habeo iterũ ſu
mẽdi eã: Nemo tollit eã a me:ſed egoipſe eã pono a me. Er
go agnouit occaſum ſuũ. ꝛ ſol cognouit occaſuꝫ ſuũ Et qñ oc
cidit ſol? Cum paſſus eſt domin⁹:facte ſunt quedã tenebꝛe
in apoſtolis:defecit ſpes eoꝛum quibus ꝑmo magnus ꝛ re AA
demptoꝛ omniũ videbatur. Quare? ⌊Poſuiſti tenebras et Al† in iſta
facta eſt nox:†ibi pertranſibunt omnes beſtie ſylue. Catuli Al† ꝛ q̃rũt
leonũ rugientes vt rapiant:†querentes a deo eſcam ſibi.⌋
Quid intelligam ſpiritaliter catulos leonum:niſi ſpiritalia
nequicie? Quid intelligam niſi mala demonia: que demo
nia paſcuntur erroꝛibus hominũ? Sunt eñ pꝛincipes demo
nioꝛum: ꝛ ſunt demonia quedam contemptibilia. Iſta de
monia ſeducere animas querũt:ſed vbi ſol nõ oꝛtus eſt: Te
nebꝛe enim ſunt:ꝛ cum tenebꝛe ſint:querunt catuli leonum
quos deuoꝛent. Ipſe leo maioꝛ pꝛinceps omnium talium
leonum:quid de illo dictum eſt: Neſcitis:quia aduerſarius 1. Pet. 5.
veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens queꝫ de
uoꝛet? Ideo querentes a deo eſcam ſibi: quia nec tentari
quis poteſt a diabolo niſi permittente deo. Job ſanct⁹ an
te diabolum erat: ꝛ tamen longe ab illo erat:aſpectu ante
illum erat:poteſtate remotus ab illo. Quando auderet ten Job. 1.
tare vel carnem vel facultates eius quas poſſidebat:niſi ac
ciperet poteſtatem? Quare autem datur poteſtas? Aut ad
damnandos impios:aut ad pꝛobandos pios. Iuſte hoc ta
men actum:totum dominus agit: et in neminem habet dia
bolus poteſtatem:vel in aliquid eius:niſi ille concedat:cui
eſt poteſtas ſumma ꝛ ſublimis. Sic diabolo:ſic homini:nul
la eſt poteſtas in hominem:niſi deſuper detur. Stabat iu
dex viuoꝝ ꝛ moꝛtuoꝝ ante hominẽ iudicem:ꝛ inſtanit ſe ho
mo iudex videns ante ſe chꝛiſtum:ꝛ ait: Neſcis quia pote
ſtatem habeo occidendi ꝛ dimittendi te? At ille qui vene
rat et eum docere a quo iudicabatur: Non haberes inquit Joan. 19
in me poteſtatẽ:niſi eſſet tibi deſup data. Et homo ꝛ diabo
lus ꝛ quelibet demonia non niſi accepta poteſtate nocent:

Sed pficiens

Sed proficientibus nõ nocent. Malis iſta ſunt tanq̃ ignis
feno: bonis iſta ſunt tanq̃ ignis auro. Manducat⁹ eſt iudas
BB vt fenum: probatus eſt iob vt aurum. Poſuiſti tenebras ⁊ fa
cta eſt nox: illic ptrāſibũt oĩs beſtie ſylue. Iam beſtie ſylue
alio mõ. Alio enim ⁊ alio mõ ſemp iſta intelligũtur: quomõ
Joan.i. domin⁹: ipſe agnus: ipſe leo. Quid tā diuerſum q̃ agnus ⁊
Apoca.5. leo. Sed qualis agnus? Qui vicit lupum: vicit leonẽ. Ipſe
petra ipſe paſtor: ipſe ianua. Paſtor intrat p ianuam: ⁊ di
Joan.10. cit: Ego ſum paſtor bon⁹: Et dicit: Ego ſum ianua. Ipm leo
Apoca.5. nis nomen dominũ ſignificat: q: vicit leo de tribu iuda et
Ps.90. diabolum: q: pculcauit leonem ⁊ draconẽ. Diſcite ſic intel
ligere cum figurate iſta dicuntur: ne forte vbi legeritis q
1.Cor.10. chriſtum ſignificat petra: vbiq; petram chriſtum putetis.
Significat alia atq; alia: ſicut littera quo loco ponatur: vi
de vbi intelligas eius vim. Si audieris litterā pmā in nomi
ne dei: ⁊ putaueris eam ſemper ibi ponendas: delebis eam
in nomine diaboli. Ab eadem enim littera incipit nomen
dei a qua incipit nomen diaboli. Et nihil tam diſiũctum q̃
deus et diabolus. Uide ergo q̃ abſurdus eſt a rebus et hu
manis ⁊ diuinis: qui dixerit de littera ſingulari non debet
habere in capite nomen diaboli. Et cum queſieris: quare?
Reſpondeat: Ego in noĩe dei legi iſtam litteram. Ridetur
iſte. nam nec talis eſt cui digneris reddere rationẽ. Nolite
ergo tam pueriliter ſapere etiā iſta diuina: vt forte aliquis
veſtrum (quia dixi ſupius beſtias ſylue ſignificare gentes:
modo autem dico beſtias ſylue ſignificare demonia et an
gelos puaricationis putet me aliquid contrariũ dice
re. Similitudines enim ſunt: ⁊ in quocũq; loco ſint: circũſtā
tia ſui exponũtur. Illic pertranſibunt oĩs beſtie ſylue. Ubi?
In noctem quā poſuit dñs: quia ſol agnouit occaſum ſuũ.
Catuli leonũ rugientes vt rapiant querentes a deo eſcam
ſibi. Merito dñs venturus ad occaſum ſuũ: ipſe ſol iuſtitie
agnoſcens occaſum ſuum: ait diſcipulis: tanq̃ tenebris futu
ris: circuituro leone vt quereret quẽ deuoraret: ⁊ quod il
le leo neminẽ deuoraret: niſi peteret: Hac nocte inquit po
Luce.22 ſtulauit ſathanas vexare vos ſicut triticũ: ⁊ ego rogaui pro
Mat. 27 te Petre: ne deficiat fides tua. Nõne petrus cum ter nega
uit: iam inter dẽtes leonis erat? Catuli leonũ rugientes vt
LL rapiant: et vt querant a deo eſcam ſibi. ⌊Ortus eſt ſol:⌋
Joan.10 Qui dixit: Poteſtatem habeo ponendi animā meã: et po
teſtatem habeo iterum ſumendi eam. Agnouit occaſum ſuũ
⁊ poſuit eam: ortus eſt ⁊ recepit eam. Ortus eſt ſol: quia oc
cidit ſol: ſed nõ extinctus eſt ſol. Adhuc eis qui non intelli
gũt xpm: ipſa nox eſt. Adhuc eis ſol ortus nõ eſt: Inſtẽt vt
intelligant ne rapiantur a rugiente leone. Nam ecce quib⁹
ortus eſt: nõ eos audent inuadere catuli leonũ. Sequitur
enĩ: Ortus eſt ſol: ⌊Et congregati ſunt: ⁊ in cubilibus ſuis
Al. †collo- †cubabunt.⌋ Magis magiſq; ibi oritur ſol iſte: vt intelli
cabũtur. gatur ab orbe terrarum: ⁊ clarificetur xps in toto mundo.
Congregãtur catuli leonũ: Illa demonia recedũt a pſecu
tione eccleſie: que inſtigabant pſequi domũ dei: opendo in
Ephe.2. filiis diffidentie. Nam dictum eſt ſm principem poteſtatis
aeris qui nunc operatur in filios infidelitatis. Modo iam:
q: nemo eoꝝ pſequi audet eccleſiam: ortus eſt ſol ⁊ congre
gati ſunt. Et vbi ſunt? Et in cubilibus ſuis cubabunt. Cubi
lia eoꝝ: corda infidelium. Quãmulti gerũt leones cubãtes
in cordibus ſuis: Non inde erũpunt: nõ faciunt impetum in
iſtam peregrinãtem hieruſalem. Quare nõ faciunt? Quia
iam ortus eſt ſol: ⁊ ſplendet in toto orbe terrarũ. Ergo vi
de quid ſequaꝛ: Quia ortus eſt ſol ⁊ cõgregati ſunt: ⁊ in cu
bilibus ſuis cubabunt. Quid tu o hõ dei? Quid tu o eccl̃ia
dei? Quid tu o corpus xpi cui⁹ caput in celo eſt? Quid tu fa
DD cis o hõ vnitas eius? ⌊†Exiet⌋ inquit ⌊hõ ad op⁹ ſuũ.⌋
Al. †egredi- Operetur ergo iſte homo opera bona in ſecuritate pacis ec
cleſie: operetur vſq; in finẽ. Aliqñ eñi erit quedã cõtenebra
tio: ⁊ fiet quidã impetus: ſed in veſpera: id eſt in fine mun
di. Modo aũt in pace ⁊ tranquillitate operaꝛ eccl̃ia: Quia
exiet hõ ad opus ſuũ: ⌊Et ad operationẽ ſuã vſq; ad veſpe
Ps.91 ram. Quãmagnificata ſunt opera tua dñe:⌋ Merito ma
gna: merito excelſa. Ubi facta ſunt opa iſta tā magna? Que
illa ſtatio dei vbi ſtetit? Uel q̃ illa ſeſſio vbi ſedit ⁊ iſta ope
ratus eſt? Quis locus vbi iſta operat⁹ eſt? Unde pceſſerunt
pmo iſta tā pulchra? Si ad litterã accipias: omnis ordinata
creatura ordinate currẽs: ordinate pulchra: ordinate oriẽs:
ordinate occidens: ordinate peragens oia tẽpora: vnde p
ceſſit? Ipſa aũt eccleſia quõ accepit incremẽta ſucceſſus p
fectionẽ? Quõ deſtinaꝛ ad finẽ quẽdam imortalitatis? Qui
bus pconibus pdicaꝛ? Quib⁹ myſteriis cõmendaꝛ? Quib⁹ ſa
cramẽtis occultatur? Qua pdicatiõe reuelaꝛ? Ubi fecit hec
de⁹? Uideo magna opa tua dñe. Quãmagnificata ſunt opa
tua dñe? Quero vbi fecerit: locũ nõ inuenio: Sed video qd
ſequaꝛ: ⌊Oia in ſapientia feciſti:⌋ Ergo oia in xpo feciſti.
Joan.19 Ille cõtemptus: ille expalmatus: ille cõſputus: ille ſpinis
coronatus: ille crucifixus: oia in illo feciſti. Audio audio qd
de illo tuo milite nũcies hoib⁹: qd de illo pcone ſcrõ predi
1.Cor. 1. ces gentibus: xpm dei virtutẽ ⁊ dei ſapientiã. Irrideãt iu
dei crucifixũ xpm: q: ſcandalũ eſt eis. Irrideãt pagani cru
Ibidem cifixum xpm: q: ſtulticia eſt eis. Nos aũt inquit pdicamus
xpm crucifixũ: iudeis quidẽ ſcandalum: gentibus aũt ſtulti
tiã: ipſis vo vocatis iudeis ⁊ grecis: xpm dei virtutẽ ⁊ dei
EE ſapiam. Omnia in ſapientia feciſti: ⌊†Repleta eſt terra
Al. †ipleta †creatura tua.⌋ Repleta eſt terra creatura tua xpe. Et
†poſſeſſio quõ? Quõ videbimus? Quid eñi nõ a pr̃e per filiũ creatum
ne. eſt? Quicquid eñi ambulat ⁊ repit in terris: qcquid natat in
aquis: quicqd volat in aere: quicqd in celo circũagiꝛ: quãto
magis terra: Totus mũdus creatura dei eſt. Sꝫ neſcio qd
2.Cor.5. hic ſignificat de q̃dã creatura noua: de qua dicit apl̃s: Si q̃
in xpo, noua creatura: vetera trãſierunt: ecce facta ſunt oia
Ephe.4. noua: oia aũt ex deo. Noua creatura q̃ facta eſt? Oẽs, credẽ
tes in xpm: exuentes ſe veterẽ hoiem ⁊ induentes nouum.
Joan 12. Repleta eſt terra creatura tua. In vno loco terre crucifi
xus erat: in vno exiguo loco cecidit granũ illud in terrã: et
mortificatũ eſt: ſed magnũ fructũ attulit. Singularis eras
dñe ieſu xpe: donec trãſires: Agnoſco in alio pſalmo vocem
Ps.146. tuã qua dixiſti: Singularis ego ſum: donec trãſeam. Sin
gularis ergo eras donec trãſires: Singularis eras cũ agno
uiſti occaſum tuũ: Sed ab occaſu in ortũ tranſiſti. Ort⁹ es:
ſplenduiſti: Clarificatus es cum in celum aſcendiſti: et re
pleta eſt terra creatura tua. Pſalmum fratres nondum fini
uimus: ſed aliquid inde in nomine chriſti etiam ad diem do
minicum differamus.

¶ Sermo quartus de tertia parte eiuſdẽ pſalmi.

¶ Prefatio.

A Meminit charitas veſtra cũ ſit vn⁹ ſermo dei i ſcriptu
ris oibus dilatat⁹: ⁊ p multa ora ſanctoꝝ vnũ verbũ
ſonet: qd cũ ſit in pncipio deus apud deũ: ibi nõ habeat ſyl
Joan.1. labas: q: nõ habet tẽpora. Nec mirandũ nobis ſit: q: pp̃ter
infirmitatẽ noſtrã deſcendit ad particulas ſonoꝝ noſtroꝝ:
cũ deſcenderit ad ſuſcipiendã infirmitatẽ corporis noſtri.
Iſtũ tñ pſalmũ iã multos nobis feciſſe ſermones: myſteria
q; ipſa q̃ hic clauſa tenenꝛ vt pulſantib⁹ aperirenꝛ attuliſſe
nobis nõ paruas p aliquot dies moras tpis cũ pronũcianꝛ:
cũ cõmendanꝛ: cũ clauſa eſſe mõſtrantur: cũ aperiũtur: cum
eruũtur: cũ oſtendunꝛ: ac p hoc meminit: vt dixi: charitas ve
ſtra: nec pterito die ad ei⁹ terminũ pſalmi nos puenire po
tuiſſe ⁊ diſtuliſſe in hũc diẽ. Uoluitq; dñs ⁊ ipſe redditionis
nobis exhibere: ⁊ me debitorẽ debito ſatiſfacere: ⁊ exacto
res ſecuriores efficere. Det ergo ipſe bonũ qd reddam⁹: q̃
B nõ reddidit quicqd mali feceram⁹. Exclamauerũt vt noſtis
qd cũ pietate gaudioq; recolitis: Exclamauerũt cũ pſalmo
viſcera cordis nr̃i: ⁊ dixerũt: Quãmagnificata ſunt opa tua
dñe: oia in ſapia feciſti: repleta eſt terra creatura tua. Quic
qd a deo factũ eſt: in ſapia factũ ẽ ⁊ p ſapiaꝫ factũ eſt. Quic
qd nouit ſapiam: ⁊ qcquid nõ nouit ſapiam: ⁊ tñ in creatura
dei eſt: in ſapientia factũ eſt: ⁊ p ſapientiã factũ eſt. Qui co
gnoſcunt ſapientiã: lucẽ habent ſapiẽtiã: qui nõ cognoſcũt
habent tñ artificem ſapiam cum ſint ipſi detenti in ſapien
tia. Et qui eã lumen habent: etiã artificẽ habent: Non quiſ
quis artificẽ habent: etiã lucẽ habent. Et quidẽ in hoibus
multi ſunt q̃ eius participes fiũt: ⁊ ſapientes vocanꝛ: multi
eius expertes: ſtulti nolanꝛ. Propter hoc vitioſo noĩe ſtulti
appellanꝛ: q: ſi ſtudeant ſapientie: ſi petãt: ſi querãt: ſi pul
ſent: poſſunt puenire ad eius participationẽ. Nõ eñi natu
re ſed negligentie denegaꝛ. Sũt aũt alie creature que non
poſſunt fieri participes ſapie: ſicut oẽs beſtie: omnia peco
ra: oẽs arbores q̃ nec ſenſum habent viuum: Nunquid quia

participes ſapientie eſſe nō pñt: ideo nō in ſapientia et p
ſapiam facta ſunt? Non ḡ exigit deus intellectū de equo et
Pſ.31. mulo: ſed hoībus dicit: Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus: qͥ
bus nō eſt intellectus. Qḋ equo natura eſt: hoī crimen eſt.
Gen.1. Hoc ergo dicit deus: Nō exigo participationem ſapie mee
ab eis que nō feci ad imaginē meā: ſed vbi feci: inde exigo:
⁊ vſum eius rei poſtulo quā donaui. Hoies ḡ reddētes deo
Mat.22 q̄ dei ſunt: ſi ceſari reddunt qḋ ceſaris eſt: id eſt reddentes
ceſari imaginē ſuā: ⁊ reddentes deo imaginē ſuā: erigunt
ipſam mentē ſuam: nō ad ſe: ſed ad artificē ſuū: ⁊ ad lumen
vnde ſunt: ⁊ ad calorē quēdam ſpiritalē vnde ferueſcūt: et
vnde remoti frigeſcūt: ⁊ vnde recedentes ꝯtenebrantur: et
Pſ.17. quo reuertentes illuminātur: q: pie illi dixerūt: Tu illumi
nabis lucernā meā dñe: deus meus illumina tenebras me
as: Diſcuſſis tenebris terrene ſtulticie: apetientes os ⁊ edu
centes ſpiritū: erigunt (vt dixi) fidentē oculum cordis: ⁊ cir
cūſpiciunt mente vniuerſum mūdum: terrā: mare ⁊ celū: et
videntes oīa pulchre diſpoſita ordinata currere: digeri ge
neribus: fulciri ſeminib⁹: mutari ſucceſſionib⁹: currere tēpo
ribus: placet eis in his artifex: vt ⁊ ipſi placeant in artifice
artifici: ⁊ exclamant pre gaudio magno: q: vere huic leticie
E nihil cōpari pōt: Quā magnificata ſunt opa tua dñe: oīa in
ſapiētia feciſti. Vbi eſt ipſa ſapia in qua oīa feciſti? Quo ſen
ſu attingitur? Quo oculo videt? Quo ſtudio querit? Quo
merito poſſidet? Quo putatis niſi gratia ſua? Qui donauit
vt ſimus: donet vt boni ſimus. Donat conuerſis qui anteq̄
Joan.1. cōuerterentur: ⁊ auerſi irent poſt vias ſuas: Nōne queſiuit
Matth.5. eos? Nōne deſcendit? Nōne verbū caro factū eſt: ⁊ habita
Luce.15. uit in nobis? Nōne accendit lucernā carnis ſue dum pende
ret in cruce: ⁊ q̄ſiuit ꝑditam drachmā? Queſiuit ⁊ inuenit vi
cinis cōgratulantibus. id eſt oī creatura ſpiritali que deum
prime attingit. Vicinis cōgratulantib⁹ inuēta eſt drachma:
angelis letantibus inuenta eſt aīa humana. Inuēta eſt er
go: gaudeat ⁊ dicat: Quā magnificata ſunt opera tua dñe:
oīa in ſapientia feciſti: repleta eſt terra creatura tua. Qua
creatura tua repleta eſt terra? Oībus arboribus ⁊ frute
tis: oībus aīalibus ⁊ pecoribus: ⁊ vniuerſo ipſo genere hu
mano repleta eſt terra creatura dei. Videmus: nouim⁹: le
gimus: agnoſcimus: laudamus: ⁊ in his ꝑdicamus: ⁊ in his
nō ſufficimus laudare tantū quātum abūdant et bona in
1.Cor.5. ſpectione cor noſtrū. Sed ad illum magis creaturā debe
mus attendere: Unde dicit apls: Si qua igitur in xp̄o noua
creatura: vetera tranſierūt: ⁊ ecce noua facta ſunt oīa. Que
vetera tranſierūt? In gētib⁹ oīs idololatria: in ipſis iudeis
omnis illa ſeruitus legis: oīa illa ſacrificia ꝓnunciatiua pre
ſentis ſacrificium. Abundabat tunc vetuſtas hoīs: venit q̄ re
nouaret opus ſuū: venit qui cōflaret argentū ſuū: qui forma
ret monetā ſuā: Et ſi attendimus plenā terrā xp̄ianis cre
dentibus in deum: auertentibus ſe a prioribus immūdicijs
ſuis: ⁊ idololatria: a ſpe ꝓterita ad ſpem noui ſeculi: et ecce
nōdum eſt in re: ⁊ iam tenetur in ſpe: ⁊ per ipſam ſpem iam
cantamus ⁊ dicimus: Repleta eſt terra creatura tua. Non
dum eni in patria cantamus hoc: nōdum in illa requie que
ꝓmittitur: nōdum cōfirmatis vectibus portarū hieruſalē:
ſed adhuc in peregrinatione intuētes mūdum iſtum totū:
⁊ vndiq; hoies currentes ad fidem: timentes gehēnas: con
tēnentes mortē: amātes vitā eternā: ſpernētes ꝓſentem: ⁊
tali ſpectaculo completi gaudio dicimus: Repleta eſt terra
creatura tua. Hoc autē ſeculū adhuc tentationū fluctibus
quatitur: adhuc tempeſtatibus ⁊ ꝓcellis tribulationū ⁊ tu
mor turbatur: hac tamē itur: Minetur licet mare ⁊ tumeat
fluctibus: procellaſq; parturiat: hac tamen itur: Datum eſt
nobis lignū in q̄ nauigem⁹: Repleta eſt terra creatura tua
Pſ.141 Sed nondum ſumus in terra viuentium: adhuc iſta terra
morientium eſt: Clamamus autem ⁊ dicimus: Spes mea
es tu: portio mea in terra viuentium. In terra moriētium
ſpes mea: in terra viuentium portio mea. Ecce iſta terra q̄
D repleta eſt creatura dei. Qui adhuc i iſta terra eſt moriētiū
Al † mūdo⁹ nōdū eſt in terra viuētiū q̄ tranſitur: Audi ſequētia.
illic repti
lia. ¶ Expoſitio eiuſdem partis.
Al † cū ma
gnis. HOc mare magnū ⁊ ſpacioſum: † ibi repentia quorum
nō eſt numerus: Animalia puſilla † ⁊ magna. ⌋ Terri
bile mare ſignificat: ibi ſunt repētia quoꝝ nō eſt numerus.

Inſidie repunt in hoc ſeculo: et incautos repente occupāt.
Repentes autem tentationes quis numerat? Repunt: ſed
caue ne ſurripiant. Vigiletur in ligno: etiā in aquis in cruce
nauigamus: etiam in fluctibus tuti ſumus. Non dormiat
Matth.8. chriſtus: nō dormiat fides: ⁊ ſi dormierit: excitetur: impera
bit ventis: placabit mare: Finietur via gaudebit in patria.
Ibi repentia quoꝝ nō eſt numerus: animalia puſilla et ma
gna. Video eni adhuc in mari iſto formidoloſo nondum cre
dentes. Ipſi enim verſantur in amaris aquis et ſterilibus.
Illic autem ⁊ puſilli ⁊ magni ſunt. Nouimus hec: multi pu
ſilli ſeculi nōdū crediderūt: multi ꝓmates ſeculi nondū cre
diderunt. Animalia puſilla et magna ſunt in hoc mari. Ode
runt eccleſiam: premūtur chriſti nomine: Non ſeuiunt: quia
non permittuntur: In manus non erumpens: clauſa eſt in
corde ſeuicia. Nam omnes ſiue puſilli: ſiue magni: animalia
puſilla et magna que modo dolent templa eſſe clauſa: aras
euerſas: ſimulacra confracta: leges latas: vt ſacrificare ido
lis capitale ſit crimen: Omnes qui dolent hec: in mari ſunt
adhuc. Quid ergo nos? Ad patriam qua ituri ſumus? Per
ipſum mare: ſed in ligno. Noli timere periculum: lignum te
portat quod continet ſeculum. Ergo attendite: Hoc mare
magnum et ſpacioſum: ibi repentia quorum non eſt nume
rus: animalia puſilla ⁊ magna. Noli timere: noli terreri: de
Al † ꝑtrāſi ſidera patriam: intellige peregrinationē. ⌊ Illic naues † cō
bunt. meabunt. ⌋ Ecce in eo quod terrebant commeabunt: Na
ues natant ⁊ nō merguntur. Naues eccleſias intelligimus:
cōmeant inter tēpeſtates: inter ꝓcellas tentationū: īter flu
ctus ſeculi: inter animalia puſilla ⁊ magna. Gubernator eſt
chriſtus in ligno crucis ſue. Illic naues cōmeabunt. Non ti
meant naues: nō valde attendant vbi natent: ſed a quo gu
bernentur. Illic naues cōmeabunt. Quē cōmeatū reperiūt
triſtem q̄ñ gubernatorem ſentiūt xp̄m? Cōmeabunt ſecure:
cōmeabunt pſeueranter: Venient ad finē debitū: ꝑducētur
E ad terram quietis. Eſt in iſto mari aliquid etiā qḋ ſuperat
Al † iſte oīa aīalia puſilla ⁊ magna. Quid eſt hoc? Pſalmū ipm au
† formaſti diamus. ⌊ Draco † hic quē † finxiſti ad illudēdū ei. ⌋ Ibi re
pentia quoꝝ non eſt numerus: ibi aīalia puſilla ⁊ magna: il
lic naues cōmeabunt ⁊ nō timebunt: nō ſolū repentia quoꝝ
nō eſt numerus: ⁊ aīalia puſilla ⁊ magna: ſed nec draconem
q̄ ibi eſt: Quē finxiſti inquit deus ad illudendum ei. Magnū
ſecretū: ⁊ tū qḋ noſtis dicturus ſum. Noſtis inimicum ecclīe
quēdam draconem: nō vidiſtis oculis carnis: ſed videtis ocu
Pſ.90. lis fidei. Ipſe eſt qui ⁊ leo dicit: De illo ſcriptura dicit: Cō
culcabis leonē ⁊ draconē. Subditus eſt ille capiti tuo: ſub
detur et corpori eius: Hereant tantū membra capiti ſuo vt
mēbra eius ſint. Dictū eſt de ꝓma femina: quam ſeduxit hic
draco: eua: ſcꝫ illa cui ꝯſilium mortis dedit: ⁊ pſuaſione aſtu
ta: in cor femineū more ſerpentis irrepſit. Factum eſt quod
nouimus: qḋ ibi ⁊ nos fecimus qḋ dolemus. In illis enim
duobus hominib⁹ totum genus humanū: inde ꝓpago mor
Job.15. tis: inde ⁊ in paruulis debita delicta. Quis eni eſt mūdus:
et.25. ait ſcriptura: in cōſpectu tuo? Nec infans cuius eſt vni⁹ diei
vita ſuper terram. Tradux peccati: tradux mortis de ꝓmo
Gen.3. peccato: Noſtis eni ⁊ quid dictum eſt mulieri: vł potius ſer
penti: cū audiret deus peccatū primi hois: Ipſa tuū obſer
uabit caput: vt tu eius obſeruabis calcaneū. In magno my
ſterio dictū: in figura dictū eccleſie future: facte de latere vi
Gen.2. ri ſui: ⁊ hoc dormientis. Erat aūt adā quedā forma futuri.
Roma.5. Hoc Apoſtolus dicit: Qui eſt forma futuri. Prefiguratum
Joan.19. eſt quod futurum erat: Facta eſt eccleſia de latere domini
dormientis in cruce. Nam de latere crucifixi pcuſſo: ſacra
menta ecclīe pfluxerunt. Quid ergo dictū eſt eccleſie? Jam
Gen.3 modo audite: itelligite: cauete: Ipſa tuū obſeruabit caput:
⁊ tu eius calcaneū. O ecclīa caput ſerpētis obſerua. Quid
eſt caput ſerpentis? Prima peccati ſuggeſtio. Venit tibi in
mentē neſcio q̄d illicitum: noli ibi tenere mentē tuā: noli cō
ſentire. Hoc quod venit in mentem caput ſerpentis eſt. Ca
put calca: ⁊ euades ceteros motus. Quid eſt: caput calca?
Ipſam ſuggeſtionem contēne. Sed lucrum ſuggeſſit: Ma
gnum ibi lucrum eſt: magnum ibi aurum eſt. Si hanc frau
dem feceris: diues eris. Caput ſerpentis eſt: calca. Quid
eſt calca? Contemne quod ſuggeſſit. Sed magnum au
Mat.16 rum ſuggeſſit: Et quid prodeſt homini ſi vniuerſum mun
dum lucret?

dum lucretur:anime aũt ſue detrimentũ patiatur? Pereat
mũdi lucrum: ne fiat ale damnũ. Hec dicens obſeruaſti ca-
put ſerpentis ⁊ calcaſti. Ille aũt diabolus calcaneũ tuũ ob-
ſeruat. Quid eſt obſeruat calcaneũ tuũ? Quando labaris a
via dei: Tu obſeruas pmã ſuggeſtionẽ:ille obſeruat lapſuz
tuũ. Si enĩ lapſus fueris:cades. Si cecideris: poſſidebit.
Ut aũt nõ cadas:noli exire de via. Anguſtã tibi ſemitã ſtra-
uit deus:quicquid extra illã eſt lubricum eſt. Propterea lu-
Joan.1. men eſt xp̃s:⁊ via eſt xp̃s. Erat lumen verum qđ illuminat
Joan.14. oẽm hoiem venientem in hunc mundum. Et:Ego ſum via:
veritas ⁊ vita: Per me is:ſi ad me is. Si ergo ipſe eſt lumẽ:
⁊ ipſe eſt via:ſi ab illo receſſeris:nec in lumie eris:nec ĩ via.
Et quid te ſeq̃tur? Quod dicit de impijs quidam pſalmus:
Pſ.34. Fiant vie illoꝝ tenebre ⁊ lubricum. Hic ergo draco antiqu'
F hoſtis noſter ira feruidus:inſidijs aſtutus: in mari magno
Concor.2. eſt. Draco hic quẽ finxiſti ad illudendum ei: Jam tu illude
ſen. diſt.3. draconi. Ad hoc enĩ hic factus eſt draco. Ipſe cadens pecca-
prtauerũt to ſuo de ſublimi habitatione celoꝝ: ⁊ ex angelo factus eſt
diabolus:accepit quẽdam locum ſuũ in hoc mari magno et
ſpatioſo. Regnum eius quod putas:carcer eius eſt. Multi
enĩ dicunt:Quare tantam poteſtatem diabolus accepit:vt
dominetur in hoc ſeculo:⁊ tm̃ valeat:⁊ tantũ poſſit? Quan-
tum valet? Et quãtum poteſt? Niſi pmiſſus nihil valet. Tu
ſic age ne permittatur in te:aut ſi permiſſus fuerit ad ten-
tandum:victus abſcedat ⁊ nõ poſſideat. Permiſſus eſt enĩ
ad tentandos quoſdam ſanctos viros famulos dei:ſupera-
uerunt eum:quia de via nõ receſſerunt: Non lapſi ſunt quo-
rum obſeruabat calcaneũ. Job ille ſanctus ſedebat in ſter-
Gen.3 core:⁊ currebat in via. Uidete quõ obſeruauerit caput eius:
⁊ quẽadmodum ille calcaneũ eius attendebat. Ille repel-
lebat ſuggerentem: ille ſperabat labantem. Cepit ⁊ eius
mulierculam:ſubtraxit omnia que habebat: ſolã diabolus
dimiſit adiutricem ſuam: nõ mariti cõſolatricem: ſꝫ potius
Job.2. tentatricem: Cepit etiam ipſam nõ obſeruãtem caput eius.
Adhuc enĩ illa eua erat:ſed iam ille adam nõ erat. Ablatis
omnibus:remanſit iob cum vxore per quã tentaretur: ⁊ cũ
deo a quo regeretur. Quid illo pauperius ſubito factum:ſi
domũ eius conſideres? Quid illo ditius:ſi cor eius cogites?
Uide paupertatem dom':ablata ſunt omnia: Uide diuitias
Job.1. cordis: Domin' dedit:dñs abſtulit: ſicut dño placuit:ita fa-
ctum eſt:ſit nomen domini benedictum. Domin' dedit:do-
minus abſtulit. Nouerat rectorem ſuum ⁊ tentatorem ſuũ:
permiſſorem tentatoris ſui nouerat. Nihil ſibi inquit diabo-
lus tribuat: Uoluntatem habet nocendi:poteſtatem autem
niſi acciperet non haberet. Quãtum accepit ille poteſtatis:
tantũ ego patior. Non ergo ab illo patior:ſed ab eo qui po-
teſtatem dedit. Contẽnatur ſuperbia tentatoris mei: ſuſti-
neantur flagella patris mei. Repulſus eſt tentator:obſer-
uatum eſt caput eius: penetrare non potuit in cor. Mura-
tam ciuitatem forinſecus oppugnauit: ſed nõ expugnauit.
B Acceſſit alia tentatio:permiſſus eſt ad corpus eius: percuſſit
Job.2. graui vulnere a capite vſq; ad pedes: contabeſcebat putre-
dine:ſcatebat vermibus: amiſſa domo: ſedebat in ſtercore.
Ibi eua captiuata a diabolo ad adiutorium marito ſuppo-
ſita:ad lapſum ſuggerit vt blaſphemetur deus. Primo ſug-
Gen.3. geſſit in paradiſo: vt contẽneretur deus: modo vt blaſphe-
metur deus. Ualuit tunc in integrum:nunc victus eſt a pu-
tredine. In paradiſo deiecit:in ſtercore ſuperatus eſt. Atten-
debat autem ille draco vtrum iob lingua laberetur. Omnis
enim homo in actu ſuo pedes habet:in eo quod agit:ĩ quo
mouet:ibi tanq̃ ambulat. Dicebat ille multa. Quanta enĩ
dixit iob:qui legerunt:nouerunt. In tam multis illis ver-
Ibidem bis obſeruabat ſerpens calcaneum labentis: Ille autem q̃
caput obſeruabat ſerpẽtis:repulit omnem ſuggeſtionem.
reſpondit ⁊ mulieri ſicut dignum erat reſponderi mulieri:
Locuta es inquit tanq̃ vna de inſipientibus mulierib'. Si
Job.2. bona pcepimus de manu dñi:mala quare nõ ſuſtineamus?
Et inter illa oĩa que dixit:nuſq̃ lapſus eſt. Qđ multi in il-
Ibidem lis verbis nõ intelligũt: ⁊ quedã ibi ſic accipiũt quaſi aliq̃d
D durũ dixerit iob in deũ. Nã inter multa etiã hͦ dixit:velut ſto-
machãs aduerſus deũ:ſic videbat nõ intelligẽtib'. Ille aũt
geſtabat pſonã magnã magne pphetie:Utinã inq̃t loquẽs
Job.6. ad deũ:vtinã eẽt nobis arbiter. Quid eſt vtinã eẽt nob arbi-
ter? Quaſi qui inter nos iudicaret:⁊ quo iudicante cauſam Gen.3
vinceret. Sic accipit ad primũ ſonũ: ſed diſcute te ne laba-
ris. Attendit enĩ ſerpens ille ſemp calcaneũ tuũ. Quid vi-
ſus eſt dixiſſe iob? Utinã eſſet nobis arbiter:vtinã eſſet me-
dius aliquis q̃ iudicaret inter me ⁊ te. Hoc deo hoc homo:
hoc in ſtercore hõ. hoc vel in celo angelus deo:vtinam eſſet Mat.13.
nobis arbiter? Sed quid pūdebat? Quid optabat? Multi
inquit dñs iuſti ⁊ pphete voluerunt videreque videtis: et
non viderunt. Arbitrũ deſiderabat. Quid eſt arbiter? Me-
dius ad componendã cauſam. Nõne inimici eramus dei: ⁊
malam cauſam habebamus aduerſus deum? Quis finiret
cauſam iſtam malam:niſi ille medius arbiter? Qui niſi ve-
niret:miſericordie perierat iter: de quo Apſ'us dicit: Unus 1.Timo.2.
enĩ deus: vnus ⁊ mediator dei ⁊ hoim hõ chriſt' ieſus. Si
non homo:non mediator:quia equalis patri deus. Dicit in Gala.3.
alio loco: Mediator autem vnius nõ eſt:deus aũt vnus eſt.
Inter duos mediator. Ergo chriſtus mediator inter homi-
nem ⁊ deum:nõ quia deus: ſed quia homo:non quia deus
equalis patri:ſed ſi equalis patri nõ mediator. Ut autẽ ſit
mediator:deſcendat a ſuperiore ad inferiorem ab equalita-
te patris: faciat qđ ait Apoſtolus: Semetipm exinaniuit Phil.2.
formam ſerui accipiẽs:in ſimilitudine hominũ factus: ⁊ ha-
bitu inuentus vt homo. Fundat ſanguinem ſuum: deleat
chirographum noſtrum:componat pacem inter nos ⁊ deũ:
noſtram voluntatem corrigens ad iuſtitiam illius ſenten-
tiam flectens ad miſericordiam. Sicut ergo vnum hoc ex-
poſuimus quãtum dominus dedit:quod durum videtur di-
ctum a iob:ſic ⁊ cetera que ibi vidẽtur quaſi aſpera ⁊ blaſ-
phema:habẽt intellectus ſuos: Quod putarem' aliter eſſe:
niſi deus perhiberet teſtimoniũ. Et anteq̃ loqueretur iob:
⁊ poſteaq̃ totum locutus eſt:perhibuit deus pmo teſtimo- Job.1.
niũ dicens: Homo ſine querela: verax dei cultor. Dixit hoc
deus:dixit hoc ante tentationem illius. Ne quis autem in il-
lis verbis forte male intelligens ſcandalizaretur: et puta-
ret iuſtum quidem virum fuiſſe iob ante tentationẽ: in ten-
tatione autem graui defeciſſe:et lapſuz eſſe in ſacrilegam
blaſphemiam:finitis omnibus ſermonibus:⁊ ipſius iob:et
amicorum eius a quibus ei conſolatio reddebatur:dicit do-
minus teſtimonium:illos non verum locutos:ſicut ſeruum Job.42.
eius iob. Non enim locuti eſtis inquit coram me verum et Ibidem
rectum quicq̃:ſicut ſeruus meus iob. Deinde iubet: vt ille I
pro eis offerat hoſtias: quibus eorum peccata ſoluantur. Gen.3.
Eia fratres mei: Qui vult obſeruare caput ſerpentis.⁊ ſe-
cure tranſire hoc mare:quia neceſſe eſt habitet hic ſerpens
iſte: et vt dicere ceperam: lapſus diabolus de celo hunc lo-
cum accepit:obſeruet caput eius a timore ſeculi: ⁊ a cupidi-
tate ſeculi. Hinc enim ſuggerit aliquid:aut vnde times:aut
vnde cupis:aut amorem tuum tentat:aut timorem. Tu ſi ti-
mueris gehennas:ſi amaueris regnum dei:obſeruabis ca-
put eius. Euitato capite:ſecurus eris:nec ille lapſum tuum
tenebit:nec de tua ruina gaudebit. Nemo autem dicat ve-
dux: Magnam habet poteſtatem. Uident enĩ homines q̃ſi
quãtum acceperit poteſtatis:q̃d perdiderit maieſtatis nõ
vident. Ipſe autẽ ſctũs iob in verbis ſuis myſticis et alte
ſecretis: dicens de iſta poteſtate quã dicitur diabolus ha-
bere:⁊ deſcribens illum: multis modis in figuris ſimilitu-
dinum exponẽs quid ille ſit:vel quid valeat:hoc quoq; ait:
Non eſt quicq̃ ſimile ei factum ſuper terram:ad illudendũ Job.40.
ei ab angelis meis. Deus ibi loquitur in libro iob: Non eſt
quicq̃ ſimile ei ſuper terram factum: ad illudendum ei ab Job.41.
angelis meis. Omne altum videt:⁊ ipſe eſt rex omniũ que
in aquis ſunt. Cui teſtimonio cõgruit hoc in pſalmo. Cum
enim diceret de mari magno ⁊ ſpacioſo:vbi animalia puſil-
la ⁊ magna:vbi reptilia quoꝝ non eſt numerus:vbi naues
nauigant ligno tute:ait: Draco hic quẽ finxiſti ad illudẽdũ
ei. Sꝫ ſi ad illudendũ: Quõ deus illi illudit? An tradidit eũ Concor.2.
ad illudendũ:hoc eſt vt illudatur? Putaremus q̃ deus illi ſen.diſt.3.
illuderet:niſi ſcriptura iob ſoluiſſet queſtionẽ. Ibi enim di- ideoq;
ctum eſt: Ad illudendũ ei ab angelis meis. Uis illudere dra- R
coni? Eſto angelus dei. Sed nõdum es angelus dei: Donec
ſis:ſi eum curſum teneowt ſis:ſunt angeli qui illudant dra-
coni ne tibi noceat. Prepoſiti enim ſunt angeli celorum ſup
poteſtates aereas: et inde procedit verbum quod ſit hic.

Intuetur eñi legem ſtram: legẽ eternam: iubentẽ ſine ſcri
ptura: ſine ſyllabis: ſine ſtrepitu: ſtram ſemp̄ ⁊ ſtantẽ: intuē
tur angeli corde mūdo: ⁊ ex illa faciūt quicq̄d hic fit: Et po
teſtates ex illa ordināt̄ur a ſummis vſq; i ima. Et ſi poteſta
tes ſummoꝝ celoꝝ regūtur verbo dei: quāto magis inferio
res atq; terrene? Remanet ergo in malis ſola nocendi cupi
ditas. Hāc habet hō in poteſtate cupiditatem nocendi: vo
luntatē ad pniciem. Si aūt cuiq̄ nocere potuerit: nō glorie
tur: nō ipſe nocuit: Data eſt eñi ei ptās. Semel dictum eſt:
Roma.13. ſententia firma eſt: Non eſt ptās: niſi a deo. Quid ergo ti
mes? In aquis ſit draco: in mari ſit draco: illuc trāſitur⁹ eo:
Sic eſt fictus vt illudatur hic: Ad hūc locū ordinatus eſt: in
his ſedibus deputatus eſt. Si magnū aliq̄d illi putas eſſe
has ſedes: q: nō noſti ſedes angeloꝝ vn̄ lapſus eſt: miraris
ſedes mortuoꝝ vbi deiectus eſt. Que tibi videt̄ eius glori
tio: dānatio eſt. Similitudinem accipite breuiter: q: reuera
X magnū aliquid eſt hoc noſſe ⁊ intelligere. Domū magnam
aliquā putate totā iſtā adminiſtrationē creature. Dom⁹ iſta
magna: habet dñm: habet ſeruos: ⁊ in ipſis ſeruis habet cir
ca ſe primos ſibi in apparatibus melioribus veſtium: the
ſauroꝝ: horreoꝝ: magnarū poſſeſſionū: Habet etiam ſeruos
in infimis miniſteriis ita ſubditis ſibi poteſtatib⁹: vt quoſ
dā habeat ⁊ ad mūdandas cloacas. A ſummis atq; pcura
torib⁹ vſq; ad extrema iſta ⁊ infima miniſteria: q̄multi ſunt
gradus. Si ergo aliquis magnus pcurator offendat: et in
pena dñi ſui (verbi gratia) fiat oſtiarius i extremo loco ali
quo: ſi exercens ſibi datam poteſtatem: vt volentes intra
re vel exire perturbet ſm modū poteſtatis quem accepit a
dño: illi aūt neſciant eum fuiſſe aliquādo magnū pcurato
rem: magnā ptātem illius eſſe arbitrantur: quia quid pdi
derit neſciunt. Et tū fratres mei oſtiarius ille de quo dixi:
ad ſimilitudinē domus magne huius terrene pōt aliquid
facere neſciente dño ſuo: ⁊ turbare aliquē illo non iubente:
Iſte aūt nec ad illam ianuam poſitus eſt: qua intramus ad
deum. Chriſtus eſt eñi illa ianua: ⁊ p xp̄m intramus ad vi
Joan.10. tam eternā. Sed eſt quedā ianua qua intratur in hoc ſecu
lum: ianua quedā mortalitatis circa iſta infirme carnis hu
ius detrimenta ⁊ ſupplementa. Ad iſtam ianuā quaſi quī
dam oſtiarius eſt. Hic habet ptātē in iſto mari qua naues
cōmeant: ſed non tantā vt faciat aliquid neſciente aut no
lente dño ſuo: Ne forte aliquis dicat: pdidit quidē ille ma
gnā ptātem ſuperioꝝ apparatuū: ſꝫ ego in his infimis ſum:
hic me pōt habere in ptāte: opus eſt vt ſeruiā illi. Noli fal
li: nouit te dñs deus tuus: Et ſic te nouit: vt capillos tuos
venūdatus eſt ioſeph: ⁊ humiliatus ⁊ exaltatus locum fecit
ad temporalia bona populo dei vt firmaretur ſup inimicos
eius: quāto magis ieſus venūdatus et humiliatus a fratri- Mat. 26.
bus ſuis ſm carnē: ⁊ exaltatus in celis: locum facit ad eter-

na bona populo dei triūphanti de diabolo ⁊ angelis eius?
Audi ergo ſemen abrae:nō de carne gloriās:ſed imitans fi
dem. Audite ſerui dei ⁊ electi dei pmiſſionem habentes vi
te pſentis ⁊ future. Si tentationes dure ſunt in hoc ſeculo:
Joſeph in carcere: Jeſum in cruce cogitate. Si rerū tēpo
raliū pſperitas adiacet:nō propter ipſam deo:ſed ipā vti
mini pp̄ter deum. Nec eum exiſtimetis pp̄ter vite huius
neceſſaria coli a cultoribus ſuis:que donat ⁊ blaſphematoꝛi
Matth. 6 ribus ſuis:ſed querite primū regnū dei ⁊ iuſtitiam eius: et
hec omnia apponentur vobis.

¶ Explicit tractatus de pſ̄.ciiij.
¶ Incipit Tractatus de pſ̄.cv.

¶ Prefatio.

A PSalmus centeſimuſquintus etiam ipſe prenotatur
Alleluia: Et hoc dupliciter. Sed quidam dicant
vnū alleluia ptinere ad finem pſalmi ſuperioris: alterū ad
huius pncipium. Et hoc aſſerunt ꝙ omnes alleluiatici pſal
mi habeant in finē alleluia:nō omnes in capite. Unde quis
cūqꝫ pſalmus nō habet in finem alleluia:nec in capite volūt
eum habere:ꝙ autem in eius capite videtur eſſe: ad finem
ſuperioris ptinere. Sed nos quouſqꝫ nobis aliquibus cer
tis documentis id verū eſſe pſuadeant:multoꝝ conſuetudi
nem ſequimur: Qui vbicūqꝫ legunt alleluia: eidem pſalmo
attribuūt:in cuius hoc capite inueniūt. Pauciſſimi eñ codi
ces ſunt: Qd̄ quidē in nullo grecoꝝ repperi quos inſpicere
potui qui habeant alleluia in fine: pter centeſimi ⁊ qnqua
geſimi pſalmi contextionē:poſt quem iam nullus eſt qui ad
eūdem canonem ptinet. Sed neqꝫ hoc poſſet pſcribere cō
ſuetudini:etiā ſi oēs codices id haberent: Fieri eñ potuit:
vt aliqua ratione laudationis dei totus pſalmoꝝ liber: qui
libris quinqꝫ cōſtare perhibetur (Nam vbi ſcriptū eſt: Fiat
fiat: ibi fines libroꝝ eſſe dicunt) poſt oīa que cantata ſunt:
vltimo all'a clauderetur:nec pp̄ter finem centeſimi ⁊ quin
quageſimi pſalmi neceſſe eſſe video vt oēs alleluiatici pſal
Joan. i. mi in fine habeant all'a. Cum eñ in capite pſalmi geminat
alleluia:cur dn̄s aliquādo ſemel: aliquādo bis dicat amen:
⁊ quō eo modo non poſſit aliquādo ſemel:aliquādo bis all'a
dici:neſcio: pſertim quia poſt numeri notam qua pſalmus
inſcribitur quotus ſit: velut iſte centeſimuſquintus vtrūqꝫ
all'a poſitum eſt. Debuit aūt vnū poni ante ipm̄ numerum:
ſi ad finem ptinet ſuperioris:⁊ poſt numerum pſalmi ſcribi
alterum all'a:quod ad pſalmū ipſius numeri pertinet. Sed
fortaſſe ⁊ in hoc loco imperita pualuit conſuetudo: ⁊ aliqd
afferri poteſt qd̄ adhuc ignoramus: vnde nos magis doce
re debeat iudicium veritatis:ꝙ̄ piudiciū ꝯſuetudinis. Nūc
tamen anteꝙ̄ hoc perdiſcamus: vbicūqꝫ poſt numerū pſal
mi:ſiue ſemel:ſiue bis cōſcriptum inuenimus alleluia: ſm
celeberrimā eccleſie conſuetudinem ei pſalmo tribuimus:q
eodem numero prenotatur: cōfitentes nos arcana omniū
titulorum qui ſunt in pſalmis: ⁊ ordines eorūdem pſalmo
rum:⁊ magna eſſe credere:⁊ nōdum ſicut volum' penetra
re potuiſſe. Uideo autem iſtos duos centeſimūquartū ⁊ cen
teſimūquintū ita inter ſe cōiūctos:vt in vno eoꝝ qui pcedit
cōmendetur pplſ dei in electis eius:de quibus nulla que
i. Coꝛ. 10. rela fit:quos ego arbitror ibi fuiſſe: in quibus beneplacitū
eſt deo:in iſto autem qui ſequitur eos cōmemoratos qui in
eodem pplo amaricauerunt: nec tñ etiā ipſis dei miſericoꝛ
diam defuiſſe. Dicūtur autē iſta ex eoꝝ pſona qui veniā cō
uerſi precantur: ⁊ exempla cōmemorantur illorum in quos
etiam peccatores diues apparuit miſericordia dei. Incipit
ergo etiam iſte pſalmus ſicut ille.

¶ Expoſitio pſalmi.

B CONfitemini dn̄o. Sed ibi ſequitur: Et inuocate no
Judith. 13 men eius:hic aūt Quoniā bonus:qm̄ in ſeculū miſe
ricordia eius. Quapropter pōt hic quidē intelligi etiam
confeſſio peccatoꝝ. Nam ⁊ poſt paucos verſus ſequit: Pec
cauimus cum patribus noſtris: iniuſte egimus: iniquitatē
fecimus. Sed in eo qd̄ dicit: Qm̄ bonus: qm̄ in ſeculum mi
ſericordia eius:laus vtiqꝫ dei eſt:atqꝫ in eius laude ꝯfeſſio:
qꝙ̄ etiam cū ſua quiſqꝫ confitetur pctā:cum dei laude con
fiteri debet: Nec aliter pia eſt confeſſio peccatorū: niſi non
deſperans:⁊ poſcens miſericordiā dei. Habet ergo eius lau
dem:ſiue etiā in verbis cum eū bonū ⁊ miſericordē dicit:ſi
ue in ſolo affectu cum hoc credit. Nā ⁊ ille publicanus cui'
ſola illa verba cōmemorata ſunt: Dn̄e ppitius eſto mihi pec Luce. 18.
catori:et ſi nō dixit: Qm̄ bonus ⁊ miſericors es: vel aliquid
hmōi. non tñ illud diceret:niſi hoc crederet: qm̄ cū ſpe ora
uit:q ſine vlla fide eſſe nō poſſet. Poteſt ergo eſſe laus dei
vera ⁊ pia:vbi nō ſit cōfeſſio peccatoꝝ: Que laus multo cre
brius in ſcripturis cōfeſſio vocatur. Nulla eſt aūt peccatoꝝ
cōfeſſio pia ⁊ vtilis:vbi non laudatur deus: ſiue corde:ſiue
etiam ore atqꝫ ſermone. Qd̄ aūt habent aliqui codices: qm̄
bonus:alij habent:qm̄ ſuauis: Ita vnū verbum grecum qd̄
dicitur χρηστος diuerſa interpretatio ſecuta eſt. Item qd̄
dictum eſt: Qm̄ in ſeculum miſericordia eius:grecus habet
εις αιωνα: qd̄ poteſt etiā in eternū interptari. Proinde ſi il
la miſericordia hic intelligit: qua nemo ſine deo beatus eē
pōt: meli' accipimus in eternū. Si aūt illa eſt miſericordia
que miſeris exhibetur: vt vel cōſolentur in miſeria: vel ab
illa etiā liberentur:melius in ſeculū:hoc eſt vſqꝫ in finē ſecu
li:in quo nō deerūt miſeri:qbus miſericordia pbeatur: Niſi
forte quis audeat dicere etiā in his qui dānabūt cū diabo
lo ⁊ angelis eius:aliquā miſericordiā dei minime defuturā: Concoꝛ. 4
nō quia ex illa dānatione liberentur:ſed vt eis aliquatenus ſen. di. 46.
mitigetur: atqꝫ ita eternā poſſe intelligi dei miſericordiam Sed qrit.
ſup illoꝝ eternā miſeriā. Sed tolerabiliorē quoſdā excepturi
ros dānationē in quorūdam cōparatione legim': Aliciꝰ vo
mitigari eā cui eſt traditurus penā: vel qbuſdā interuallis
hre aliquā pauſam:quis audacter dixerit:qm̄ quidem vnam Luce. 16
ſtillam diues ille nō meruit. Sed de hac tanta re diligenti'
et ocio differendū eſt:nūc qd̄ ad iſtū pſalmū attinet: hacte
nus de illa dictū eſſe ſuffecerit. Quis loquet potētias do C
mini? Impletus ꝯſideratione diuinoꝝ operū: qui miſeri
cordiā eius expoſcit: Quis inqt loquet potentias dn̄i? Au
ditas faciet oēs laudes eius? Subaudiendū eſt qd̄ ſupra
dictū eſt:vt etiam iſta ſententia ita ſit plena: Quis auditas
faciet oēs laudes eius? Id eſt quiſnā ſufficiat auditas face
re oēs laudes eius? Auditas faciet:dixit:id eſt faciat vt au
diantur:oſtendens ita loquēdas potētias dn̄i ⁊ laudes ei':
vt pdicent audientibus. Sed quis pōt oēs? An forte qꝫ ſeq
tur. Beati qui cuſtodiūt iudiciū: ⁊ faciūt iuſtitiā in oī tem
pore: Eas dixit laudes eius: que intelligūtur opa eius in
pceptis eius? Deus eſt eñ (ait apl's) qui operat in vobis. Phil. 2.
Et dictū eſt ſemini abrae: Cantate ei ⁊ pſallite ei: Qd̄ intel Pſ̄. 104.
leximus ita dictū:ac ſi diceretur: bona in eius laudē ⁊ dici
te ⁊ facite: Quib' duob' verbis: id eſt cantandi ⁊ pſallendi
cōuenire duos ſequētes verſus:vt qd̄ dictū eſt: Narrate oīa Ibidem. 3
mirabilia eius:h ſit:cantate ei:qd̄ vo dictū eſt: Laudamini
in noīe ſancto eius: hoc ſit:pſallite illi. Huic quippe ſemini
etiā ipſe dn̄s dixit: Luceant opa vr̄a bona coram hoībus:vt Matth. 5.
videant bona facta vr̄a:⁊ glorificent patrē veſtrū q in celis
eſt. Hic g̃ ipſa dei pcepta ꝯſiderans: quoꝝ pceptorū opera
laudes ſunt eius q operat in ſuis:ait: Quis loquet poten
tias dn̄i:qm̄ hec ineffabiliter opa ei'? Quis auditas faciet
oēs laudes eius? Id eſt qs cum audierit faciet oēs laudes
eius:q ſunt opa pceptoꝝ eius? Quia inquantū fiunt:⁊ ſi nō
oīa que audita ſunt fiūt: ille laudādus eſt q operat i nobis
⁊ velle ⁊ opari p bona volūtate. Ideo cū poſſet dicere:oīa Phil. 2
mandata eius: vel oīa opa mandatoꝝ eius: maluit dicere:
laudes eius:qꝛ vt dictū eſt inquātum fiunt ipſe laudandus
eſt. Quas tñ laudes:quiſnā ſufficit auditas facere? Id eſt
cū audite fuerint:facere oēs quis eſt idoneus? Beati q cu D
ſtodiūt iudiciū:⁊ faciunt iuſtitiā in oī tempore: Utiqꝫ ex quo
incipiūt ⁊ viuūt in tempore. Qui eñ pſeuerauerit vſqꝫ in fi Mat. 10
nem:hic ſaluus erit. Pōt aūt videri eiuſdē ſententie repe
titio. vt hoc ſit facere iuſtitiā qd̄ eſt cuſtodire iudicium:vt
etiā in ſuperiori verſu ſubaudiat in oī tēpore:ſicut in poſte
riori ſubaudit beati: Et redditis q ſubaudiūtur: ita dicat:
Beati qui cuſtodiūt iudicium in oī tēpore: beati qui faciūt
iuſtitiā in omni tēpore. Sed niſi aliquid intereſſet inter iu
dicium ⁊ iuſtitiā:nō in alio pſalmo diceretur: Quouſqꝫ iuſti
tia cōuertatur in iudiciū. Amat quidem ſcriptura iſta duo Pſ̄. 93
ſimul ponere:ſicuti eſt: Iuſtitia ⁊ iudiciū directio ſedis ei'. Pſ̄. 96
Et illud: Et educet ſicut lumen iuſtitiam tuā:⁊ iudiciū tuū Pſ̄. 36
ſicut

ſicut meridiem: cū ⁊ illic eiuſdem ſententie repetitio videa-
tur. Et fortaſſe ꝓpter vicinitatem ſignificationis etiam alte-
rum ꝓ altero poni poteſt: vel iudiciū pro iuſtitia: vel iuſtitia
ꝓ iudicio: Tamen ſi ꝓprie dicantur: aliquid intereſſe nō du-
bito: vt iudiciū cuſtodire dicatur ꝙ recte iudicat: iuſtitiā vo
facere qui recte agit. Nec abſurde exiſtimo itelligi ſcḋm illud
pſ. 93. qḋ dictum eſt: Quouſqꝫ iuſtitia cōuertatur in iudiciū: etiā
hic eos dictos beatos qui iudiciū cuſtodiūt in fide: iuſtitiā
faciūt in opere. Ueniet enī tempus vt iudiciū qḋ modo cu-
ſtodit in fide: etiam exerceatur in opere: cū iuſtitia cōuerſa
fuerit in iudiciū: id eſt cū acceperint iuſti poteſtatē iudican
di eos recte: a quibus modo nō recte iudicātur. Unde alibi
ſcḋm corpus chriſti intelligitur dicere: Cum accepero tēpus:
pſ. 74 ego iuſtitias iudicabo. Qḋ vel dū e verbo magis diceretur:
equitates iudicabo. Non autē dixit: Cum accepero tēpus
iuſtitiā faciam: q: in oī tēpore facienda eſt: ſicut etiā hic di-
xit: Qui faciūt iuſtitiā in oī tēpore. Deinde q: deus iuſtifi-
cat: id eſt iuſtos facit: ſanādo eos ab iniq̄tatibus ſuis: Seq̄-
tur oratio: Memēto noſtri dn̄e in bn̄placito populi tui.
E Id eſt vt in eis ſimus in q̄bus beneplacitum eſt tibi: quia
nō in oībus illis beneplacitū eſt deo. Uiſita nos in ſaluta-
ri tuo. Ipſe eſt enim ſaluator in quo peccata dimittūtur
⁊ anime ſanantur: vt poſſint cuſtodire iudiciū: ⁊ facere iuſti
tiā. Quos cū beatos eſſe itelligerēt ꝙ hec loquūtur: hoc ſi-
bi conſequenter orādo petūt. De iſto ſalutari alibi dicit: Ut
pſ. 66 cognoſcamus in terra viā tuā: Et q̄ſi quereremus in q̄ ter-
ra: ſecutum eſt in omnibus gentibus. Rurſum quaſi q̄rere-
mus: quā viā: ſecutū eſt: ſalutare tuū. De illo quippe dixit
ſymeon ſenex: Qm̄ viderūt oculi mei ſalutare tuū: Qui etiā
Luce. 2. de ſeipſo dixit: Ego ſum via veritas et vita. Uiſita ḡnos in
Joan. 14. ſalutari tuo: hoc eſt in chriſto tuo. Ad videndum in boni-
F tate electorum tuorum: ad letandū in leticia gentis tue:
Id eſt ad hoc nos viſita in ſalutari tuo: vt videamus in bo-
nitate electoꝝ tuoꝝ: et letemur in leticia gentis tue. Quod
autem hic poſitū eſt: in bonitate: aliꝫ codices habent in ſua-
uitate: Sicut illud: q̄ꝫ bonus: aliꝫ dixit: q̄ꝫ ſuauis. Idipſm
pſ. 84. aūt verbum in greco eſt: qḋ ⁊ alibi legitur: Dn̄s dabit ſuaui
tatem: quā ⁊ aliqui interpretati ſunt bonitatem aliq̄ beni-
gnitatem. Sed quid eſt: Uiſita nos: vt videamus in boni-
tate electoꝝ tuorum: id eſt in ea bonitate quam preſtas ele
ctis tuis: niſi vt nō remaneamus ceci: ſicut illi q̄bus dictuꝫ
Joan. 9. eſt: Nunc aūt dicitis quia videmus: peccatū veſtrū manet.
pſ. 145. Dn̄s enī illuminat cecos: nō meritis eorum: ſed in bonitate
electoꝝ ſuoꝝ: id eſt quā exhibet vel donat electis ſuis: Si-
pſ. 41. cut ſalus vultus mei nō a meipſo: ſed deus meus: Et panē
Mat. 6. noſtrum dicimus quotidianum: ſed tn̄ addimus: da nobis.
Uiſita ergo nos in ſalutari tuo ad videndū: id eſt vt videa-
mus in bonitate electoꝝ tuoꝝ: ad letandum: id eſt vt lete-
mur in leticia gentis tue. Unā gentem dei intelligere debe
mus vniuerſum ſemen abrae: ſed filios ꝓmiſſionis non car
nis. Ui ergo quoꝝ vox eſt: optant eiuſdem gentis hr̄e leti-
ciam. Et que huius gentis leticia: niſi deus eius: cui dicit:
pſ. 31. Exultatio mea redime me: Et cui dicitur: Signatū eſt ſup
pſ. 4. nos lumen vultus tui dn̄e: dediſti leticiam in coꝛ noſtrum.
B Summo ſcꝫ vero incōmutabili ⁊ beatifico bono: quod ipſe
deus eſt. Ut lauderis cū hereditate tua. Miroꝛ iſtū ver
ſiculum ſic interpretatatum: ⁊ in multis ita eſſe codicibus:
cum ſit vna eademqꝫ in tribus his verſibus greca locutio: vt
ſi hoc recte dictū eſt qḋ legitur: Ut lauderis cum heredita
te tua: poſſet recte dici: vt videas in bonitate electoꝝ tuorū
⁊ leteris in leticia gentis tue: ⁊ lauderis cū hereditate tua:
toto ipſo ſenſu ita contexto: Uiſita nos in ſalutari tuo: vt vi
deas in bonitate electoꝝ tuoꝝ: vt leteris ī leticia gētis tue:
⁊ lauderis cum hereditate tua. Scḋm hoc aūt qḋ diximus:
Uiſita nos: vt videamus in bonitate electoꝝ tuorum: ⁊ lete
mur in leticia gentis tue: conſequenter ⁊ hic dici debuit: vt
laudemur cum hereditate tua: Cui hereditati dictum eſt:
pſ. 104. Laudamini in noīe ſancto eius. Porro autē q̄ꝫ hec ambi
gua videtur locutio: ſi verus eſt iſte ſenſus quo maluerunt
interpretes dicere: vt lauderis: etiā duo verſus ſuperiores
ita intelligēdi ſunt: q: vt dixi vna eſt in his tribus verſibus
greca locutio: vt hoc totū ita dictum accipiatur: Uiſita nos
in ſalutari tuo: vt videamus in bonitate electoꝝ tuoꝝ: id eſt
ad hoc nos viſita: vt illic nos eſſe facias: ⁊ illic nos videas:
vt leteris in leticia gentis tue: id eſt vt tu dicaris letari: cū
illi letantur ex te: vt lauderis cū hereditate tua: id eſt cum
ea lauderis: q̄ꝫ non laudatur niſi ꝓpter te. Siue ergo illo
ſiue iſto modo intelligendū ſit qḋ dictum eſt: ad videndum:
ad letandū: ad laudandum: ideo ſe optant viſitari in ſaluta
ri dei: id eſt in xp̄o eius: vt nō alienētur a populo eius: ⁊ ab
eis in q̄bus beneplacitū eſt deo. Quid aūt deinceps cōfiteā D
tur audiamus. Peccauimus cum patribus noſtris: iniuſte
egimus: iniquitatem fecimus. Quid eſt: cum patribus Judith. 7.
noſtris? An ſicut habet epiſtola ad hebreos: quia ⁊ Leui cū
abraam decimat⁹ eſt: quoniā in lumbis eius fuit quādo de- Gen. 14.
cimas dedit ſacerdoti melchiſedech: ſic ⁊ iſti peccauerūt cū Heb. 7.
patribus ſuis: in quoꝝ lumbis erāt quādo illi in egypto fue
runt? Nam qui fuerūt eo tempore cum pſalmus iſte conſcri
ptus eſt: maximeqꝫ poſteri eoꝝ: qui a vel ab eis qui tūc erāt
dici: vel depoſt futuris potuit prophetari: longe aberāt ab
etate illoꝝ qui in egypto peccauerunt: nō intelligentes mi-
rabilia dei. Hoc enim ſequitur exponendo quomō peccaue
runt cum patribus ſuis. Patres noſtri non intellexerūt
inquit in egypto mirabilia tua: Et cetera que de pecca-
tis eoꝝ multa cōmemorat. An ſic potius accipiendū eſt qḋ
ait: Peccauimus cū patribus noſtris: tanq̄ diceret: peccaui
mus ſicut ⁊ patres noſtri: eoꝝ videlicet imitando peccata?
Qḋ ſi ita eſt: aſtruendū eſt aliquo huiuſmodi locutionis ex-
emplo: Qḋ cū in p̄ſentia quererem: nō occurrit: vt cū illo ſe
quiſqꝫ peccaſſe: vel cū illo ſe aliquid feciſſe dicat: quē in ſi-
mili facto etiā poſt multū tp̄is fuerit imitatus. Quid eſt er
go? Patres noſtri nō intellexerūt in egypto mirabilia tua:
niſi nō cognouerūt q̇d per illa mirabilia eis preſtare volue-
ris? Quid vtiqꝫ niſi vitam eternā: ⁊ nō temporale: ſed incō-
mutabile bonū: qḋ per patientiā expectatur? Ideo impatiē
ter murmurauerunt ⁊ amaricauerūt: ⁊ bonis p̄ſentibus fal
lacibus atqꝫ fugacibus beatos eſſe ſe fieri queſierūt. Non
fuerunt memores multitudinis miſericordie tue. Et intel
lectum redarguit ⁊ memoriā. Intellectu quippe opus erat:
vt cogitarent ad quoꝝ bonoꝝ eternitatem eos ꝑ illa tēpo-
ralia vocaret deus. Memoria vo vt ſaltem que tēporaliter
mirabilia facta ſunt nō obliuiſcerentur: fideliterqꝫ preſume
rent ꝙ eadem p̄tāte quā fuerāt iam experti: deus illos ab
inimicoꝝ perſecutiōe liberaret. Obliti ſunt autem quid eis
in egypto ad inimicos eoꝝ conterendos per tāta prodigia I
preſtitiſſet. Et irritauerūt eum aſcendentes in † mare: ma Al' † mari:
re rubrū. Codex quem intuebar: ſic habebat: Et his quideꝫ mari rubro
duobus verbis vltimis qḋ dictum eſt: mare rubrum: ſtella
fuerat p̄notata: qua ſignificant que in hebreo ſunt: ⁊ in inter
pretatione ſeptuaginta nō ſunt. Plures autē codices quos
inſpicere potui ⁊ greci ⁊ latini ſic habēt: Et irritauerūt. vel
quod expreſſius de greco eſt: ⁊ amaricauerunt aſcendentes
in mari rubro. Qui illam legit hiſtoriam quādo exierūt de
egypto: ⁊ per mare rubrum tranſierūt: dolet eoꝝ infidelita
tem: in quāta trepidatione et deſperatione fuerint poſt re-
centia tot ⁊ tanta miracula in egypto: cu⁹ multitudinis mi
ſericordie dei non eos fuiſſe memores dicit. Aſcenderūt aūt
ꝓpterea dictum eſt: quia ita eſt terre poſitio: vt deſcenſio di
catur in egyptum de terra chanaan: ⁊ in eam illinc aſcēſio.
Notandū eſt ſane quēadmodū ſcriptura culpare voluerit:
nō intelligere quod intelligendum eſt: ⁊ non meminiſſe qḋ
memoria retinendū eſt: qḋ homines ſue culpe deputari no
lunt: ad nihil aliud niſi vt minus ſupplicēt: minuſqꝫ ſint hu
miles deo: in cuius cōſpectu confiteātur quod ſunt: atqꝫ im
petrato adiutorio poſſint eſſe qḋ non ſunt. Nam etiā pecca
ta ignorantie vel negligentie melius accuſantur vt pereant:
ꝙ excuſantur vt maneant: meliuſqꝫ purgātur inuocato deo:
ꝙ firmantur irritato deo. Adiungit tamen non ſcḋm eoꝝ infi
delitatem deum feciſſe. Et ſaluauit eos inquit ꝓpter
nomen ſuū: vt notam faceret potentiā ſuā: Non ꝓpter vl- K
la bona merita eoꝝ. Et † increpauit mare rubrum: ⁊ exicca Al' † incre-
tum eſt. Nō legimus vllam qua increparetur mare emiſ- puit.
ſam celitus vocem: ſed potentiā diuinā qua id factū eſt in- Exod. 14.
crepationē appellauit: niſi forte quis dicat latenter increpa
tum: ſic vt aqua poſſet audire: ⁊ homies non poſſent. Uide
occulta ⁊ obſtruſa vis eſt qua deus agit: vt etiam illa ꝙ ſen-

ſis carent:cōfeſtim eius obtemperent voluntati. ⌊Et†edu-
Al.†dedu xit. xit eos in abyſſis ſicut in deſerto.⌋ Abyſſos dixit multitu-
dinem aquarū. Nam quidā volentes iſtū verſiculum totū
interpretari:dixerunt:Et eduxit eos in aquis multis. Quid
eſt ergo in abyſſis ſicut in deſerto:niſi quia aruerat ſiccitate
velut deſertum:vbi fuerāt abyſſi aquarū? ⌊Et ſaluauit eos
de manu odientium.⌋ Hunc verſum ꝑ circuitū quidam in-
terpretati ſunt: verba minus latinavitantes: Et ſaluos fe-
cit eos de manu eoꝝ q̄ oderāt eos: ⌊Et redemit eos de ma-
nu inimici.⌋ Quid ꝓcij datum eſt in hac redemptione: An
ꝓphetia eſt qđ in figura baptiſmi hoc factum eſt:vbi redi-
mimur de manu diaboli magno ꝓcio:quod ſanguis eſt chri-
ſti:Unde non quocūq; mari:ſed mari rubro id cōuenient⁹
figuratum eſt. Sanguis eñ rubrum colorē habet. ⌊Et ope-
ruit aqua tribulantes eos: vnus ex eis nō remanſit.⌋ Non
ex omnibus egyptijs:ſed ex eis qui ꝑſequebantur ꝑfectos:
Al.†nō hʒ apprehendere vel interimere cupientes. ⌊Et crediderunt
†in verbis eius.⌋ Minus latina videtur locutio:q; non ait
verbis eius:vel in verba eius:ſed in verbis eius: tamē ſcri-
pturis vſitatiſſima. ⌊Et laudauerūt laudem eius.⌋ Tales
ſunt locutiones cū dicimus: Hanc ſeruitutem ſeruiuit: talē
vitam vixit. Laudem porro dei notiſſimam illam cōmemo-
Exod.15. rat:vbi dicitur: Cantemus dño: glorioſe eñ magnificatus
L eſt:equū ⁊ equitem proiecit in mare. ⌊Cito fecerunt:obliti
ſunt operum eius.⌋ Alij codices intelligibili⁹ habēt ⌊feſti-
nauerunt⌋ obliti ſunt operū eius. ⌊Non ſuſtinuerunt cōſi-
lium eius.⌋ Debuerunt eñ cogitare tanta erga ſe opa dei
non eſſe inania:ſed vacare ad aliquam ſine fine felicitatem:
que per patientiam ſuſtinenda eſt: ſed feſtinauerunt beati
fieri temporalibus rebus:que ideo nemini conferūt veram
Joan.4. felicitatem:quia non extinguūt inſatiabilem cupiditatem.
Exod.16. Qui enim biberit inquit ex hac aqua ſitiet iterum. Deniq;:
et.17. ⌊Et concupierunt concupiſcentiā in deſerto: ⁊ tentauerūt
deum in inaquoſo.⌋ Qđ eſt in deſerto:hoc repetit uʒ eſt in
inaquoſo:id eſt in loco ſine aqua. Qđ vo cōcupierunt con-
cupiſcentiam:hoc tentauerūt deum. Talis ſane locutio eſt:
concupierunt concupiſcentiā: quales ſuperior:laudauerunt
laudem. ⌊Et dedit eis petitionem ipſorū:⌋ Id eſt quod
Al.†ſaturitatem petitione petierunt. ⌊Et miſit ſaturitatem in† animas
eorum.⌋ Nec ideo beatos fecit:quia nō erat illa ſaturitas:
Mat.5. de qua dicitur: Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiam:quoniā
ipſi ſaturabuntur. Itaq; hoc loco animā nō ſm id qđ ratio-
nalis eſt dixit:ſʒ ſm id qđ animās corp⁹:aial facit:dixit. Ad
cui⁹ animalis ſuſtētationē ꝑtinet cibus ⁊ potus: ſm h̄ quod
Math.6. in euāgelio dicit: Nōne anima plus eſt q̄ eſca: ⁊ corp⁹ plus
q̄ veſtimentum? Tanq̄ ad animā ꝑtineat veſci:ad corp⁹ ve-
Eſa.58. ſtiri. Scđm hoc dicitur apud eſaiam: Quid eſt qđ ieiunaui-
mus:⁊ non vidiſti:defraudauimus animas noſtras: ⁊ neſci-
ſti? ⌊Et irritauerūt moyſen in caſtris: aaron ſanctum dñi.⌋
Quā dicat irrationem:vel ſicut expreſſius alij interpretati
ſunt amaricationem:ſequētia ſatis indicāt. ⌊Aperta eſt ter-
Nume.16. ra ⁊ deglutiuit dathan:⁊ operuit ſup†congregationem aby-
Al.†ſyna- ron.⌋ Qđ eſt deglutiuit:hoc eſt ſuppoſuit. Amboꝝ autē:
gogam. id eſt dathan ⁊ abyron:vna erat cauſa ſupbiſſimi ⁊ ſacrile-
gi ſchiſmatis. ⌊Et exarſit ignis in ſynagoga eoꝝ:⁊ flamma
combuſſit peccatores.⌋ Non eſt hoc nomē in ſcripturis vſi-
tatum eorum qui licet iuſte ac laudabiliter viuant: nō ſunt
ſine peccato. Magis eñ ſicut intereſt inter irridentes ⁊ irri-
ſores:inter murmurantes ⁊ murmuratores:inter ſcribētes
⁊ ſcriptores: ⁊ cetera ſimilia: Ita ſcriptura peccatores ap-
pellare conſueuit valde iniquos et grandibus peccatorum
M ſarcinis oneratos. ⌊Et fecerunt vitulum in oreb:⁊ adoraue-
Exod.32. runt ſculptile. Et mutauerūt gloriam ſuam:in ſimilitudine
vituli comedentis fenū.⌋ Non ait in ſimilitudinem: ſed in
ſimilitudine. Talis eſt locutio qualis illa vbi ait: Et credide-
runt in verbis ei⁹. Eleganter ſane non ait: Et mutauerunt
gloriam dei:cum hoc fecerint:ſicut etiam apoſtolus loquit:
Roma.1. Et immutauerūt gloriam incorruptibilis dei in ſimilitudineʒ
imaginis corruptibilis hoīs: ſed gloriam ſuam dixit: Deus
Pſ.3. eñ erat gloria eorum:ſi eius ſuſtinerent conſilium ⁊ non fe-
ſtinarent:cui dicitur: Gloria mea ⁊ exaltans caput meum.
Iſtam gloriam ſuam: id eſt deum mutauerunt in ſimilitu-
dine vituli comedentis fenū:vt ab eo comederentur a quo

comeduntur qui ſapiunt ſm carnem. Omnis enim caro fe- Eſa.40.
num. ⌊Obliti ſunt deum qui ſaluauit eos.⌋ Quomodo ſal-
uauit eos? ⌊Qui fecit magnalia in egypto:mirabilia in ter-
ra cham. terribilia in mari rubro.⌋ Que ſunt mirabilia:ipſa
ſunt terribilia. Nulla quippe admiratio eſt ſine quadam for-
midine:q̄uis iſta etiam hinc terribilia dici potuerūt: quod
aduerſarios afflixerunt:et iſtis quid deberent timere mon-
ſtrarunt. Et dixit vt diſperderet eos.⌋ Quia obliti ſunt eū
qui ſaluauit eos faciens mirabilia ⁊ magnalia:⁊ fecerunt ⁊
adorauerunt ſculptile. Hoc vtiq; tam immani ſcelere et in-
credibili impietate digni fuerant qui perirent. Dixit ergo
vt diſperderet eos: ⌊Si non moyſes electus eius ſtetiſſet
in confractione in cōſpectu eius.⌋ Non ita dixit ſtetiſſe in
confractione:quaſi vt frangeret iram dei:ſed in confractio-
ne:id eſt in plaga qua erant illi feriendi:id eſt niſi obieciſſet
ſeipſum pro eis dicēs: Si dimittis illis peccatum: dimitte: Exod.32.
ſin autem dele me de libro tuo vite. Ubi demonſtratum eſt
interceſſio ſanctorum:quātum pro alijs valeat apud deum.
Securus eñ moyſes de iuſticia dei qua eū delere non poſ-
ſet impetrauit miſericordiam:ne illos quos iuſte poſſet de-
lere: deleret ⁊ dānaret: Ita ſtetit in confractione in cōſpe-
ctu eius. Ut auerteret iram eius ne diſperderet eos: ⁊ pro
nihilo habuerunt terram deſiderabilem.⌋ Sed nūquid vi-
derunt eam? Quomodo ergo pro nihilo quam non viderāt
habuerunt niſi quomodo ſequitur: ⌊Non crediderunt †in N
†verbis eius?⌋ Profecto niſi terra illa ſignificaret aliquid Al.†nō hʒ
magnū: que terra dicebatur fluens lac ⁊ mel:per quod viſi- †verbo.
bile ſacramentū ad inuiſibilem gratiam regnūq; celorū du- Exod.3.
ceret eos qui mirabilia eius intelligebant: nullo modo iſti
culparentur q; pro nihilo habuerūt illam terram deſidera-
bilem: cui⁹ temporale regnū etiam nos pro nihilo hr̄e debe-
mus:vt hieruſalem liberam matrem noſtram q̄ in celis eſt Gal.4.
vere deſiderabilem diligamus. Sed potius hic infidelitas
eoꝝ merito redarguit:q; in eo q terrā deſiderabilē ꝑ nihilo
habuerunt:verbis dei nō crediderunt per quedā parua du-
centia ad magna: ⁊ feſtinantes beati tēporalibus rebus q̄s
ſm carnem ſapiebant:nō ſuſtinuerunt (ſicut ſupra dictū eſt)
conſilium eius. ⌊Et† murmurabant in tabernaculis ſuis: Al.†mur-
nō exaudierunt vocem dñi:⌋ Vehemēter eos a murmura- murauerūt.
tione prohibentis. ⌊Et eleuauit manum ſuam ſuper eos:vt
proſterneret eos in deſerto. Et vt deijceret ſemen eorum in
nationibus:et diſperderet eos in regionibus.⌋ Hic anteq̄
diceret q tante indignationi dei quiſq̄ interceſſerit:eumq;
aliquo modo placauerit:ſecutus adiūxit: ⌊Et initiati ſunt O
beelphegor:⌋ Id eſt idola gentium conſecrati. ⌊Et† man- Nume.25.
ducauerunt ſacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in Al.†come-
adinuentionib⁹ ſuis:et multiplicata eſt in eis ruina.⌋ Tāq̄ derunt.
ad hoc diſtulerit q leuauerat manū ſuam ſuper eos proſter-
nendos in deſerto:et deijciendum ſemen eorum in nationi-
bus:et diſpergendos eos in regionibus: vt dati in reprobū
ſenſum:etiam illud admitterent in quo immaniore crimine
euidenti iuſticia punirentur:quēadmodum dicit aplus: Et Roma.1.
ſicut nō probauerūt deum habere in noticiā: tradidit illos
deus in reprobā mentē:vt faciant que nō cōueniūt. Deniq;
tñ fuit ſcelus eoꝝ q cōſecrati ſunt idolo:⁊ comederūt ſacri-
ficia mortuoꝝ:id eſt q; mortuis hominibus tanq̄ dijs ſacri-
ficabant gētes:vt aliter ſe placari deus nollet:niſi quomo-
do eum placauit phinees ſacerdos:qui maſculum et femi- Nume.25.
nam in cōplexu adulterino deprehenſos pariter interemit.
Quod ſi odio eorum nō dilectione feciſſet:dum eū comede-
ret zelus domus dei:nō ei reputaretur ad iuſticiā. Hoc eñ Joan.2.
facto illam populum cui⁹ futurus erat maior interitus:tāq̄
vnū hominē quaſi virga percuſſit: vt animā eius ſaluaret a
morte. Leniorem quidem reuelato teſtamento nouo dñs ie-
ſus chriſtus eſſe voluit diſciplinam:ſed atrocior eſt cōmina-
tio gehēne: quā tunc in illis cōminationibus dei ꝑ tempo-
rum diſpenſatiōe nō legimus. Multiplicata eſt ergo in eis
ruina: cum pro ſuis grauibus pctis grauiter vaſtarentur.
⌊Et ſtetit phinees ⁊ placauit:⁊ ceſſauit quaſſatio.⌋ Breui- Nume.25.
ter totum dixit:quia non hic neſcientes docet:ſed cōmemo-
rat ſcientes. Que autem hic poſita eſt quaſſatio: hec ſu-
perius confractio. Nam in greco vnum verbum eſt. ⌊Et
reputatum eſt ei † in iuſticiam: in generatione et genera- Al†ad.
tionem

tionem vſqꝫ in ſempiternum. ⌋ Deus hoc reputauit facer-
dotio ſuo in iuſticiam: non ſolum q̃diu generatio eſt: ſed
vſqꝫ in ſempiternum: qui cor ſcrutatur et nouit apprehēde
P re quāta id factum ſit populi in charitate. ⌊ Et irritauerūt
Numeri. 20. eum ad aquam cōtradictionis: ⁊ vexatus eſt moyſes propter
eos: q: exacerbauerunt ſpiritum eius. Et diſtinxit in labiis
ſuis. Quid eſt diſtinxit? Quaſi illud non poſſet deus facere
Ibidem. qui tanta iam fecerat: vt aqua de petra profiueret. Dubitā
ter enim petram virga percuſſit: ⁊ ideo hoc miraculum diſtin
Vbi ſ. xit a ceteris miraculis in quib⁹ nō dubitauerat: Hinc offen
dit: hinc audire meruit vt moreref: ne intraret in terrā pro
miſſionis. Perturbatus enī murmure ppl̄i infidelis: nō te-
nuit fiduciam qualem debuit. Cui tn̄ deus tāq̄ electo ſuo
etiam poſt mortē eius bonum pbibet teſtimonium: vt intel
ligamus illā fidei eius titubationē: hac ſola pena fuiſſe cor
reptam: qd in eā terrā ad quā ppl̄m ipſe deducebat: nō eſt
permiſſus intrare. Abſit aūt vt eū credamus alienatū a re
gno gratie dei qd ſignificabat illa terra pmiſſionis vñ lac ⁊
Exo. 3. mel defluere dicebat. Hoc eſt enī potiꝰ teſtamētum eternū
qd diſpoſuit ad abrahā: nō ſm carnē patrē noſtrum: ſed ſm
fidem. Illi aūt de quorum iniquitatibus iſte loquitur pſal-
mus: cum in illam tēporalē terrā repromiſſionis intraſſent:
Nume. 33. ⌊ Non diſperdiderūt gētes quas dixit dn̄s illis. Et cōmixti
ſunt inter gētes: ⁊ didicerūt opera eorū: ⁊ ſeruierūt ſculpti
libus eorū: ⁊ factū eſt illis in ſcādalū. ⌋ Illud qd eas nō diſ
perdiderant: ſed eis cōmixti ſunt: factū eſt illis in ſcādalum.
⌊ Et immolauerūt filios ſuos ⁊ filias ſuas demoniis. Et effu
derunt ſanguinē innocētem: ſanguinē filiorum ſuorū ⁊ filia
rum ſuarū: quas ſacrificauerūt ſculptilib⁹ chanaan. ⌋ Im-
molaſſe filios ſuos ⁊ filias ſuas demoniis ⁊ idolis: non eos
illa narrat hiſtoria. Sed neqꝫ iſte pſalmus mētiri pōt: neqꝫ
prophete: qui hoc dicunt multis increpationū ſuarū locis.
Q Habuiſſe vero iſtā cōſuetudinem gētes: nec eorū littere ta-
cuerūt. Sed quid eſt qd ſequit? ⌊ Et interfecta eſt terra in
ſanguinib⁹: Putaremus enī hic ſcriptoris errorē eſſe: atqꝫ
eum diceremus p eo quod eſt infecta: feciſſe interfecta: niſi
haberem⁹ beneficium dei: qui ſcripturas ſuas in multis lin
guis eſſe voluit: atqꝫ ita eſſe ſcriptum: Interfecta eſt terra
in ſanguinibus: inſpectis grecis codicib⁹ videremus. Quid
eſt ergo interfecta eſt terra: niſi hoc referatur ad holes qui
habitabāt in terra: tropica locutione: qua ſignificatur per
id qd cōtinet: id qd cōtinetur: ſicut dicimus malā domū in
qua mali habitant: ⁊ bonā in qua boni? Ipſi nāqꝫ interficie
bant animas ſuas immolādo filios ſuos: ⁊ effundendo ſan-
guinem paruulorum a conſcenſione illius ſceleris alienorū
Unde dictū eſt: Effuderūt ſanguinē innocentē. Ergo inter-
fecta eſt terra in ſanguinibus: ⌊ Et contaminata eſt in ope
ribus eorum: ⌋ Cum ipſi interfecti ſunt in anima et conta-
minati in operibus ſuis. ⌊ Et fornicati ſunt in adinuentio
nibus ſuis. ⌋ Has dicit adinuētiones quas greci ἐπιτηδεύ-
ματα appellant. Nam hoc verbum eſt in codicibus grecis: ⁊
hoc loco et ſuperius vbi dictum eſt: Irritauerūt eum in ad
inuentionibus ſuis: cum et illic et hic eas dicat adinuentio
nes in qbus alios imitati ſunt. Non itaqꝫ ſic dictas arbitre
mur adinuentiones: quaſi ab ipſis inſtitutas: nullo in aliis
pcedēte qd imitarent exēplo. Unde alij interptes nr̄i: non
adinuentiones: ſed ſtudia: Alij vero affectiones vel affecta
tiones: alij voluptates dicere maluerūt. Et idē ipſi q̄ dixe-
runt adinuentiones: alio loco ſtudia poſuerūt. Hoc eſt qd cō
memorare volui: ne q̄ſtionē faceret nomē adinuentionis in
ea re quā nō a ſeipſis excogitauerūt: ſed alios imitati ſunt.
⌊ Et irat⁹ eſt furore dn̄s in † populo ſuo. ⌋ Noluerūt qdā in
R At. † popu terpretes noſtri irā ponere: in eo qd grec⁹ habet θυμὸν: ſed
lum ſuum. quidam iram poſuerūt: quidā vero indignationes: quidam
animū interpretati ſunt. Quodlibet aūt horū dicatur: per-
turbatio nō cadit in deū: ſed de cōſuetudine trāſlatum: po-
tentiā vindicādi hoc nomē accepit. ⌊ Et abominatus eſt he
reditatē ſuā. Et tradidit eos in manus gētium: ⁊ dominati
ſunt eorū qui oderūt eos. Et tribulauerūt eos inimici eorū:
et humiliati ſunt ſub manibus eorum. Quādo eos heredi-
tatē dei vocauit: manifeſtū eſt q nō ad perditionē: ſed ad
diſciplinā eos abominatus eſt: ⁊ tradidit eos in manus ini
micorum. Denıqꝫ ſequit: ⌊ Sepe liberauit eos. Ipſi autē
exacerbauerūt eū in cōſilio ſuo. ⌋ Hoc eſt qd ſuperius ait:
Non ſuſtinuerunt cōſilium ei⁹. Pernicioſum enī eſt cōſiliū Philip. 2.
hominis ipſi homini: quo ea querit que ſua ſunt: non q̃ dei
ſunt. In cuius hereditate qd ipſe nobis eſt: cū ad fruendū
ſe prebere dignabitur: nullas patiemur cum ſanctis ſocie-
tatis anguſtias: dilectione rei noſtre quaſi priuata. Glorio
ſiſſima quippe illa ciuitas adepta pmiſſā hereditatem: in
qua nullus morietur: nullus orietur: nō habebit ciues q̃ ſin
guli gaudeant ſuis rebus: q: deus erit omnia in omnibus. 1. Corin. 15
Cuius ſocietatē quiſquis in hac peregrinatione fideliter ⁊
flagrāter deſiderauerit: aſſueſcit priuatis preferre cōmu-
nia: nō ſua querēdo: ſed que ieſu chriſti: Ne ſibi ſapiēs: ⁊ ſi-
bi cōſulens exacerbet deum cōſilio ſuo: ſed ſperās quod nō
videt: Non feſtinet de his que vidētur fieri beat⁹: atqꝫ illud
eternū qd nō videtur patiēter expectās: eius in promiſſio-
nibus ſequatur cōſiliū: cuius in temptationibus precatur
auxilium. Ita erit et humilis in confeſſionibus ſuis: ne fiat
iſtorum ſimilis de quibus dicitur: ⌊ Et humiliati ſunt in ini
quitatibus ſuis. ⌋ Deus tamē plenus miſericordia non ne- S
glexit eos. ⌊ Et vidit cum tribularentur: † cum audiret ora At. † et au
tionem eorum. Et memor fuit teſtamēti ſui: ⁊ penituit eum diuit.
ſm multitudinem miſericordie ſue. ⌋ Penituit dictum eſt:
q: mutauit qd eos pditur⁹ videbatur. Et apud deū quidē
diſpoſita et fixa ſunt omnia: Nec aliud facit quaſi cōſilio re
pentino: qd nō ex eternitate ſe facturū eſſe preſciuit: ſed in
creatura temporalibus motib⁹ quā gubernat mirabiliter:
ipſe nō tēporaliter mot⁹: quaſi repētina volūtate facere di
citur: quod ordinatis rerū cauſis cōſilij ſui ſecretiſſimi im-
mutabilitate diſpoſuit: qua ſuis queqꝫ temporibus agnita
agit: ita ⁊ preſentia facit: ⁊ futura iā fecit. Et ad hec q̈s ido
neus? Audiamus itaqꝫ ſcripturā humiliter excelſa dicentē:
cū ⁊ paruulis nutriēdis ſumēda porrigit: ⁊ maioribus exer
cendis pſcrutāda pponit. Et vidit cū tribularētur: cū audiſ
ſet orationem et memor fuit teſtamēti ſui. Utiqꝫ teſtamēti
eterni: qd diſpoſuit ad abrahā: non veteris qd aboletur: ſed
noui qd etiā in veteri abſcōditur. Et penituit eū ſm multi
tudinē miſericordie ſue. Hoc fecit qd diſpoſuerat: ſed cōtri
bulatis ⁊ orātibus ſe id cōceſſurū eſſe preſciuerat: q: et ipſa
oratio eorū: cū adhuc nō eſſet: ſed futura eſſet: deum prouidē T
tis nō latebat. ⌊ Et dedit eos in miſericordias. ⌋ Ut eſſent Roma. 9.
nō vaſa ire: ſed vaſa miſericordie. Ideo autē puto pluralis 1. Corin. 7.
ter miſericordias dictas in quas eos dedit: q: vnuſquiſqꝫ p
prium donum habet a deo: alius ſic: alius aūt ſic. Dedit er-
go eos i miſericordias? ⌊ In cōſpectu oim̄ q̃ ceperāt eos. ⌋
Age nūc quiſquis hec legis: ⁊ gratiam dei qua in eternam
vitam p dn̄m noſtrum ieſū xp̄m redimimur legēdo in apo
ſtolicis litteris: in propheticis autem ſcrutādo cognoſcis: ⁊
vetus teſtamētum in nouo reuelatum: ⁊ in veteri nouū ve-
latum vides: Recole quē dixerit apoſtolus Paulus princi- Eph. 2.
pem poteſtatis aeris qui operatur in filijs infidelitatis: et
illud vbi ait de quibuſdam: vt reſipiſcāt de diaboli laqueis 2. Timo. 2.
captiuati ab ipſo ſm ipſius volūtatem: et verba domini no
ſtri ieſu chriſti vbi eum expellens de fidelium cordibus ait: Ioh. 12.
Nunc princeps huius mundi miſſus eſt foras: et ipſius ite- Col. 1.
dem quidem Apoſtoli dictis: Qui eruit nos de poteſtate
tenebrarū: ⁊ trāſtulit in regnū filij charitatis ſue. Hec atqꝫ
hmōi ratiocinatus intēde animum: ⁊ in litteras veteris te-
ſtamēti: ⁊ vide quid cantetur in eo pſalmo cuius eſt titulus:
quādo domus edificabatur poſt captiuitatem. Ibi enim di
citur: Cantate dn̄o canticū nouū. Et ne exiſtimes ad iudeo Pſ. 95
rum populum tātūmodo pertinere: Cātate inquit dn̄o oīs Ibidem.
terra: cātate dn̄o: ⁊ benedicite nomē ei⁹ annūciate: vel poti⁹
bn̄ nūciate: immo vt ipſum verbum quod in greco poſitum
eſt trāfferā: euāgelizate diē ex die ſalutare eius. Hinc enim
euāgelium nuncupatum eſt in quo annūciatur dies ex die:
dn̄s xp̄s: lumē ex lumine: filius ex patre. Hoc enim eſt et ſa
lutare eius: q: ſalutare dei chriſtus eſt: ſicut et ſuperius iam
demonſtrauimus. Annūciate in gentibus gloriam eius: in Vbi ſ.
omnibus populis mirabilia eius: Quoniā mag⁹ dn̄s ⁊ lau-
dabilis valde: terribilis eſt ſup oēs deos: qm̄ oēs dij gētiū Ioā. 12.
demonia. Iſti ergo inimici cū rege ſuo diabolo captiuā te- Pſ. 95.
nebāt ppl̄m dei. De q̃ captiuitate cū redimimur: ⁊ pnceps
hui⁹ mūdi mittit foras: edificat dom⁹ poſt captiuitatē: cui⁹

Ephe.2. lapis angularis eſt chriſtus: Qui duos cōdidit in ſe in vnū
nouum hominem faciens pacem: quaꝫ dies ex die veniens
euangelizauit eis qui erant prope: et eis qui erant longe: fa
ciens vtrāq vnum: et adducens alias oues que nō ſunt de
Joā.10. hoc ouili: vt ſit vnus grex et vnus paſtor. Et ita deus dedit
in miſas pdeſtinatos ſuos: quia nō volētis: neq currētis: ſed
Roma.6. miſerentis eſt dei: In conſpectu omnium qui ceperāt eos.
V Hi ergo inimici diabolus et angeli eius captiuauerant pre
deſtinatos in dei regnum et gloriam: A redemptore autem
Ps.90. noſtro foras miſſi: qui dominari infidelibus ſolent intrinſe
cus: fideles oppugnant extrinſecus. Sed oppugnant: non
expugnant eos qui apprehendunt turrim fortitudinis a fa
cie inimici. Ut autem oppugnent: ſentiunt in nobis eſſe in
Math.6. firmitates reliquas propter quas dicimus: Dimitte nobis
debita noſtra: propter quas dicimus: et ne nos inferas in tē
ptationeꝫ: ſed libera nos a malo. His itaq inimicis electis:
perfecit dominus chriſtus ſanitates in corpore: cui caput
eſt ipſe ſaluator corporis: vt in eo ipſe corpore ſuo tertia cō
Luce.13. ſummetur. Sic enim dixit: Ecce eijcio demonia: et ſanitates
perficio hodie et cras: et tertia conſummor: id eſt perficior:
Eph.4. occurrentibus omnibus nobis in virum perfectum: in men
ſuram etatis plenitudinis chriſti. Itaq electis demonijs a
quibus captiui tenebamur: perfecit ſanitates. Ideo et hic
cuꝫ dixiſſet: Et dedit eos in miſericordias in conſpectu om
X nium qui ceperant eos: tanq̄ electis demonijs qui ceperāt:
ſit oratio vt perficiat ſanitates. Saluos nos fac domine
deus noſter: et congrega nos de nationibus. Vel ſicut alij
codices habēt: De gentibus. Ut confiteamur nomini ſan
cto tuo: et gloriemur in laude tua: Deinde breuiter ſubie
cit ipſam laudem. Benedictus dominus deus iſrael: a ſe
culo et vſq in ſeculum. Quod intelligimus ab eterno vſq
Ps.83. in eternum: quia ſine fine laudabitur ab eis de quibus dici
tur: Beati qui habitant in domo tua: in ſecula ſeculoꝝ lau
dabunt te. Ipſa eſt tertia conſummatio corporis chriſti: eie
ctis demonijs: et perfectis ſanitatibus vſq ad ipſius corpo
ris immortalitatem: regnum ſempiternum perfecte laudā
tium: quia perfecte amantium: Perfecte autem amantium
quia facie ad faciem contemplātium. Tunc enim perficie
tur quod in primordio pſalmi huius oratum eſt. Memento
noſtri domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalu
tari tuo: ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad le
tandum in leticia gentis tue: vt lauderis cū hereditate tua
Math.15. Non enim de gentibus ſolas congregat oues que perierūt
Joā.10. domus iſrael: ſed etiam eas que non ſunt de illo ouili: vt ſit
Y grex vnus: vt dictum eſt: et vnus paſtor. Judei vero cum
putant ad ſuum regnum viſibile iſtam pertinere prophetiā:
quia ſpe inuiſibilium bonorum gaudere non norunt: in la
Joā.5. queos illius ruituri ſunt: de quo dominus ait: Ego veni in
nomine patris mei: et non ſuſcepiſtis me: alius veniet in no
mine ſuo: et hunc ſuſcipietis. De quo et apoſtolus paulus
2.Theſ.2. ait: Quia reuelabitur homo peccati filius interitus: qui ad
uerſaf, et ſuperextollitur ſup omne quod dicitur deus: aut
quod colitur: ita vt in templo dei ſedeat oſtendens ſe tāq̄
Ibidem. ſit deus. Et paulo poſt: Tunc reuelabitur inquit ille iniqu⁹:
quem dominus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: et euacua
bit illuminatione preſentie ſue eum cuius eſt preſentia ſecū
dum operationem ſathane in omni virtute et ſignis et pro
digijs mendacij: et in omni ſeductione iniquitatis his qui
pereunt: pro eo quod dilectionem veritatis non receperūt
vt ſalui fierent: Et ideo mittet illis deus operationem er
Ubi.ſ. roris vt credāt mendacio: et iudicentur omnes qui non cre
diderunt veritati: ſed conſenſerunt iniquitati. Per iſtum re
fugam: per iſtum qui ſe extollit ſupra omne quod dicif de⁹
et quod colitur: videtur mihi populum iſraelitarum carna
lium peccaturum impleri iſtam prophetiam: qua dictū eſt:
Saluos nos fac domine deus noſter: et congrega nos de gē
tibus: quod illo duce velut in conſpectu inimicorum ſuoꝝ
viſibilium: qui eos viſibiliter captiuauerant: habituri ſint vi
ſibilem gloriam: Sic credent mendacio: quia dilectioneꝫ ve
ritatis non receperunt: vt non bona carnalia: ſed ſpiritua
lia concupiſcerent. Sic enim a diabolo decepti ſunt: vt occi
Joā.11. derent chriſtum: quando dixerunt: Si dimittimus eum ſic
omnes credent in eum: et venient romani et tollent noſtrū
et locum et gentem: quando cayphas vnus ex ipſis cū eſſet
pontifex anni illius: dixit eis: Uos neſcietis quicq̄: nec cogi Ibidem.
tatis: quia expedit vobis: vt moriatur vnus homo pro po
pulo: et non tota gens pereat: Hoc autem ſicut euangeliſta
intellexit: non a ſeipſo dixit: ſed cuꝫ eſſet pontifex anni illi⁹:
prophetauit: Quia ieſus moriturus erat pro gente: Et non
tantum pro gente: id eſt pro ouibus que perierant domus
iſrael: ſed vt filios dei qui erant diſperſi cōgregaret in vnū
Habebat enim alias oues que non erāt de illo ouili. Iſtas Joā.10.
vniuerſas oues: et de iſraelitis: et de gentibus: diabolus et
eius angeli captiuauerant. Expulſo itaq ab eis diaboli do
minatu in conſpectu malignorum ſpirituum: qui eas capti
uauerant: vt ſaluentur et perficiantur in eternum: vox earū
eſt in prophetia: Saluos fac nos domine deus noſter: et cō
grega nos de gentibus. Non ſicut per antichriſtum cōple
ri exiſtimant iudei: ſed per chriſtum dominum noſtrum ve
nientem in nomine patris ſui: die ex die ſalutare eius: de
quo et hic dictum eſt: Uiſita nos in ſalutari tuo. Et dicet Joā.5.
omnis populus. Iſte populus predeſtinatorum de circū
ciſione et preputio: gens ſancta: populus in adoptionem:
Fiat fiat.

Explicit tractatus de ps.cv.

Incipit tractatus de ps.cvi.

Pſalmus iſte miſerationes dei commendat nobis p
batas in nobis: et ideo expertis eſt dulcior. Et miruꝫ
ſi poterit ſuauis eſſe cuilibet: niſi illi qui id qd̄ in iſto pſal
mo audit: in ſe didicit: Nō tamen vni alicui vel duobus: ſed
populo dei conſcriptus eſt: et ad ſe agnoſcendum tāq in ſpe
culo propoſitus: Cuius titulus non nunc tractandus. Eſt
enim: Alleluia: Et bis alleluia: Quod nobis cātare cer
tis temporibus ſolenniter moris eſt: ſecunduꝫ eccleſie antiquā
traditionem. Neq enim et hoc ſine ſacramento certis die
bus cantamus alleluia. Certis quideꝫ diebus cantamus al
leluia: ſed omni die cogitamus. Sic enim hoc verbo ſignifi
catur laus dei: et ſi non in ore carnis: certe in ore cordis: Sē
per laus eius in ore meo Quod autem nō ſemel: ſed bis ha Ps.33.
bet alleluia titulus iſte: non huius pſalmi proprium eſt: Sꝫ
et alius ſuperior ſic habet: Et q̄tum apparet ex eius textu:
cantatus eſt ille de populo iſrael: Cantatur autē iſte de vni
uerſa ecclēſia dei diffuſa toto orbe terrarū. Forte nō immeri Roma.8.
to bis habet alleluia: pꝑter qd̄ clamamus: Abba pater: cū
aliud nihil ſit abba: q̄ pater. Nō tn̄ fruſtra dixit Apl'us: In
quo clamam⁹ abba pater: niſi qr vn⁹ q̄ dē paries veniens ad
lapidē angularē: clamat: abba: ali⁹ ex alio latere clamat. pa
ter: In illo vtiq lapide angulari eſt pax nr̄a: q̄ fecit vtrāq Eph.2.
vnū. Uideam⁹ ergo hic q̄d admoneamur: et vñ gratulemur: et Ibidem.
vnde gemam⁹: et vnde auxiliū poſtulemus: vnde diſeramur:
vnde nobis ſubueniaf: q̄d ſim⁹ p nos: q̄d p miſericordiā dei:
quomodo nr̄a ſupbia cōteraf vt illi⁹ gratia glorificef: vni
cuiq hominū qd̄ dictur⁹ ſum: ſi fieri poteſt cōferaf in ſe. Lo
quor aūt hominibus q̄ ambulāt in via dei: et cōſtituti ſunt in
aliquo profectu ſpirituali. Unde ſi q̄ forte pꝑter hoc minuſ
me intelligūt: inueniāt vbi ſint: et pficiēdo ad intellectū feſti
nent. Non autē arbitror deſerturū deū conatū noſtrū: vt ad
omnes pueniat qd̄ loquimur: ſiue expertos: ſiue inexpertos:
vt expti approbēt: inexpti deſiderēt: et omnib⁹ ſuauis ſit diſ
putatio mea: q̄ p̄ primū dn̄o ſuauis erit: ſi veridica erit. Ueri
dica aūt erit: ſi nō mihi a me: ſꝫ ab illo erit. Sic cepit pſalm⁹

Expoſitio pſalmi.

Confitemini domino quoniam † ſuauis † eſt: quoniam B
in ſeculum miſericordia eius. Hoc confitemini: quo Al. † bon⁹.
niam ſuauis eſt. Si guſtaſtis: confitemini nō poteſt autem Al. † nō hꝫ
cōfiteri qui guſtare noluit. Unde enim dictur⁹ eſt ſuaue eſſe
quod neſcit: Uos autem ſi guſtaſtis q̄ ſuauis eſt dominus:
confitemini domino qm̄ ſuauis eſt. Si guſtaſtis auiditate:
confeſſione eructate. In ſeculū eni miſericordia ei⁹: id eſt in
eternuꝫ. Hic eni ita poſituꝫ eſt in ſeculū: qr in nōnullis ſcri
pture locis in ſeculum: id eſt quod grece [illegible] dicitur:
in eternum intelligitur. Neq enim miſericordia eius ad tē
pus eſt: et non in eternum: cum ideo ſit ſuper homines hec
eius miſericordia: vt viuant cum angelis in eternum. Di
cant qui redempti ſunt a domino. Redemptus quidem
videtur et popul⁹ iſrael de terra egypti: de manu ſeruitutis

et laboribus infructuoſis:et operibus luteis:Videamus ta
men vtrum ipſi ſint qui hec dicant : qui ab egypto liberati
ſunt a domino. Non ita eſt. Sed qui ſunt iſti? ⌊Quos rede
Alſ † inimici. mit de manu† inimicoꝝ.⌋ Adhuc pōt quiſq̧ et illos accipe
re redēptos de manu inimicoꝝ: De manu inimicoꝝ:hoc eſt
egyptioꝝ : Proprie exprimātur:q̄ ſint ꝓpter quos hec vult
pſalm⁹ iſte cantari. ⌊De regionib⁹ cōgregauit eos.⌋ Pūt
C eſſe adhuc regiones egypti. Multe enim etiam vnius pro
Alſ † A ſolis ortu: uincie regiones ſunt. Aperte dicat.⌊†Ab oriente ⁊ occaſu:
ab aquilone ⁊ mari.⌋ Iſtos ergo iam redemptos intelligi
Exod.14. mus in toto orbe terrarum. Populus hic dei de magna et
lata egypto liberatus:tāq̄ per mare rubrum ducitur:vt in
baptiſmuꝫ finiat inimicos. Sacramēto enim tāq̄ rubri ma
ris baptiſmo:ſcꝫ xp̄i ſanguine conſecrato:inſequētibus egy
ptijs peccata delentur:⁊ te euadente nullus qui te preme
bat remanet inimicus. Iſti ergo dicant hec: et audiamus
iam fratres:quoniā ducitur iſte populus dei:quid hic aga
tur in congregatione omnium gentium redempta ꝑ xp̄m:
Non quaſi ſimul cōtingant hec que cantantur in omnibus
gentibus:ſed in ſingulis quibuſq̧ credentibus. In populo
autem illo aliter. Totus enim populus:tota illa gens ex ſe
mine abrae ſm carnem:tota multitudo domus iſrael:ſemel
educta eſt ex egypto : ſemel per rubrum mare ducta:ſemel
ad terram promiſſionis ꝑducta. Simul enim omnes erant:
1.Corin.10 in quibus hec contingebant. Hec autem omnia in figura cō
tingebant in illis:ſcripta ſunt autem ad correctionē noſtrā
in quos finis ſeculorum obuenit: Nos ergo non ſimul oēs
ſed paulatim ſingillatimq̧ credentes congregamur in vnā
quādam ciuitatē:⁊ in vnum populuꝫ dei: Sed in vnoquoq̧
noſtrum etiam ſingula contingunt. Hec que ſcripta ſunt cō
tingunt in populo. Etenim populus de ſingulis:non ſinguli
de populo. Nunquid enim vnus homo ex populis? Sed po
pulus ex ſingulis hominibus conſtat. Quicquid ergo cum lo
quor agnoueris in te:quiſquis expertus es:noli cogitando
quaſi remanere in te:⁊ putare qđ in ſolo te contigit:ſed cre
de iſta contingere:aut in omnibus:aut prope in omnibus q̄
veniunt ad hunc populum: ⁊ de manu inimicorum precioſo
ſanguine redimūtur. Repetiturus eſt enim aſſidue qđ can
D tauimus modo miſerationes eius. ⌊Confiteantur domino
Alſ † miſericordie. †miſeratiōes eius:et mirabilia ei⁹ filijs hoim.⌋ Iſtos ver
ſus quātum animaduertere potui:qđ poteſtis et vos:quas
ter repetiti ſunt: In quo numero q̄tum domino adiuuans
te ſcrutari voluimus:ſignificat nobis quattuor quaſdam tē
ptationes:ex quibus nos liberat cui cōfitentur ſue miſera
tiones. Fac enim hominem primo nihil querentem:ſm vitā
veterem ſeductoria ſecuritate viuentem : nihil putantem
aliud eſſe poſt hanc vitam quādoq̧ finiendam:negligētem
quēdam ⁊ ſocordem:obtutum cor habentem: illecebris mū
di ⁊ mortiferis delectationibus conſopitum: Ut excitet iſte
ad querendam gratiam dei:vt fiat ſollicitus:⁊ tāq̄ de ſom
no euigilet:nōne manus dei excitat eum? Sed tamē a quo
ſit excitatus:ignorat. Incipit autem eſſe iam dei et ei⁹ ſua
uitatem guſtare:cum cognouerit veritatis fidem: Sed an
teq̄ cognoſcat:dolet ⁊ delet errorem ſuum. Inuenit enim
ſe in errore:vult cognoſcere veritatem : Pulſat vbi poteſt:
temptat quod poteſt:vagatur qua poteſt: Famē etiam pa
titur ipſius veritatis. Prima ergo temptatio eſt erroris ⁊ fa
E mis. Ubi in hac tēptatione fatigatus exclamauerit ad deū:
perducitur ad viam fidei:vnde incipiat pergere ad ciuitatē
quietis. Perducitur ergo ad chriſtū qui dixit: Ego ſum via.
Cum ergo ibi fuerit:iam ſciens quid obſeruare debeat:nōs
Ioā.14. nōq̄ multum ſibi tribuendo: ⁊ quaſi de ſuis viribus preſu
mendo:incipit confligere velle bella contra vitia:⁊ propter
ſuperbiam ſuperari. Inuenit ergo ſe ligatum difficultatib⁹
cupiditatum:⁊ non poſſe viam propter compedes ambula
re. Incluſum ſe ſentit difficultate vitiorum:⁊ tāq̄ muro im
poſſibilitatis erecto:portiſq̧ clauſis:qua euadat vt recte vi
uat:nō inuenit: Iam ſcit quomodo viuere debeat: Prı⁹ enim
in errore erat:⁊ famē veritatis patiebatur. Accepit autem
iam cibum veritatis:⁊ poſitus eſt in via:audit: viue bene
ſm quod noſti. Antea enim non noueras quēadmodum viue
res:modo accepiſti ⁊ noſti. Conatur et non poteſt: ligatum
ſe ſentit:exclamat ad dominum. Secunda ergo temptatio

eſt difficultatis in bene operādo : ſicut illa prima erroris et
famis. Exclamat ⁊ in hac ad dominum:liberat dominus de
neceſſitatibus: Rūpit vincula difficultatis:conſtituit in ope
rationem equitatis: Incipit ei iam facile eſſe quod difficile Exo.20.
fuerat:abſtinere a malis:non adulterare:non furtum face
re:nō homicidium:nō ſacrilegium:nō aliena cōcupiſcere:fa
cta eſt facultas que fuerat antea difficultas: Potuit hoc do
minus ſine difficultate preſtare: Sed ſi hoc ſine difficultate
haberemus:largitorem huius boni non agnoſceremus. Si
enim primitus cum vellet poſſet:⁊ non ſentiret aduerſus ſe
obnitētes cupiditates:nec vinculis ſuis grauata anima col
lideretur:ſuis viribus tribueret quod ſe poſſe ſentiret:⁊ nō
cōfiterētur domino miſerationes eius. Poſt has duas tem F
ptationes.primam erroris atq̧ inopie veritatis : ſecūdam
difficultatis bene operandi:tertia temptatio excipit homi
nem: Et loquor qui iam tranſijt has duas: Nam iſte due ſa
teor multis note ſunt. Quis enim neſcit ſe ab ignorantia ve
niſſe ad veritatem:ab errore ad viam:a fame ſapientie ad
verbum fidei? Deinde multi luctantur cum difficultatibus
vitiorum ſuorū:⁊ adhuc conſuetudine colligati gemunt tāq̄
in clauſura et compedibus. Agnoſcunt et iſtam temptatio
nem:quāuis iam dicant:ſi forte dicunt : Infelix ego homo Roma.7.
quis me liberabit de corpore mortis huius? Nam vide arti
ſſima vincula: Caro inquit concupiſcit aduerſus ſpiritum:et Gal.5.
ſpiritus aduerſus carnem:vt non ea que vultis illa faciatis
Proinde qui iam eſt adiutus ſpiritu:vt quēadmodū noluit Exo.20.
eſſe adulter:ſic non ſit. Quomodo noluit eſſe fur:ſic non ſit:
⁊ cetera illa omnia que volunt homines vincere:et ſepe in
ter quedā q̄ illic lecta didicimus: ne vere putaret tranſacta
recolere: potius q̄ ventura predicere. Primo enī iordanem
ipſum non reuerſum eſſe retrorſum: ſed ſtetiſſe legim⁹ ab ea
parte qua aque deſuper influebāt: cum populus ille trāſiret
Deinde geſtientes montes colleſq; non legimus: que ſic ad
didit vt etiam omnia iſta repeteret. Nam cum dixiſſet: Ma
re vidit ⁊ fugit: iordanis conuerſus eſt retrorſum: contexuit:
⌊ Montes † geſtierunt † velut arietes:⁊ colles † velut agni Aliſ † exul
ouiū. ⌋ Eadēq; rurſus interrogat: ⌊ Quid eſt tibi mare q̄ fu tauerunt.
giſti:⁊ tu iordanis q̄ ꝯuerſus es retrorſum? Mōtes † quare Aliı † vt.
† geſtiſtis † velut arietes:⁊ colles † velut agni ouiū? ⌋ Atten Aliſ † ſicut
dam⁹ ergo qđ admoneamur: Quia ⁊ illa facta figure noſtre al † nō hꝫ.
fuerūt:⁊ hec dicta vt noſipſos recognoſcam⁹ hortant. Si ei Aliſ † exul
gratiā dei que data eſt nobis firmo corde retinem⁹: nos ſu- taſtis.
mus iſrael ſemen abrae. Nobis dicit apoſtolus. Ergo ſemen Aliſ † ſicut
abrae eſtis: quia ſicut alio loco dicit. Non in circūciſione: ſed ſicut.
in preputio deputata eſt abrae fides ad iuſtitiam:⁊ ſignū ac C
cepit circūciſionis ſignaculum iuſtitie: fidei que eſt in prepu Gal.3.
tio: vt deputet ⁊ illis ad iuſtitiam: vt ſit pater circunciſionis Ro.4.
his qui non ſolum ex circunciſione ſunt: ſed ⁊ his qui ſequun Ibidem.
tur veſtigia fidei: que eſt in preputio patris noſtri abrae. Nō Gen.17.
enī carnaliter circūciſe genti tm̄modo factus eſt pater: cui di Gen.12.
ctum eſt: Patrem multarū gentium poſui te: Multarū aūt
non quarūdā: ſed omniū: Qđ aperte dr̄ cum ei dr̄: Et bene-
dicent in te oēs gentes. Nullus itaq; chriſtianorū ſe a noīe iſ
rael arbitret extraneū. Illis enī qui crediderūt ex iudeis: in
quorū numero principaliter aplos inuenim⁹: in angulari la- Eph.2.
pide copulātur. Hinc ait dñs in alio loco: Habeo alias oues Joan.10.
que nō ſunt ex hoc ouili: oportet me ⁊ illas adducere: vt ſit
vnus grex ⁊ vnus paſtor. Pplūs ergo xpianus magis iſrael:⁊
ipſe potius dom⁹ iacob. Idē quippe iſrael qui iacob. Illa ve
ro turba iudeorū que merito perfidie reprobata eſt: volupta Gen.25.
te carnali vēdidit primogenita ſua: vt nō ad iacob ſꝫ ad eſau Ibidem.
poti⁹ ꝑtineret. Scitis nāq; in hoc myſterio dictū eſſe. q: ma D
ior ſeruiet minori. Egyptus aūt qm̄ interꝑtat afflictio vel af
fligens: vel cōprimēs: ſepe in imagine ponit huius ſeculi: a
quo ſpūalr recedēdū eſt: ne ſimus iugū ducētes cum infideli
bus. Sic enī quiſq; hieruſalē celeſtis ſit ciuis idone⁹: cū pri- 2.Corin.6
mum huic ſeculo renūciauerit: quēadmodū ille ppl's in ter-
ram ꝓmiſſionis duci nō potuit: niſi prius ab egypto recede
ret. Sꝫ ſicut ille nō inde diſceſſit: niſi diuino liberat⁹ auxilio
ſic nemo corde ab hoc ſeculo auertit: niſi diuine miſericordie
munere adiutus. Qđ enī illic ſemel ꝑfiguratū eſt: hoc i iſto
fine ſeculi: in hac (ſicut beatus iohannes aplūs ſcribit) hora
nouiſſima quotidianis eccl'ie fetib⁹ in vnoquoq; credēte cō
pletur. Audite Aplm doctorē gentiū docētē ⁊ exhortantē. 1.Joā.2.
Nolo ei vos inqt ignorare fratres: q: oēs pres nři ſub nube 1.Cor.10
fuerūt:⁊ oēs p mare trāſierūt ⁊ oēs in moyſe baptizati ſunt
in nube ⁊ in mari:⁊ oēs eundē cibū ſpūalē mādueauerūt:⁊
oēs eūdē potū ſpūalē biberūt. Bibebāt aūt de ſpiritali ꝯſe
quēte eos petra: Petra aūt erat xp̄s: Sed nō i oīb⁹ illis bñ
placuit deo. Proſtrati enī ſunt in deſerto. Hec aūt figure nře 1.Cor.10.
facte ſūt. Quid vultis ampli⁹ fratres dilectiſſimi? Certe ma
nifeſtū eſt nō humana ſuſpitione: ſed apl'ica .i. diuinorū dñico
magiſterio: De⁹ ei loqbat i eis:⁊ q̄nis de carneis nubib⁹: tñ
dñs intonabat: Certe ergo tāto teſtimonio manifeſtū eſt il
la oīa figurate geſta: nūc in nřa ſalute cōpleri: qı tūc futura E
ꝓnūciabant: nūc ꝑterita legunt: et ꝓſētia cognoſcunt. Audi-
te quidē qđ eſt mirabili⁹ librorū veterū ſacramēta occultata
atq; velata: nōnulla et parte a libris veterib⁹ reuelari. Nā
Michea propheta ita loquitur: Secundū dies inquit pro- Miche.2.
fectionis eorum ex egypto: oſtendā mirabilia illis: Uidebūt
nationes

nationes ⁊ confundent ab omni vigore eoꝝ: Manibus oꝛa
ſua obſtruent: aures illis exurdabuntur: delingentes terrā:
velut ſerpentes trahentes terram: Conturbabuntur de con
cluſionibus eoꝛum: in dño deo noſtro excident mente: ⁊ ter
rebuntur a te: Quis deo tuo ſimilis auferens iniquitatem:
et tranſgrediens impietatem reſiduis hereditatis tue? Et
non continuit in teſtimoniū iram ſuam: quoniā voluntarius
⁊ miſericoꝛs eſt: Ipſe conuertet ⁊ miſerebitur noſtri: Dimer
get delicta noſtra: demerget in maris profundū omnes cul
pas noſtras. Nempe aduertitis fratres: manifeſtius hic ape
riri ſacroſancta myſteria. In hoc ergo pſalmo q̄uis futura
intueatur mirabilis pꝛophetie ſpiritus: tamen videtur velut
trāſacta narrare. Facta eſt inquit iudea ſanctificatio eius:
mare vidit ⁊ fugit. Et facta eſt: ⁊ vidit ⁊ fugit: preteriti tem
poꝛis verba ſunt: Et cōuerſus eſt ioꝛdanis: ⁊ geſtierunt mō
tes: ⁊ cōmota eſt terra: eodē modo preteritum ſonant: ſine
pꝛeiudicio tamen intelligendi futura. Alioquin: contra euan
gelicum teſtimonium cogimur etiam illa non de futuro pꝛe
Ps. 21. nunciata: ſed de preterito cōmemoꝛata intelligere: Diuiſe
Mat. 27. runt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſuper veſtimentū meū miſerunt
ſoꝛtem. Que q̄uis verbis preteriti tempoꝛis dicta ſint: id ta
men pꝛenunciabāt qđ tanto poſt futurum in paſſione dñi cō
pleretur. Sed tamen dilectiſſimi: pꝛopheta iſte quem cōme
moꝛaui etiā groſſa ⁊ craſſa coꝛda limauit: ⁊ ad intelligenda
de preteritis rebus geſtis futura incunctanter extendit: vt
non ſolum apoſtolica autoꝛitate figuras noſtras illas fuiſ
Coꝛ. x. ſe credamus: ſed nec ab ipſis pꝛophetis hoc pretermiſſum
eſt: vt etiam eoꝛum eloquio panderetur: Videntes atq; gau
dentes certe ac ſecuri de theſauro dei: ⁊ noua ⁊ vetera cōcoꝛ
diter ſibimet coherentia pꝛoferamus. Cum enim tanto poſt
egreſſum populi illius ex egypto: ⁊ tāto ante iſta eccleſie tē
poꝛa hec que cōmemoꝛaui cecinerit: tamē ſe futura pꝛedice
Michee. 7. re ſine vlla dubitatione teſtatur. Scđm dies inquit pꝛfectio
nis eoꝝ ex egypto: oſtēdam mirabilia illis. Videbunt natio
nes: ⁊ confundentur: Hoc eſt qđ hic dictū eſt: Mare vidit et
fugit? Si enim hic per verba preteriti tempoꝛis: ſicut eſt vi
dit ⁊ fugit occulta futura pꝛedicantur: videbunt certe et con
fundentur: quando futuri tempoꝛis verba ſunt: quis audeat
de rebus preteritis cogitare? Et paulopoſt ipſos hoſtes no
ſtros qui nos fugientes vt interimerent ſequebantur: ideſt
Exod. 14. delicta nr̄a: ſicut egyptios in mari obꝛutos: ita in baptiſmo
Michee. 7. demerſa ⁊ extincta luce clarius intimat dicens: Quoniā vo
luntarius ⁊ miſericoꝛs eſt: ipſe conuertet ⁊ miſerebit noſtri:
demerget delicta noſtra: demerget in maris pꝛofundū om
nes culpas noſtras. Quid eſt chariſſimi? Qui vos cognoſci
Gal. 3. tis iſraelitas ſcđm ſemen abꝛae: qui eſtis domus iacob ſcđm pꝛo
miſſionem heredes: cognoſcite etiam vos exiſſe ab egypto:
qui huic ſeculo renūciaſtis: exiſſe de populo barbaro: qui cō
feſſione pietatis vos a blaſphemijs gentiū ſeiunxiſtis. Non
eſt enim lingua veſtra: ſed barbara: que deū laudare nō no
uit: cui vos cantatis Alleluia. Facta eſt enim iudea ſanctifi
catio eius in vobis. Non enim qui in manifeſto iudeus eſt:
neq; que in manifeſto circūciſio eſt in carne: ſed qui in occul
to iudeus eſt et circunciſione coꝛdis. Interrogate ergo coꝛ
da veſtra ſi ea circuncidit fides: ſi purgauit confeſſio: in vo
bis facta eſt iudea ſanctificatio eius: in vobis iſrael poteſtas
Joan. 1. eius. Dedit enī vobis ptātē filios dei fieri. Jam vero recoꝛ
detur vnuſquiſq; veſtrum cum deo velit applicari coꝛ: eiuſq;
ſuaui iugo: recedens a pꝛiſtinis ignoꝛantie ſue deſiderijs de
uotum animum ſubdere: carnalibuſq; huius mūdi factis re
lictis atq; abiectis: in quibus ſine fructu laboꝛabat tanq̄ in
egypto cum lateres ſub dura dominatione diaboli faceret:
Exo. 1. audita voce domini dicentis: Venite ad me omnes qui labo
Mat. 11. ratis et onerati eſtis: et ego vos reficiam: deſertis atq; abie
ctis ſub leuem chꝛiſti ſarcinam currere: Recoꝛdet ergo vnuſ
quiſq; veſtrum quemadmodum omnia ſecularia impedimē
ta ceſſerunt: diſſidentium et diſſuadentium voces aut erum
pere non auſe ſunt: aut conſiderato chꝛiſti nomine per om
nes terras exaltato et honoꝛato: tremefacte ſiluerūt. Ergo
mare vidit et fugit: vt tibi ſine ꝯdictione ad libertatem ſpi
H ritualem panderetur via. Joꝛdanis autem quemadmodum
retroꝛſum conuerſus ſit: nolo extra vos queratis: nolo aliq̄d
mali ſuſpicemini. Increpat enim dominus quoſdā q̄ doꝛſū
ad eum poſuerunt et non faciem. Et quiſquis pꝛincipiū ſuū
deſerit: et a ſuo creatoꝛe auertitur: tanq̄ fluuius in mare la
bitur: in huius ſeculi amaricantem maliciam. Bonum ergo
eſt illi vt retroꝛſum conuertatur: fiatq; illi deus ante faciem
reuertenti: quem ſibi a tergo poſuerat: et fiat illi retro mare
huius ſeculi quod ſibi ante faciem cū illuc laberetur: effece
rat: et ſic obliuiſcatur ea que retro ſunt: vt in ea que in ante
ſunt extendatur: Quod iam cōuerſo vtile eſt. Namq; anteq̄ Phil. 3.
conuertatur: ſi ea que retro ſunt obliuiſcitur: deum obliuiſci
tur: quia ipſum retro fecerat ad quem doꝛſum poſuerat: ⁊ ſi
in ea que ante ſunt extenditur: in ſeculum extēditur: quia ip
ſum ſibi ante faciem poſuerat: quo auidus irruebat. Joꝛda
nis ergo filios ſignificat: qui gratiam baptiſmi perceperunt:
Et ſic ioꝛdanis conuertitur retroꝛſū: cum illi conuertuntur
ad deum: vt eum iam retro non habeant: ſed reuelata facie
gloꝛiam domini ſpeculantes: in eandem imaginem tranſfoꝛ
mentur a gloꝛia in gloꝛiam. Montes geſtierunt velut arie 2. Coꝛin. 3.
tes: fideles diſpēſatoꝛes verbi veritatis: ſancti apoſtoli: ſan
cti euangelij pꝛedicatoꝛes. Et colles velut agni ouiū. Hi ſunt
quibus dicitur: In chꝛiſto ieſu per euangelium ego vos ge 1. Coꝛ. 4.
nui: Hi ſunt quibus dicitur: Non vt confundam vos hec ſcri Ibidem.
bo: ſed vt filios meos chariſſimos moneo: Hi ſunt de quibus Ps. 28.
dicitur: Afferte domino filios arietū. Attendite per omnes
terras qui noſtis iſta mirari et gaudere atq; cantare domi
no deo noſtro: Attendite iſta compleri per omnes gentes:
que ante tā longa tēpoꝛa figurate geſta atq; pꝛedicta ſunt:
Interrogate et dicite: Quid eſt tibi mare quod fugiſti: et tu
ioꝛdanis quia conuerſus es retroꝛſū: montes quia geſtiſtis
velut arietes: et colles ſicut agni ouium? Quid eſt o ſeculū
q̄ tua impedimenta ceſſerunt? Quid eſt o tot milia hominū
toto oꝛbe fidelium huic mundo renunciantium: quod ad ve
ſtrum dominum conuertimini? Quid eſt quod gaudetis: qui Mat. 25.
bus in fine dicetur: Euge bone ſerue: quoniam in paucis fi
delis fuiſti: ſupꝛa multa te conſtituam? Quid eſt q̄ gaudetis
quibus in fine dicetur: Venite benedicti patris mei: percipi
te regnum quod vobis paratum eſt ab oꝛigine mundi? Re
ſpondebunt vobis hec omnia: voſq; ipſi reſpōdebitis vobis. H
⌊ A facie domini † commota eſt terra: a facie † domini dei ia Al. † mota
cob. ⌋ Quid eſt: a facie domini dei iacob: niſi eius pꝛeſentia Al. † nō hꝫ.
qui dixit: Ecce ego vobiſcū ſum vſq; in ꝯſummationē ſeculi? Mat. 28.
Commota eſt enim terra: Sed quia male pigra remanſerat
commota eſt vt ſolidius firmaretur a facie domini: ⌊ Qui cō
uertit petram in ſtagna aquarum: et † rupes in fontes aqua Al. † rupē
rum. ⌋ Seipſum enim et quandam ſuam duriciam liquefe Exo. 17.
cit ad irrigandos fideles ſuos: vt fieret in eis fons aque ſa
lientis in vitam eternam: quia pꝛius cum ignoꝛaretur: dur9
videbatur. Inde illi turbati ſunt et non expectauerunt: do Joan. 4.
nec ſcripturis apertis influeret atq; inundaret in eos: qui di
xerunt: Durus eſt hic ſermo: quis poteſt eū audire? Iſta pe Joan. 6.
tra: iſta duricia conuerſa eſt in ſtagna aquarum: ⁊ iſta rupes
in fontes aquarum: cum reſurgens expoſuit eis: incipiens a
moyſe per omnes pꝛophetas: quia ſic opoꝛtebat chꝛiſtū pa
ti: et miſit ſpiritum ſanctum: de quo dicebat: Si quis ſitit ve
niat et bibat. ⌊ Non nobis domine nō nobis: ſed nomini tuo Luce. 24.
da gloꝛiā. ⌋ Gratia quippe iſta erumpentis aque de petra
(Petra autem erat chꝛiſtus) non quaſi ex operibus precedē 1. Coꝛi. 10.
tibus data eſt: ſed miſerante illo qui iuſtificat impium. Ete Ro. 4. ⁊ 5.
nim chꝛiſtus pꝛo impijs moꝛtuus eſt: ne vllam ſuā homines
ſed nominis dei quererent gloꝛiam. ⌊ Super miſericoꝛdiā Al. † tua.
† inquit: et veritatem tuam. ⌋ Hec duo miſericoꝛdiam et ve Ps. 137.
ritatem aduertite: in ſanctis ſcripturis q̄ ſibi ſepe iungātur.
In ſua quippe miſericoꝛdia vocauit impios: et in veritate
iudicat eos qui vocati venire noluerunt. ⌊ Nequando dicāt
gentes: vbi eſt deus eoꝛum? ⌋ In nouiſſimo enim appare
bit miſericoꝛdia eius et veritas: quādo ſignum filij hominis Mat. 24.
apparebit in celo: et tunc plangent omnes tribus terre: ⁊ nō
dicent: Vbi eſt deus eoꝛū: cum eis non adhuc credend9 pꝛe
dicatur: ſed iam tremendus oſtenditur. ⌊ Deus autē noſter I
in celo: ⌋ Surſum. Nō in celo vbi ſolē et lunam vidēt opera
dei q̄ colūt: ſed in celo ſurſum qđ trāſgredit oīa coꝛpoꝛa cele
ſtia ⁊ terreſtria. Nec ſic eſt in celo de9 noſter: quaſi, ſubtracto
celo ruinā ſine ſede foꝛmidet. In celis enī ⁊ in terra: ⌊ Oia Al. † que
† q̄ voluit fecit: ⌋ Nec indiget operib9 ſuis tanq̄ in eis collocet cunq;.

vt maneat:ſed in ſua eternitate perſiſtit:in qua manēs om
nia quecunq; voluit fecit in celis τ in terra. Neq; enim tam
eum portabant vt ab eo fieri poſſent:quando niſi fierent eū
portare non poſſent. Ergo in quibus eſt ipſe tanq̄ indigen
tia continet:non ab eis tanq̄ indigens continetur. Siue ſic
intelligatur:in celis τ in terra:omnia quecunq; voluit fecit:
vel in ſuperioribus:vel in inferioribus populi ſui voluntariā
gratiam ſuam conſtituit:ne quis de operum meritis glorie
tur: Quia ſiue montes geſtiant velut arietes:ſiue colles ve
lut agni ouium:a facie domini commota eſt terra: ne in ter
renis ſordibus perpetuo remanerent.

¶ Sermo ſcđs de ſcđa parte pſalmi.

¶ Prefatio.

B QUāq̄ fortaſſe omniū pſalmorum ſiitura contextio dili
genter intuentibus:ita vt nullus ſequatur qui non ſu
periori poſſit adiungi:tamen iſtum ita conſideremus tanq̄
vterq; vnus ſit:iſte ſcʒ ac ſuperior: Namq; cum in illo dictū
ſit: Non nobis domine non nobis:ſed nomini tuo da gloriā:
Super miſericordiam tuam τ veritatem tuam:ne quādo di
cant gentes vbi eſt deus eorum:quia inuiſibilem deum coli
mus:qui nullorum corporeis oculis:cordibus autem pauco
rum mundiſſimis notus eſt:tanq̄ ideo poſſint dicere gētes
vbi eſt deus eorum:quia ipſi poſſunt oſtendere oculis deos
ſuos:primo admonuit operibus ſentire preſentiam dei no
ſtri:quia cum ſit in celo ſurſum:in celo τ in terra omnia que
cūq; voluit fecit: Et q̄ſi diceret: Oſtendāt gētes deos ſuos:

¶ Expoſitio eiuſdem partis:

SImulacra:inquit:gentium argentum et aurum:opera
B manuum hominum: ⌋ Id eſt q̄uis deum noſtrum car
Ps.134. nalibus oculis veſtris non poſſimus oſtendere:quem per
opera intelligere debuiſtis:nolite tamen ſeduci vanitatibus
veſtris:quia vos ea que colitis digito poteſtis oſtendere.
Multo quippe honeſtius nō haberetis quod poſſetis oſtē
dere:q̄ vt in eo qđ in iſtis oculis a vobis oſtendit:veſtri cor
S.ps.41.8 dis cecitas oſtendatur. Quid enim oſtenditis:niſi aurum τ
argentum? Habent quidem τ erea τ lignea:τ fictilia ſimula
cra: Nec huiuſcemodi:alterius alteriuſq; materie:ſed precio
ſum eorum maluit cōmemorare ſpiritusſanctus:q: cum in eo
Hiere.2. quiſq; quod illi charius eſt erubuerit:multo facilius auerti
tur a veneratione viliorum. Nam dictū eſt alio loco ſcriptu
rarum de ſimulacrorū cultoribus:dicētes ligno: pater meus
es tu:τ lapidi:tu me genuiſti. Sed ne ſibi ſapientior videat
qui hoc non ligno τ lapidi dixerit:ſed auro et argento:hunc
aſpiciat:huc aure cordis intendat: Simulacra gentium ar
gentum τ aurum. Nō abiectum aliquid τ aſpernabile nomi
natum eſt: Et ei quidem animo qui terra non eſt:terra eſt τ
aurum τ argentum:ſed ſpecioſior atq; fulgētior:ſolidior at
q; firmior. Noli ergo addere manus hominum: vt ex eo me
tallo quod fecit verus deus velis facere falſum deum:immo
falſum hominē:quem pro vero venereris deo: quē quiſquis
pro vero homine in amicitiam reciperet:inſaniret. Ducit eni
C τ affectu quodam infirmo:rapit infirma corda mortaliū for
al' † nō hʒ. mata ſimilitudo: τ membror̄ imitata compago. Sed ſicut
Ps.134. fabricata ſingula oſtendis:ſic oſtende officia ſingulorū:quo
Sap.15. rum te effigies τ humana vanitas trahit. ⌊ Os † enim ha
Al' † palpa bent τ non loquentur:oculos habent τ non videbunt. Aures
bunt. habent τ non audient:nares habent τ non odorabunt. Ma
Al' † guttu nus habent τ non † contrectabunt:pedes habent τ non am
re ſuo. bulabunt:non clamabūt in † faucibus ſuis. ⌋ Iam ergo ar
tifex melior eſt eis:quia ea potuit membrorū motu atq; offi
cio fabricare:quem tamen artificem te vtiq; puderet adora
re. Melior et tu q̄uis ea non feceris: quoniam que illa non
poſſunt facis. Melior eſt etiam beſtia: Ad hoc enim additū
eſt:non clamabunt in faucibus ſuis. Nam cū ſuperius di
xiſſet: Os habent et non loquentur:quid opus erat poſtq̄ a
capite vſq; ad pedes membra decurſa ſunt:de faucium cla
more repetere: niſi cre do:quia illa que de ceteris membris
commemorabat cōmunia eſſe hominibus beluiſq; ſentimus?
Nam τ vident τ audiunt:τ olfaciunt:τ ambulant:τ quedam
ſicut ſimie manibus contrectant. Illud autem quod de ore
dixerat:proprium eſt hominis:quoniam beſtie non loquun
tur. Ne quis autem ad ſola humanorum membrorum opera

referret que dicta ſunt:τ diis gentiū ſolos homines antepo
neret:poſt omnia ſubdidit dicens: Non clamabunt in fauci
bus ſuis:quod rurſum hominibus pecoribuſq; cōmune eſt.
Quod ſi primo dixiſſet:cum ab ore cepit membra percurre
re: Os habent τ non clamabunt:cuncta etiam ſic ad naturā
hominis referrētur:nec facile ibi quicq̄ de communione fe
rarum ſenſus audientis aduerteret. Cum vero illud de ore
dixit:quod hominis proprium eſt:τ poſt enumerationē par
tium corporis quam commemoratis pedibus terminaſſe vi
debatur:adiunxit: Non clamabūt in faucibus ſuis:lectorem
vel auditorem fecit intentum:vt dum querit cur additū ſit:
admoneri ſe inueniat ſimulacris gentium:non tātum homi
nes:ſed etiā beluas ſe debere preponere:vt ſi pudeat ado
rare beſtiam quam fecit deus videntem:audientem:odorā
tem: contrectantem: ambulantem:clamantem in faucibus
ſuis:viderent q̄ pudendum eſſet adorare mutum: τ carens
vita ſenſuq; ſimulacrum:cui ad hoc ineſſet ſimilitudo mem
brorum:vt anima carnalibus ſenſibus dedita: quaſi viuenti
atq; animate forme applicaret affectum:cum ea videret que
in ſuo corpore viua atq; animata ſentiret. Quanto ergo ma
gis vel melius mures atq; ſerpentes et id genus animan
tium colerent: Que de ſimulacris gentium ſi ita dicendum
eſt quodammodo iudicant:in quibus q: nō ſentiūt humanā
vitam non curant humanam figuram: Itaq; in eis plerum
q; nidificant:τ niſi humanis motibus deterreantur:nulla ſi
bi habitacula munitiora conquirunt. Mouet ergo ſe homo
vt viuentem beſtiam a ſuo deo deterreat:τ illum non ſe mo
uentem quaſi potentem colit:a quo meliorem deterruit. De
terruit enim videntem a ceco:audientem a ſurdo:clamantē
a muto:ambulantem ab immobili ſentientem ab inſenſato:
viuentē a mortuo:immo deteriore q̄ mortuo. Mortuū quip
pe ſicut manifeſtum eſt nō viuere:ita manifeſtum eſt aliquā
do vixiſſe: Quapropter deum qui nec viuit nec vixit:profecto D
τ mortuus antecedit. Quid hoc manifeſtius fratres mei di
lectiſſimi? Quid euidentius? Quis puer interrogatus non
hoc certum eſſe reſpondeat q; ſimulacra gentiuʒ os habent
et non loquentur:oculos habent τ non videbūt:τ cetera que
diuinus ſermo contexuit? Cur ergo tātopere ſpiritusſanctus
curat ſcripturarum plurimis locis hec inſinuare atq; incul
care veluti inſcientibus quaſi non hominib' apertiſſima ſint
atq; notiſſima:niſi quia ſpeciem membrorum ſignificat quā
naturaliter in animantibus viuentem videre : atq; in no
biſmetipſis ſentire conſueuimus? Quamq̄ τ illi afferunt in
ſigno aliquo fabrefacto atq; eminenti collocato ſuggeſtu:cū
adorari atq; honorari a multitudine ceperit:parit vnoquo
q; ſordidiſſimū erroris affectum:vt quoniam in illo figmēto
non inuenit vitalem motum:credat numen occultum:effigiē
tamen viuenti corpori ſimilem:ſeductus forma τ commotus
autoritate quaſi ſapientium inſtitutorum obſequentiumq;
turbarum ſine vllo aliquo habitatore eſſe non putat? Hinc
et mala demonia ad poſſidenda gētium ſimulacra talis ho
minum affectus inuitat:quorum preſidētium varia fallacia
mortiferi ſeminantur τ multiplicātur errores. Aliis itaq; lo
cis etiam contra iſta diuine littere vigilant:ne quiſq̄ dicat cū
irriſa fuerint ſimulacra:non hoc viſibile colo: ſed numen qđ
illic inuiſibiliter habitat. Ipſa ergo numina in alio pſalmo
eadem ſcriptura ſic damnat : Quoniam dii gentium inquit Ps.95.
demonia:dominus autem celos fecit. Dicit Apoſtolus: Nō 1.Cor.10.
quod idolum ſit aliquid:ſed quoniam que immolant gētes:
demoniis immolant τ non deo:τ nolo vos ſocios fieri demo
niorum. Videntur autem ſibi purgatioris eſſe religionis qui
dicunt:nec ſimulacrum nec demonium colo:ſed per effigiem
corporalem eius rei ſignum intueor:quā colere debeo. Ita
vero interpretantur ſimulacra:vt alio dicant ſignificari ter 4.de ciui.
ram:vnde templum ſolent appellare telluris:alio mare ſicut ca.10.
neptuni ſimulacro: alio aerem ſicut iunonis : alio ignem ſi
cut vulcani : alio luciferum ſicut veneris: alio ſolem: alio lu
nam:quorum ſimulacris eadem nomina ſicut telluris impo
nunt:alio illud:alio illud ſidus : vel illam vel illam creatu
ram . Neq; enim cuncta enumerare ſufficimus . De quib' iā
rurſus cum exagitari ceperint quod corpora colant : maxi
meq; terram: et mare : et aerem : et ignem: quorum nobis
vſus in promptu eſt: Nam de celeſtibus quoniam noſtro ea

corpore con

corpore contrectare atqꝫ cõtingere:niſi oculoꝝ radijs nõ va
lemus:non ita erubeſcũt:reſpõdere audẽt:nõ ſe ipſa corpo
ra colere:ſed que illis regẽdis preſidẽt numina. Itaqꝫ Apo
Ro.j. ſtoli vna ſentẽtia penã iſtoꝝ dãnationẽqꝫ teſtatur: Qui trãſ
mutauerunt inquit veritatẽ dei in mendaciũ:⁊ coluerunt et
ſeruierũt creature potius ꝙ creatori:qui eſt benedictus deꝰ
in ſecula. Nam priori parte huius ſententie ſimulacra dama
uit:poſteriori aũt interpretationes ſimulacroꝝ. Effigies eñi
a fabris factas appellando nominibus earũ rerũ quas fabri
cauit deus:tranſmutãt veritatẽ dei in mendaciũ:res aũt ip
ſas pro dijs habendo ⁊ venerando ſeruiunt creature potius
ꝙ creatori qui eſt benedictus in ſecula. Quis aũt adorat vel
orat intuens ſimulacrũ qui non ſic afficitur vt ab eo ſe exau
diri putet:ac ab eo ſibi preſtari qđ deſiderat ſperet? Itaqꝫ
homines talibꝰ ſuperſtitionibus obligati:plerũqꝫ ad ipſum
ſolem dorſum ponẽtes preces fundũt ſtatue quam ſolem vo
cant:⁊ cũ ſonitu maris a tergo feriant: neptuni ſtatuã quã
pro ipſo mari colant quaſi ſentientẽ gemitibus feriũt. Hoc
enim facit ⁊ quodãmodo extorquet illa figura membroꝝ vt
animus viuens in ſenſibus corporis magis arbitret ſentire
corpus quod ſuo corpori ſimillimũ videt:ꝙ rotũdum ſolem
vndaſqꝫ diffuſas:⁊ quicquid non eiſdẽ lineamentis formatũ
conſpicit:quibus illa formata ſunt que viuentia videre con
ſueuit. Cõtra hũc affectũ quo humana ⁊ carnalis infirmitas
facile capi poteſt:cantat ſcriptura dei res valde notiſſimas
quibus cõmemoret:⁊ tanꝙ excitet mentes hominũ in cõſue
tudine corporꝝ dormientes. Simulacra inquit gentiũ argen
tum ⁊ aurũ: Sed deus fecit argentũ et aurũ: Opera inquit
manuum hominũ: Hoc enim venerãtur quod ipſi ex auro ar
gentoqꝫ fecerunt. Sed eñi ⁊ nos pleraqꝫ inſtrumenta ⁊ va
ſa ex huiuſcemodi materia vel metallo habemus in vſum ce
lebrandorum ſacramẽtoꝝ:que ipſo miniſterio cõſecrata ſan
cta dicuntur: in eius honore cui p ſalute noſtra inde ſeruit:
Et ſunt profecto etiã iſta inſtrumenta vel vaſa:quid aliud ꝙ
opera manuũ hominũ? Uerũtamẽ nunquid os habent ⁊ non
loquent? Nũquid oculos habent ⁊ nõ videbunt? Nũquid eis
ſupplicamus:qꝛ per ea ſupplicamꝰ deo? Illa cauſa eſt maxi
ma impietatis inſane:ꝙ plus valet in affectibꝰ miſeroꝝ ſimilis
viuẽti forma que ſibi efficit ſupplicari:ꝙ qđ eã manifeſtũ eſt
nõ eſſe viuentẽ vt debeat a viuẽte contemni. Plus eñi valẽt
ſimulacra ad curuandã infœlicem animam quod habẽt ocu
los habent:aures habent: Nares habent:manus habent:pe
des habent:ꝙ ad corrigendã qđ non loquent:nõ videbunt:
non audient:non odorabunt:non cõtrectabunt:non ambula
bunt. Itaqꝫ ſequit:vt illud quoqꝫ fiat quod etiã in hoc pſal
al' † nõ hꝫ. mo ſequitur:vt ſcꝫ. Similes illis fiant † omnes qui faciũt
Ps.134. ea:⁊ omnes qui confidunt in eis. Uideãt ergo iſti apertis
et ſentientibus oculis:⁊ adorent clauſis ⁊ mortuis mentibꝰ:
E nec videntia: nec viuentia ſimulacra: Domus autem iſrael
Ibidem. ſperauit in domino. Spes enim que videtur non eſt ſpes.
Ro.8. Quod enim videt quis quid ſperat? Si autem quod non vi
demus ſperamus:per patiẽtiam expectamus. Sed vt per
duceret vſqꝫ in finem ipſa patientia: Adiutor eorum et
protector eorum eſt. An fortaſſe ſpirituales a quibus car
nales inſtruuntur in ſpiritu manſuetudinis: quia ipſi tanꝙ
ſuperiores pro inferioribus ſupplicant iam vidẽt:⁊ illis iam
res eſt que adhuc inferioribus ſpes eſt? Non eſt ita. Nam et
Domus aaron ſperauit in domino. Ergo vt etiam ipſi
Als † eoꝝ. perſeueranter extendantur in ea que ante ſunt:⁊ perſeuerã
Al' † Qui. ter currant donec apprehendant in quo apprehenſi ſunt: et
al' † nõ hꝫ. cognoſcãt ſicut ⁊ cogniti ſunt: Adiutor † protector eoꝝ eſt.
al' † nõ hꝫ. † Utriqꝫ † enim timẽt dñm † ⁊ ſperauerũt in dominum:adi
al' † nobis. utor eorũ ⁊ protector eoꝝ eſt. Neqꝫ eñi nos meritis noſtris
al' † domini preuenimus miſericordiam dei: Sed Dominus memor
al' † domui fuit noſtri:⁊ benedixit † nos. Benedixit † domum iſrael:be
B nedixit † domum aaron. Utroſqꝫ aũt benedicens: Be
al' † oĩbus nedixit † omnes timentes dominũ. Queris quos vtroſ
ꝗ timent. qꝫ? Reſpondetur: Puſillis cum † magnis: Hoc eſt do
Al' † maio mus iſrael cum domo aaron: eos vtiqꝫ qui ex ipſa gente
ribus. crediderunt in ſaluatorem ieſum: Quia nõ in omnibus illis
1.Cor.10. beneplacuit deo: Sed ſi quidam illorum non crediderunt:
Ro.9. nũquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Abſit. Ne
qꝫ enim omnes qui ſunt ex iſrael:hi ſunt iſraelite: neqꝫ quia

ſunt ſemen abraam:omnes filij:ſed ſicut ſcriptum eſt: Reli
quie ſalue facte ſunt. Ex perſona enim eorũ qui inde credi
derunt dicit: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen Ibidem.
ſicut ſodoma facti eſſemꝰ:⁊ ſicut gomorra ſimiles fuiſſemꝰ.
Sed ideo ſemen:quia ſparſum per terras multiplicatũ eſt.
Dixerunt enim magni de domo aaron. Adijciat dominus
ſuper vos:ſuper vos ⁊ ſuper filios veſtros. Et ita factum
eſt. Acceſſerũt enim etiam de lapidibus ſuſcitati filij abraã. Mat.3.
Acceſſerunt oues que non erant de hoc ouili:vt fieret vnus Joan.10.
grex ⁊ vnus paſtor. Acceſſit fides omniũ gentiũ:⁊ creuit nu
merus non ſolum ſapientium antiſtitum:ſed etiam obedien
tium populoꝝ:adijciente dño nõ ſolum ſuper patres:qui ad
filium in chriſto ceteros imitatores preirent:ſed etiã ſuper fi
lios eoꝝ:qui patrũ pia veſtigia ſequerentur. Nam ſic ait ille
his quos per euãgeliũ in chriſto genuerat: Imitatores mei 1.Cor.4.
eſtote:ſicut ⁊ ego chriſti. Adiecit itaqꝫ dñs:nõ ſolũ ſuper mõ
tes geſtiẽtes ſicut arietes:ſed etiã ſup colles geſtiẽtes ſicut
agni ouium. Proinde his vtriſqꝫ magnis et puſillis:monti
bus ⁊ collibus:arietibus ⁊ agnis:dicet propheta quod ſequi
tur: Benedicti vos dño:qui fecit celũ ⁊ terrã. Tanꝙ di D
ceret: Benedicti vos domino qui vos fecit celum in magnis
terram in puſillis:ſed celum non iſtud viſibile plenum lumi
naribus ad hos oculos pertinentibus. Celum: enĩ: ce
li domino: Qui erexit ⁊ ſublimauit quorũdam ſanctorum
mentes intantum:vt nulli hominum ſed ipſi deo ſuo docibi
les fierent: In cuius celi docibilis comparatione: quicquid
carneis oculis cernitur terra dicenda eſt: quam dedit filijs
hominum:vt eius cõſideratione ſiue ab ea parte qua ſuper
illuſtrat:ſicut eſt hoc quod dicitur celum:ſiue ab ea que ſub
ter illuſtratur:cui proprie terra nomen eſt: cum totum ſicut
cõmemorauimus in illius comparatione quod celum celi di
citur:terra ſit. Terram ergo iſtam totam dedit filijs homi
num:vt eius conſideratione quantũ poſſunt conijciant crea
torem:quem infirmis adhuc cordibus ſine iſto cõiecture ad
minículo videre non poſſunt. Eſt et alius intellectus a quo
diſſimulare non debeo verborum iſtorum quibus dictum eſt:
Celum celi domino: Terram autẽ dedit filijs hominũ:
Ut ab eo qđ diximus et intelleximus non recedat intentio.
Dixeramus enim magnos ⁊ puſillos ſignificari etiam eo qđ
adiectum eſt: Benedicti vos domino qui fecit celum et ter
ram. Si ergo magnos celi:puſillos autem terre nomine ac
cipimus:quoniam puſilli creſcendo futuri ſunt celũ:⁊ in ip
ſa ſpe lacte nutriuntur:ſic ſunt illi magni celum terre cũ par
uulos nutriunt:vt etiam celum celi ſe eſſe intelligant:dũ co
gitant in qua ſpe paruuli nutriantur: Sed tamen quia iam
illi non ab homine:neqꝫ per hominẽ: ſed per ipſum deũ car
punt ſinceritatem:vbertatemqꝫ ſapiẽtie acceperunt:paruu
los futuros quidem celum:vt celũ celi eſſe ſciant:adhuc ta
men terram cui dicat: Ego plantaui:apollo rigauit:ſed deus 1.Cor.3.
incrementum dedit. Ipſis enim filijs hominum quos fecit ce
lum:terrã dedit in qua operentur:qui nouit terre prouide
re per celum. Maneant igitur celum et terra in deo ſuo qui
fecit ea:⁊ viuant ex eo:confitentes ei ⁊ laudantes eum. Nã
ſi ex ſe velint viuere morientur:ſicut ſcriptum eſt: A mortuo Eccli.17.
quaſi qui non ſit:perit confeſſio: Sed Non mortui lauda
bunt te domine:neqꝫ omnes qui deſcendunt in infernum.
Clamat enim alio loco tua ſcriptura: Peccator dum venerit Prouerb.18.
in profundum malorum:contẽnet. Sed nos qui viuimus
benedicimus domino:ex hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum.

Explicit Tractatus de pſ.cxiij.
Incipit Tractatus de pſ.cxiiij.
Expoſitio pſalmi.

A
Dilexi:quoniam exaudiet dominus vocem † depreca al' † orationis
tionis mee. Cãtet hoc anima que peregrinat a dño
cantet hoc ouis illa que errauerat:cãtet hoc filius ille ꝗ mor Luce.15.
tuus fuerat ⁊ reuixit:perierat ⁊ inuentus eſt:cãtet hoc aĩa no
ſtra fratres ⁊ filij chariſſimi: Erudiamur ⁊ permaneamꝰ:⁊ cũ
ſanctis iſta cãtemus: Dilexi qm̃ exaudiet dñs vocẽ depreca
tionis mee. Nũquid ipſa diligendi cauſa eſt: quoniam domi
nus exaudiet vocem deprecationis mee? An non potius
aut ideo diligimus quia exaudiuit: aut ideo diligimus vt

exaudiat? Quid eſt ergo dilexi: qm̄ exaudiet? An qꝛ dilectio
nē ſpes ſolet accēdere. dilexiſſe ſe dixit: qm̄ ſperauit ſe exau-
diturū dei vocē deprecationis ſue? Unde aūt hoc ſperauit?
Al' † Qꝛ. ⌊ † Quoniā inclinauit: ⌋ inquit: ⌊ aurē ſuā mihi: ⁊ in die-
Al' † inuo bus meis † inuocaui. ⌋ Ergo ideo dilexi quoniā exaudiet:
cabo. ideo exaudiet: qm̄ inclinauit aurē ſuam mihi. Sed vnde ſcis
B o anima humana ꝙ inclinauit deus ſuā aurē tibi: niſi dicas
1. Cor. 13. credidi? Manent ergo tria hec: fides: ſpes: ⁊ charitas. Quia
credidiſti ſperaſti: qꝛ ſperaſti iam dilexiſti. Iam ſi querā vn-
de credideris anima inclinaſſe ſibi aurē deū ſuum: nonne re-
Ro. 8. ſpōdebit: qꝛ prior dilexit nos: ⁊ filio proprio nō pepercit: ſed
Ro. 10. pro nobis omnibus tradidit eū? Quō enī inuocabūt in quē
non crediderūt: ait doctor gentiū? Aut quō credent quē nō
audierunt? Quō enim audient ſine predicante? Aut quō pre-
dicabunt niſi mittantur? Cū ergo hec omnia geſta apud me
cernerem: quō non crederē ꝙ inclinauit dñs aurē ſuā mihi?
Et ſic cōmēdauit in nobis dilectionē ſuam: vt chriſtus ꝓ im-
Ro. 5. pijs moreret. Cū igit hec mihi annūciarent ſpecioſi pedes
Eſa. 52. eorum qui annunciauerunt pacē: qui annunciauerunt bona:
Ioel. 2. qꝛ omnis qui inuocauerit nomen dñi ſaluus erit: credidi au-
Ro. 10. rem eius inclinatā mihi: ⁊ in diebus meis inuocaui. Et qui
ſunt dies tui: qm̄ dixiſti: in diebus meis inuocaui? An forte il-
li dies quibus venit plenitudo tēporis: ⁊ miſit deus filiū ſuū
Gal. 4. qui iam dixerat: Tēpore acceptabili exaudiui te: ⁊ in die ſa-
2. Cor. 6. lutis adiuui te? Audiſti ex ore predicatoris venientis ad te pe-
Eſaie. 52. dibus ſpecioſis: Ecce nunc tēpus acceptabile: ecce nūc dies
ſalutis: ⁊ credidiſti: et in diebus tuis inuocaſti et dixiſti: O
dñe erue animā meā. Sunt quidē iſti: ſed et dies meos ma-
gis inquit poſſum dicere dies miſerie mee: dies mortalita-
tis mee: dies ſm̄ adam plenos laboris ⁊ ſudoris: dies ſm̄ ve-
tuſtatem putredinis. Ego enim iacens infixus in limo pro-
Pſ. 68. fundi: ⁊ in alio pſalmo exclamaui: Ecce veteres poſuiſti dies
meos: in his diebus meis inuocaui. Diſtāt quippe dies mei
a diebus dñi mei. Dies meos dico: quos ipſe mihi feci praua
ta audacia: qua deſerui eū. Et quoniā vbiqꝫ ipſe regnat: ⁊ eſt
omnipotens atqꝫ omnitenens: merui carcerē: ideſt ignoran-
tie tenebras: ⁊ cōpedes mortalitatis accepi. In his diebus
Pſ. 141. meis inuocaui: qꝛ ⁊ ego alibi clamo: Educ de carcere animā
meā: Et qm̄ in die ſalutis quē mihi preſtitit adiuuit me: in-
C trat in cōſpectu eius gemitus compeditorū. In his enī die-
Al' † et. bus meis. ⌊ Circundederunt me dolores mortis: † ⁊ peri-
Pſ. 17. cula inferni inuenerunt me: ⌋ Que niſi aberrantē abs te nō
inuenirent me. Nanc autē illa me inuenerunt: Ego vero ea
non inueniebā: qui gaudebā proſperis ſeculi: in quibus plus
fallunt pericula inferni: Sed poſteaꝙ ⁊ ego. ⌊ Tribulatio-
nem ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomē domini inuocaui. ⌋ Latebat
enim me tribulatio ⁊ dolor vtilis: tribulatio de qua dat au-
Pſ. 59. xilium: cui dictū eſt: Da nobis auxiliū de tribulatione: ⁊ vana
ſalus hominis. Ego enim de vana ſalute hominis gaudendū
Mat. 5. et exultandū arbitrabar: ſed cū audiſſem a dño meo: Beati
lugentes: qm̄ ipſi conſolabunt: non expectaui vt prius amit-
terem bona tēporalia quibus male vtebar: ⁊ tunc lugerem:
ſed attendi in eadē temporalia bona ipſam miſeriam meā
qua talibus oblectabar: que ⁊ amittere formidarem ⁊ tene-
re non poſſem: attendi in eam vehementer et fortiter: ⁊ me
non ſolum excruciari aduerſitatibus huius ſeculi: ſed etiam
obligari proſperitatibus vidi: atqꝫ ita tribulationem ⁊ dolo-
D rem qui me latebat inueni: ⁊ nomen domini inuocaui. ⌊ O
Al' † libe domine † erue animam meam. ⌋ Miſer enī ego homo: quis
ra: me liberabit de corpore mortis huius: niſi gratia dei per ie-
Roma. 7. ſum chriſtum dominum noſtrū? Dicat igitur ſanctus popu-
lus dei: Tribulationem ⁊ dolorē inueni: ⁊ nomen domini in-
uocaui: ⁊ audientes reliquie gentium que nondum inuocāt no-
men domini: Audiant ⁊ querant vt inueniāt tribulationē et
dolorē: ⁊ inuocent nomen domini: ⁊ ſalui fiant. Nō hoc eis
dicimus vt querant miſeriam quam nō habent: ſed vt inue-
niant eā quā neſcientes habent: Neqꝫ hoc eis optamus: vt
terrena neceſſaria deſint eis quibus indiget dū mortaliter
viuūt: ſed vt hoc plangāt qđ amiſſa ſacietate celeſti: terrenis
nondū ad fruendū ſtabilib' bonis: ſed ad ſuſtentandū neceſ-
ſarijs indigere meruerunt. Agnoſcant ⁊ lugeant iſtam miſe-
riam: faciat eos beatos lugentes miſericordia: que eos eſſe
ſemper miſeros noluit. ⌊ Miſericors dominus et iuſtus:
et deus noſter miſeretur. ⌋ Miſericors ⁊ iuſtus: ⁊ miſeret.
Miſericors primum: quia inclinauit aurem ſuam mihi: et
neſciebam propinquaſſe aurem dei me ori meo: niſi per illos
ſpecioſos pedes excitatus eē vt inuocarē. Quis enim eum inuo-
cauit: niſi quem ipſe prior vocauit? Hinc ergo primus miſeri-
cors. Iuſtus aūt quia flagellat: ⁊ iterum miſeretur: quia re-
cipit. Flagellat autem omnē filiū quem recipit. Nec tam mi- Heb. 12.
hi amarum debet eſſe qđ flagellat: ꝙ dulce qđ recipit. Quo-
modo enī nos flagellat? ⌊ Cuſtodiens paruulos domin'. ⌋ Ibidem.
Quos grandes querit heredes. Quis enī eſt filius cui non Al' † hūi
det diſciplinam pater eius? ⌊ Humiliatus ſum ⁊ † ſaluū me liauit me.
fecit. ⌋ Saluum me fecit: qꝛ humiliatus ſum. Non enim pe-
nalis ſed ſalutaris dolor eſt: quē ſecādo medicus fecit. ⌊ Cō-
uertere: ⌋ inquit: ⌊ anima mea in requiem tuam: quia do-
minus benefecit tibi: ⌋ Non meritis aut viribus tuis: ſed quo- E
niam dominus benefecit tibi. ⌊ Quoniam † exemit: ⌋ in- Al' † eripuit
quit: ⌊ animam meā † a morte. ⌋ Mira res eſt chariſſimi Pſ. [illegible].
qđ cum dixiſſet in requiem conuertendā animā ſuam: quo- Al' † de.
niam benefecit ei dñs: ſubiecit: Quoniā exemit animā meā
de morte. Ideo ne in requiē conuerteretur: quia erepta eſt
a morte? Nonne magis in morte requies dici ſolet? Que tā-
dem eius actio eſt: cui' vita requies: ⁊ mors inquietudo eſt?
Talis ergo actio debet eſſe anime que tēdit ad quietem ſe-
curitatemqꝫ: non que augeat inquietum laborem: Quoniā
exemit animam meā de morte: qui miſertus eius dixit: Ve- Mat. 11.
nite ad me omnes qui laboratis: ⁊ ego reficiā vos: tollite iu-
gum meum ſuper vos: ⁊ diſcite a me: qꝛ mitis ſum ⁊ humilis
corde: ⁊ inuenietis requiem animabus veſtris: Iugum enim
meum ſuaue eſt: ⁊ ſarcina mea leuis eſt. Mitis itaqꝫ ⁊ humi-
lis corde: tanꝙ viā chriſtum ſequens: debet eſſe anime actio
tendentis ad requiem: non tamen pigra ⁊ deſidioſa: vt cur- Eccli. 3.
ſum conſummet: ſicut ſcriptum eſt: In māſuetudine opera
tua perfice. Etenim ne manſuetudo ad ſegniciē duceretur:
adiunctum eſt: opera tua perfice. Neqꝫ enī ſicut in iſta vita
ſomni requies nos reparat ad actionē: ſed actio bona perdu-
cit ad ſemper vigilantem quietē. Ille autem hec cuncta pre-
ſtat: cūcta exhibet deus: de quo hic dicit: Quoniā dominus
benefecit mihi: quoniā exemit animā meā a morte: ⌊ Ocu- F
los meos a lachrymis: pedes meos a lapſu. ⌋ Hec enim in
ſpe cōpleta erga ſe cantat: quiſquis huius carnis vinculū in- Pſ. 114.
telligit. Vere quippe dictum eſt: Humiliatus ſum: ⁊ ſaluum Ro. 8.
me fecit. Sed ⁊ qꝛ illud apoſtoli verū dicit: Quoniā ſpe ſal-
ui facti ſumus: Et de morte quidē qđ exempti ſumus: recte
dicitur iam eſſe cōpletum: vt mortem intelligamus non cre- Mat. 8.
dentium: de qualib' ait: Dimitte mortuos ſepelire mortuos Pſ. 113.
ſuos: ⁊ illud in ſuperiori pſalmo: Non mortui laudabunt te
dñe: neqꝫ omnes qui deſcendunt in infernū: ſed nos qui viui-
mus benedicimus dominū. Ex hac ergo morte poteſt recte
intelligere homo fidelis: iam exemptā eſſe animā ſuā: eo ip- Ioan. 5.
ſo ꝙ ex infideli fidelis effecta eſt. Unde ipſe ſaluator: Qui
credit in me inquit: tranſitū facit a morte ad vitā. Cetera ve-
ro ſpe completa ſunt in eis: qui nondū ex hac vita emigraue-
runt. Nunc enim cū lapſus noſtros periculoſiſſimos cogita-
mus: non ceſſant a lachrymis oculi. Tunc aūt eximit oculos
noſtros a lachrymis: quando ⁊ pedes a lapſu: qꝛ tunc nullus
erit lapſus ambulantiū pedū: quando infirme carnis nullū
erit lubricū. Nunc vero ꝙuis firma ſit noſtra vita que chri-
ſtus eſt: tamen qꝛ carnem nobis quā iubemur edomare ſub-
ſternimus: in ipſo prorſus opere quo eā ſubditā caſtigam'
nō in eā cadere magnū eſt. Nō aūt in ea labi quis pōt? Qua- Phil. 1.
ꝓpter qꝛ ⁊ in carne ſumus ⁊ in carne nō ſumus: In carne enī
ſumus eo vinculo: quod nondū ſolutum eſt: qđ diſſolui ⁊ eſſe
cum chriſto multo magis optimū: Non aūt ſumus in carne
ex eo qđ ſpiritus primitias dedimus deo: ſi tamē poſſumus Phil. 3.
dicere: qꝛ conuerſatio noſtra in celis eſt: tanꝙ capite placea-
mus deo: pedibus aūt tāꝙ extremis anime partibus adhuc
lubricum ſentiamus. Audi quemadmodū ad ſpē pertineat:
qđ ita cantat velut iā ſit effectū: Exemit inquit oculos meos G
a lachrymis: pedes meos a lapſu: Et tamen nō ait: placeo: Al' † nō hꝫ.
Sed: ⌊ Placebo † in conſpectu † domini: in regione viuo- Al' † dño.
rum: ⌋ Satis oſtendens ab ea parte nondū ſe placere in cō-
ſpectu domini que eſt in regione mortuorum: ideſt in carne
mortali. Quid enim in carne ſunt: deo placere non poſſunt. Ro. 8.

Unde qđ

Ibidem. Unde qđ ſequitur ꝛ dicit idē apoſtolus: Uos aūt non eſtis in
carne: ſm id dicit qđ corpus quidem mortuū eſt propter pec
catum: ſpiritus aūt vita eſt propter iuſtitia: ſm quem place
bant dño: qꝛ ſm ipſum in carne non erant. Quis aūt placeat
Ubi.ſ. deo viuo in corpore mortuo? Sed quid ait? Si autē ſpiritus
eius qui ſuſcitauit ieſum chriſtū a mortuis habitat in vobis:
qui ſuſcitauit ieſum chriſtū a mortuis viuificabit ꝛ mortalia
corpora veſtra propter ſpiritū qui habitat in vobis. Tūc eri
mus in regione viuoꝝ: ex omni parte placentes in conſpectu
2. Cor. 5. dñi: ex nulla ab eo parte peregrini. Quandiu enim ſumus in
corpore peregrinamur a dño: ꝛ inquantum inde peregrina
mur a dño: intantū nō ſumus in regione viuoꝝ. Confidimus
aūt ꝛ bene arbitramur magis peregrinari a corpore: ꝛ imma
Ibidem. nere ad dñm: Et ideo ambimus: ſiue immanētes: ſiue pere
Ro. 8. grinantes placentes illi eſſe. Ambimus quidē nunc: qꝛ expe
1. Cor. 15. ctamus adhuc redēptionē corporis noſtri: Sed cū abſorpta
fuerit mors I victoria: ꝛ corruptibile hoc induerit incorruptio
nem: ꝛ mortale hoc induerit immortalitatē: tunc nullus erit
fletus: qꝛ nullus lapſus: ꝛ nullus lapſus: qꝛ nulla corruptio.
Et ideo iaꝫ nō ambiemus placere: ſed omnino placebimus
in conſpectu dñi in regione viuorum.

¶ Explicit Tractatus de ps̄. cxiiij.

¶ Incipit Tractatus de ps̄. cxv.

¶ Prefatio.

A
2. theſſa. 3. NOtiſſimū arbitror eſſe ſanctitati veſtre qđ ait apoſto
lus: Non eñ eſt omniū fides: ꝛ q maior eſſe ſoleat in
Ro. 10. fidelium multitudo: nō ignoratis: Propter quos dicitur: Do
mine quis credidit auditui noſtro: inter quos etiā illi nume
Phil. 2. rantur: de quibus dicit idē apoſtolus: Omnes ſua querunt:
Phil. 1. nō que ieſu chriſti: Quos alio alio loco dicit: non ex veritate
ſed ex occaſione predicare verbū dei: non caſte: id eſt non ex
animo pure ꝛ ſincere charitatis. Aliud enim ſentiebāt qđ in
eoꝝ moribus apparebat: ꝛ aliud predicabāt: vt ſancto nomi
Ro. 16. ne placerent hominibus. Nā de his iterū dicit: Neqꝫ eñ iſti
deo ſeruiunt: ſed ſuo ventri: quos tamen chriſtū annunciare
permittit. Quāuis eñ ea potius crederēt que ipſi faciebāt
vt morerentur: ea tamē predicabant que ſi alij credentes fa
cerent: ſaluarentur. Nō enim aliud annunciabant preter re
Gal. 1. gulam fidei. Eos quippe excludit apoſtolus dicēs: Si quis
vobis annūciauerit preter id qđ accepiſtis: anathema ſit. Il
li non chriſtū annūciant qui annunciant falſitatē: qꝛ chriſtus
veritas eſt. De iſtis aūt dicit q chriſtuꝫ annuncient: ſed non
Phil. 1. caſte: id eſt nō animo ſimplici ꝛ puro ex fide ſincera que per
Gal. 5. dilectionē operatur. Terrenis quippe cupiditatibus cōſulen
Mat. 10. tes: regnū celoꝝ annunciabant: habentes in pectore falſita
tem: in lingua veritatem. Sciens itaqꝫ apoſtolus etiam per
iudam euangelizanteꝫ credentes eſſe liberatos: iſtos quoqꝫ
Phil. 1. ita permittit: Siue inquit occaſione: ſiue veritate chriſtus an
nuncietur. Veritatē quippe annunciabant: etiā ſi non verita
te: id eſt non vero animo. Iſti loquuntur qđ nō credunt: ꝛ ideo
reprobati ſunt: quis ſint vtiles eis: Quos inſtruit dñs dicēs:
Mat. 23. Que dicunt facite: que aūt faciunt facere nolite. Dicunt eñ
B ꝛ nō faciūt. Unde: niſi qꝛ vtilia nō credūt eſſe que dicūt? Sūt
aūt alij qui credunt et non loquuntur qđ credunt vel pigricia
vel timore. Nā et ille ſeruus qui ſuis talentū habuerit: tamē qꝛ
Mat. 25. erogare noluit: audit a dño iudice: Serue nequā ꝛ piger: Et
Joan. 12. alio euangelij loco dictū eſt: q multi ex principibus iudeorū
credidiſſent in eū: ſed nō eū cōfitebantur: ne expellerentur de ſy
nagogis: Sed ꝛ etiā ipſi reprehēſi atqꝫ reprobati ſunt: Se
Ibidem. quitur enim euangeliſta dicens: Amauerūt enim gloriā ho
minum magis q dei. Si ergo ꝛ illi qui veruꝫ qđ loquuntur nō
credunt: ꝛ illi qui verū qđ credunt nō loquuntur: merito repro
bantur: quis erit ſeruus vere dicendus fidelis: niſi ille cui di
Mat. 25. citur: Euge ſerue bone: quoniam in modico fuiſti fidelis: ſu
pra multa te cōſtituā: intra in gaudiū dñi tui? Talis itaqꝫ ſer
uus nec anteq credat loquitur: nec cū crediderit tacet: Uel
ſic eroget vt ipſe non habeat: vel qđ habet non erogādo nō
habeat. Sicut enim dictū eſt: Qui habet dabitur ei: ſic: qui
Mat. 13. autem non habet ꝛ quod habet auferetur ab eo. Dicat ergo
iſte bonus ſeruus cantans ⌊ Alleluia ⌋ Id eſt ſacrificans
dño ſacrificiū laudis: ei a quo auditurus eſt: Intra I gaudiū
domini tui: exultet ꝛ dicat:

¶ Expoſitio pſalmi.

¶ Credidi ꝓpter qđ locutus ſum: ⌋ Hoc eſt perfecte cre C
didi. Nō eñ perfecte credunt: qui qđ credūt loqui no 2. Cor. 4.
lunt. Ad ipſam eñ fidem pertinet etiaꝫ illud credere quod
dictum eſt: Qui me confeſſus fuerit corā hominibus: cōfite Mat. 10.
bor euꝫ coram angelis dei. Ex hoc enim eſt appellatus fide Mat. 25.
lis ille ſeruus: non tantū qꝛ accepit: ſed qꝛ impendit atqꝫ lu
cratus eſt. Ita ꝛ hoc loco non ait: credidi et locutus ſum: ſed
propter hoc dicit ſe locutū eſſe quia credidit. Simul eñ cre
didit: ꝛ qđ premiū loquendo ſperaret: ꝛ quaꝫ penam tacēdo
timere deberet. Credidit inquit propter quod locutus ſum:
⌊ † Ego aūt humiliatus ſum nimis. ⌋ Paſſus eñ eſt mul
tas tribulationes propter verbū quod fideliter tenebat: fi
deliter impēdebat: ꝛ humiliatus eſt nimis. Quod illi timue Joan. 12.
runt: qui amauerunt gloriā hominū magis q dei. Sed quid
eſt: ego autem? Diceret potius: credidi propter qđ ꝛ locutus
ſum: ꝛ humiliatus ſuꝫ nimis. Cur addidit: ego autem: niſi qꝛ
homo humiliari poteſt ab eis qui veritati contradicunt: non
ipſa veritas quā credit ꝛ loquitur? Unde ꝛ Apoſtolus cū de
catena ſua diceret: ſed ſermo inquit dei nō eſt alligatus. Sic 2. Thimo. 2.
et iſte: qꝛ ipſa eſt vna perſona ſanctoꝝ teſtium: hoc eſt marty
rum dei: credidi inquit propter quod locutus ſum: Ego aūt D
non illud qđ credidi: nō ſermo quē protuli: ſed ego humilia al † nō hẽ.
tus ſum nimis ⌊ Ego † aūt dixi in † extaſi mea: omnis ho Al † exceſ
mo mendax. ⌋ Extaſin pauorē dicit: quē cōminantibus per ſu meo.
ſecutoribus ꝛ impēdentibus paſſionibus cruciatus aut mor Ro. 3.
tis: humana infirmitas patitur. Hoc eñ intelligimus: qꝛ in
iſto pſalmo vox martyrum apparet. Nam ꝛ alio modo dicit
extaſis: cum mens non pauore alienatur: ſed aliqua inſpira
tione reuelationis aſſumitur. Ego aūt dixi in extaſi mea: om
nis homo mendax. Conterritus enim reſpexit infirmitatem
ſuam: ꝛ vidit non de ſe ſibi eſſe preſumendū. Quantuꝫ enim
ad ipſum hominē pertinet mendax eſt: ſed gratia dei verax
effectus eſt: ne preſſuris inimicorum cedens non loqueretur
qđ crediderat: ſed negaret: ſicut petro accidit quoniaꝫ de ſe Mat. 26.
preſumpſerat: ꝛ docendus erat de homine non eſſe preſumē
dū: Et ſi de homine non debet quiſqꝫ preſumere: vtiqꝫ nec
de ſeipſo: quia homo eſt. Bene ergo iſte vidit in pauore ſuo
omnē hominem eſſe mendacē: qꝛ ꝛ illi qui nullo pauore vane
ſcunt: ne perſequentibus cedēdo mentiantur: muneribus dei
tales ſunt: nō viribus ſuis. Proinde veriſſime dictū eſt: Om Ps̄. 81.
nis homo mendax: ſed deus verax qui ait: Ego dixi dij eſtis
et filij altiſſimi omnes. Uos aūt ſicut homines moriemini: ꝛ
ſicut vnus ex principibus cadetis. Cōſolatur humiles: ꝛ im
plet eos: non ſolum fide credenda: ſed etiam fiducia predi
cande veritatis: ſi perſeuerantes ſubdantur deo: nec imitentur
vnum ex principibus diabolū: qui in veritate non ſtetit ꝛ ce
cidit. Si enim omnis homo mendax: intantū non erunt mē Joan. 8.
daces: inquantū non erūt homines: qꝛ dij erunt ꝛ filij altiſſi
mi omnes. Hoc itaqꝫ conſiderans deuotiſſimus populus fi
delium teſtium: quomodo infirmitatem humanā dei miſeri
cordia non relinquat: in cuius infirmitatis pauore dictū eſt:
Omnis homo mendax: quomodo cōſoletur ꝛ humiles: ꝛ im
pleat ſpiritu fiducie trepidantes: vt pene mortuo corde reui 2. Cor. 1.
uiſcant: nec in ſemetipſis fidentes ſint: ſed in eo qui ſuſcitat Sap. 10.
mortuos: ꝛ linguas infantiū facit diſertas: qui ait: Cum aūt Mat. 10.
tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini:
dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim
vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur
in vobis. Hec ergo omnia conſiderans ille qui dixerat: Ego
dixi in pauore meo: omnis homo mendax: ꝛ vidēs gratia dñi
ſe factū veracem: ⌊ Quid retribuā: ⌋ inquit: ⌊ dño pro om E
nibus que † retribuit mihi? ⌋ Non ait pro omnibus que tri al † tribuit.
buit mihi: ſed pro oībus que retribuit mihi. Que igitur pre
ceſſerant hominis: vt omnium bonorum dei non attributio:
ſed retributio vocari poſſit? Que preceſſerant hominis niſi
peccata? Retribuit ergo deus bona pro malis: cui homines
retribuunt mala pro bonis. Hec enim retribuerunt qui dixe
runt: Hic eſt heres: venite occidamus eum. Sed querit iſte Mat. 21.
quid retribuat domino ꝛ non inuenit: niſi ex eis que ipſe do
minus retribuit. ⌊ Calicem: ⌋ inquit: ⌊ ſalutaris accipiam:
et nomen domini inuocabo. ⌋ O homo peccato tuo mēdax
dono dei verax: Et ideo iam non homo: quis tibi dedit cali
cem ſalutaris: quem accipiens ꝛ inuocans nomen domini re.

tribues ei pro omnibus que retribuit tibi? Quis niſi ille qui
Mat.20. ait: Poteſtis bibere calicem quē ego bibiturus ſum? Quis
tibi dedit imitari paſſiones ſuas: niſi qui propter te paſſus
Al† Uota eſt prior? Ideoq; ⌊ † Precioſa in conſpectu dñi mors ſancto
mea dño rum eius. ⌋ Emit enim eam ſanguine ſuo quem prior fudit
reddā co- pro ſalute ſeruorū: ne pro domini nomine ſerui fundere du-
rā oīs po bitarent: quod tamē eorum non domini vtilitate proficeret.
pulo eius. Confiteatur itaq; conditionem ſuam mancipium tanto pre-
F cio comparatū: ⁊ dicat: ⌊ O domine † ego ſeruus tuus: ego
Al† quia. ſeruus tuus ⁊ filius ancille tue. ⌋ Ergo ⁊ emptus eſt ⁊ ver
Sap.9. naculus eſt. An cū matre ſimul eſt empt⁹? An q: vernaculus
eſt propter peccata fuge ſue depredatus: ⁊ ideo emptus: q:
redēptus eſt? Filius enim eſt ancille ſm qd omnis creatura
ſubdita creatori eſt: ⁊ veriſſimo domino veriſſimum debet fa
mulatum: Quem cum exhibet libera eſt: hanc accipiēs a do
mino gratiā: vt ei nō neceſſitate: ſed volūtate deſeruiat. Er
Gal.4. go iſte filius eſt hieruſalem celeſtis que ſurſum eſt: mater
omnium noſtrū libera. Et libera quidē a peccato: ſed ancilla
Gal.5. iuſticie: Cuius filijs adhuc peregrinantibus dicitur: Uos in
Ibidem. libertatē vocati eſtis. Sed rurſus eos ſeruos facit: dicēs: ſed
Ro.6. in charitate ſeruite inuicem. Quibus item dicitur: Cum ſer-
ui eratis peccato: liberi eratis a iuſticia: nunc vero liberati a
peccato: facti autē ſerui deo: habetis fructū veſtrum in ſan
ctificationem: finem vero vitam eternam. Dicat ergo deo ſer
uus iſte: Multi ſe martyres dicunt: multi ſeruos tuos: quia
nomen tuum habent in varijs hereſibus ⁊ erroribus: ſed q:
pter eccleſiā tuā ſunt: nō ſunt filij ancille tue: ego aūt ſeruus
al† hoſtiā tu⁹: ⁊ fili⁹ ancille tue. ⌊ Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo
Al† ⁊ no- † ſacrificiū laudis †. ⌋ Neq; em̄ inuenio vlla merita mea: qm̄
men dñi in tu dirupiſti vincula mea: ideo ſacrificiū laudis tibi debeo: Q:
uocabo. et ſi gl'iabor q̄ ſeru⁹ tu⁹ ſum: ⁊ fili⁹ ancille tue: nō in me: ſed in
G te domino meo gloriabor: qui dirupiſti vincula mea: vt a fu-
ga rediens religarer tibi. ⌊ Uota mea domino reddam. ⌋
Que vota redditurus es? Quas vouiſti victimas? Que incē
ſa? Que holocauſta? An ad illud reſpicis qd paulo ante dixi-
ſti: Calicem ſalutaris accipiam: ⁊ nomē domini inuocabo: et
tibi ſacrificabo ſacrificium laudis? Et reuera quiſquis bene
cogitat quid voueat domino: ⁊ que vota reddat: ſeipſum vo
ueat: ſeipſum reddat: Hoc exigitur: hoc debet. Inſpecto nū
Mat.22. mo dñs dicit: Reddite ceſari que ceſaris ſunt: ⁊ deo que dei
ſunt. Imago ſua reddatur ceſari: imago ſua reddatur deo.
Sed qui meminit non ſolū ſeruum ſe eſſe dei: ſed ⁊ filiū an-
cille dei: videt vbi reddat vota ſua: cōformatus chriſto per ca
† Scdm licem ſalutaris. ⌊ † In atrijs: ⌋ inquit: ⌊ domus domini. ⌋
aliā trām Que domus dei eſt: hec ancilla dei eſt. Et que domus dei: ni
iſte verſicu ſi omnis populus eius? Ideo ſequitur: ⌊ In conſpectu om-
lus ſubiūn nis populi eius. ⌋ Et apertius iam nominat ipſam matrē.
git ſequēs. Quid eſt enī aliud populus eius niſi qd ſequitur: ⌊ In me-
dio tui hieruſalem? ⌋ Tunc eſt enim quod redditur gratū
ſi de pace atq; in pace reddatur. Qui autē filij huius ancil-
le nō ſunt: bellum potius q̄ pacem amauerunt. Ne quis au
tem exiſtimet atria domus domini: ⁊ omnem populū eius
iudeos ſignificari: q: ita clauſit iſte pſalmus vt diceret: In
medio tui hieruſalē: cuius nomine carnales iſraelite glorian
tur: audite ſequentē pſalmū: qui quatuor verſiculis cōtinet.

Explicit Tractatus de pſ̄.cxv.

Incipit Tractatus de pſ̄.cxvj.

Expoſitio pſalmi.

B Laudate dominū omnes gentes: laudate eum omnes
populi. ⌋ Hec ſunt atria domus domini: ille omnis po
pulus eius: hec vera hieruſalē. Audiant magis illi iudei qui
huius ciuitatis filij eſſe noluerunt: cū ſe ab omnium gentiū
cōmunione preciderunt: ⌊ Quoniā cōfirmata eſt ſuper nos
miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in eternū. ⌋ Hec
ſunt duo illa: miſericordia ⁊ veritas: que in centeſimotertio
decimo pſalmo memorie cōmendanda cōmonui. Confirma
ta eſt aūt ſuper nos miſericordia domini: cū eius nomini per
quod liberati ſumus inimicarum gentium rabida ora ceſſe-
runt: ⁊ veritas domini manet in eternū: ſiue in eis que pro-
miſit iuſtis: ſiue in eis que minatus eſt impijs.

Explicit Tractatus de pſ̄.cxvj.

Incipit Tractatus de pſ̄.cxvij.

Prefatio.

Audiuimus fratres admonentem nos atq; hortātem
ſpiritumſanctum: vt ſacrificiū confeſſionis offeramus B
deo. Confeſſio autem: vel laudis eius eſt: vel peccatorū no-
ſtrorum. Et illa quidem confeſſio qua peccata noſtra deo cō
fitemur: omnibus nota eſt: ita vt hanc ſolā dici confeſſionē
in ſcripturis ſanctis minus erudita exiſtimet multitudo. Nā
vbi hoc verbū lectoris ore ſonuerit: continuo ſtrepitus piis
pectora tundentiū conſequitur. Sed debent aduertere quo
modo dictum ſit in alio pſalmo: Quoniam ingrediar in lo-
cum tabernaculi admirabilis vſq; ad domū dei: In voce ex- Pſ̄.41.
ultationis ⁊ confeſſionis: ſoni feſtiuitatem celebrantis. Hinc
enim certe manifeſtum eſt: vocem confeſſionis ⁊ ſonum: non
ad merorem penitentie: ſed ad leticiam feſtiuitatis celeber
rime pertinere. Aut ſi de tā manifeſto teſtimonio quiſq̄ ad-
huc dubitat: quid dicturus eſt ad illud quod in Eccleſiaſtico
ſcriptum eſt: Benedicite dominum omnia opera ipſius: da-
te nomini ipſius magnificentiā: ⁊ confitemini in laudem ip-
ſius in canticis labiorum ⁊ in citharis: ⁊ ſic dicetis in confeſ- Eccli.39.
ſione: qm̄ omnia opera dñi bona nimis? Hic certe nullus vel
tardiſſimus ambigit confeſſionem in dei laudibus poni: niſi
forte tanta eſt in cuiuſq̄ mēte peruerſitas: vt dicere audeat
etiam ipſum dominum ieſum chriſtū peccata ſua patri eſſe
confeſſum. Quod ſi aliquis impius propter nomen cōfeſſio-
nis temptaret obijcere: faciliime refelleretur ipſa contextio
ne verborum. Sic enim loquitur: Confiteor inquit tibi pa-
ter domine celi ⁊ terre: qui abſcondiſti hec a ſapientibus et Mat.11.
prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis: Ita pater: quoniam ſic
placitum fuit coram te. Quis non eū intelligat in laude pa-
tris hec dicere? Quis non videat iſtam confeſſionem non ad
dolorem cordis: ſed ad gaudium pertinere: cui etiam preceſ
ſerit euāgeliſta dicens: In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſan-
cto ⁊ dixit: confiteor tibi pater? Quapropter chariſſimi quo Luce.10.
niam nullo modo eſt omnino dubitandū: tot congruentibus
teſtimonijs: quorum ſimilia in ſcripturis per vosipſos pote-
ſtis aduertere: non tātum in peccatis: ſed ⁊ in laudibus dei
confeſſionem diuinis literis ſolere nominari: quid congruē-
tius in hoc pſalmo quando ⌊ Alleluia ⌋ cātamus: quod eſt:
laudate dominum: nos admoneri intelligimus cū audimus:

Expoſitio pſalmi.

Confitemini domino: ⌋ q̄ id ipſum ſcilicet vt laudem⁹
deum? Non potuit laus dei breuius explicari: q̄ vt di- B
ceretur: ⌊ Quoniā bonus eſt. ⌋ Quid ſit grandius iſta bre- Pſ̄.105.
uitate non video: cum ita ſit proprium deo qd bonus eſt: vt et.106.
a quodā cōpellatus ipſe filius dei cum audiret: magiſter bo- iudith.13.
ne: ab eo ſcz qui carnem eius intuens: ⁊ diuinitatis plenitu-
dinem nō intelligens: ſolū hominē arbitrabatur: reſponde-
ret: quid me interrogas de bono? Nemo bon⁹: niſi vnus de⁹.
Quid eſt aliud dicere: q̄ ſi me bonū vis appellare: intellige marci.10.
et deum? Sed quoniā populo dicitur in prenūciatione futu
rorum liberato ab omī labore ⁊ captiuitate peregrinationis
et ab omni permixtione iniquorū quod ei per gratiā dei pre-
ſtitū eſt: non ſolū non retribuentis mala pro malis: ſed etiā
retribuentis bona pro malis: conuenientiſſime adiunctum
eſt: ⌊ Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicat † Al† nunc.
autem † domus iſrael quoniam bonus: quoniam in ſecu- al† nō hꝫ.
lum miſericordia eius. Dicat † autem domus aaron quoniā Al† nunc.
bonus: quoniā in ſeculū miſericordia eius. Dicat nunc † om C
nes qui timēt dominū: quoniā in ſeculū miſericordia eius. ⌋ al† nobꝫ.
Recognoſcitis credo chariſſimi que ſit domus iſrael: que ſit
domus aaron: Et quoniā vtriq; ſunt timentes dominū: Ipſi Pſ̄.113.
enim ſunt puſilli cum magnis: iam in alio pſalmo bene inſi-
nuati cordibus veſtris: Quorum numero nos omnes in eius
gratia qui bonus eſt: ⁊ in ſeculū miſericordia eius: ſociatos
eſſe gaudeamus: quoniam exauditi ſunt qui dixerunt: Adij- Ibidem.
ciat dominus ſuper vos ⁊ ſuper filios veſtros: vt iſraelitis in
chriſtum credentibus: et quorum numero ſunt apoſtoli pa-
tres noſtri: ⁊ ad eminentiam perfectorum: ⁊ ad obedientiam
paruulorum adiungeretur numerus gentium: vt dicamus:
omnes facti vnum in chriſto: facti vnus grex ſub paſtore vno

et corpus

Alſ† De. et corpus ſilius capitis tanꝙ vnus homo dicamus: ⌊ † In
Alſ† dño. tribulatione inuocaui dominum:⁊ exaudiuit me in latitudi-
D ne. † ⌋ Anguſtia noſtre tribulationis finitur: Latitudo au-
Ro.8. tem quo tranſimus:non habet terminū. Quis enim accuſa-
Heb.13. bit aduerſus electos dei? ⌊ Dñs mihi adiutor † eſt: non ti-
al'† nō hꝫ. mebo quid faciat mihi homo. ⌋ Sed nunquid ſolos homi-
Ephe.6. nes habet inimicos eccleſia? Quid eſt homo carni ⁊ ſangui-
ni deditus:niſi caro ⁊ ſanguis? Sed ait apoſtolus: Nō eſt no-
bis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus
principes ⁊ rectores mundi tenebrarum harum:ideſt recto-
res iniquoꝝ mundum iſtum diligentiū: ⁊ propterea tenebra-
Ephe.5. rum:quia ⁊ nos fuimus aliquando tenebre:nunc autem lux
Ephe.2. in dño: Aduerſus ſpiritualia inquit nequitie in celeſtibus:id
eſt diabolum ⁊ angelos eius: Quem diabolum alio loco di-
cit principem poteſtatis aeris huius. Audi ergo quod ſequi-
tur: ⌊ Dominus mihi adiutor eſt:⁊ ego deſpiciam inimicos
meos. ⌋ Ex quolibet genere inimici exurgāt: ſiue ex nume-
ro malorum hominum:ſiue et numero malorum angelorum
in domini adiutorio deſpicientur:cui confitemur laudem:cui
cantamus alleluia. Deſpectis aūt inimicis:non ſic mihi tan-
ꝙ bonus homo ſe amicus opponat:vt in ſe ſpeꝫ meā iubeat
collocari. ⌊ Bonum eſt: ⌋ enim: ⌊ confidere in domino: ꝙ̄
confidere in homine. ⌋ Nec quiſquis ſm quendam moduꝫ
Mat.10. dici poteſt angelus bonus:ſic a me cogitetur ait:vt in eo cō-
fidere debeam. Nemo enim bonus:niſi ſolus deus. Et cum
videntur adiuuare homo vel angelus:cum hoc vera dilectio-
ne faciunt:ille per eos facit qui eos pro modo eorum bonos
fecit. ⌊ Bonum eſt: ⌋ ergo: ⌊ ſperare in domino: ꝙ̄ ſperare
in principibus. ⌋ Nam et angeli dicti ſunt principes:ſicut in
Dañ.12. Daniele legimus: Michael princeps veſter. ⌊ Omnes gen-
Alſ † cir- tes † circundederunt me:et in nomine domini vltus ſum †
cūierunt. eos. Circundantes circundederunt me: ⁊ in nomine domini
E vltus ſum † eos. ⌋ Qđ ait: Omnes gentes circundederūt
Al'ſ† in. me:⁊ in nomine dñi vltus ſum eos:ſignificat eccleſie labores
Alſ† in. atqꝫ victoriaꝫ. Sed quaſi cauſa quereretur:vnde tāta mala
ſuperare potuerit reſpectū eſt ad exemplum:⁊ dixit quid pri-
mo paſſa ſit in capite ſuo:addēdo quod ſequitur: Circūdan-
tes circūdederunt me. Et bene ibi non repetitum eſt:omnes
gentes:quod a iudeis ſolis factuꝫ eſt. Et in nomine domini
vltus ſum in eos quiat illic ipſe pius populus quod eſt cor-
pus chriſti perſecutores ſuos vicit:de cuius genere caro illa ſuſ-
cepta ⁊ ſuſpenſa eſt pro quo factum eſt quicquid ab illa inte-
riore diuinitate per exteriorem carnem virtute immortali-
al'† nō hꝫ. ter factum eſt. ⌊ Circundederunt me ſicut apes † fauum:⁊
exarſerūt ſicut ignis in ſpinis:⁊ in nomine domini vltus ſum
in eos. ⌋ Hic iam ex ordine geſtarum rerum: etiam verbo-
rum ordo contexitur. Nam ipſum dominū caput eccleſie: re-
cte accipimus circundatum a perſecutoribꝰ:ſicut circundant
apes fauum. Quid enim ab ignorantibus geſtum ſit: myſti-
ca ſubtilitate ſpiritusſanctus loquif. Mel quippe apes ope-
Pſ̄.33. rantur in fauis. Neſciētes autem perſecutores domini:fece-
Ro.4. runt eum nobis in paſſione dulciorem: vt guſtemus ⁊ videa-
mus ꝙ ſuauis eſt dominus:qui mortuus eſt propter delicta
noſtra:⁊ reſurrexit propter iuſtificationeꝫ noſtram. Iam ve-
ro quod ſequitur: Et exarſerunt velut ignis in ſpinis:in eius
corpore:hoc eſt in populo vbiqꝫ diffuſo melius intelligif:quē
circundederant omnes gentes:cum ſit collectus de omnibꝰ
gentibus. Exarſerunt quippe velut ignis in ſpinis: quando
peccatricem carnem:atqꝫ huius mortalis vite moleſtiſſimas
compunctiones:perſecutionis incendio cremauerunt. Et in
nomine inquit domini vltus ſum in eos. Siue quia ⁊ ipſi ma-
licia que in eis iuſtos perſequebatur extincta:chriſtiano po-
pulo ſociati ſunt: Siue quia ceteri eorum qui contempſerūt
F hoc tempore vocantis miſericordiam: veritatem iudicantis
al'† impulſ- in fine ſenſuri ſunt. ⌊ † Tāꝙ̄ cumulus harene impulſus ſuꝫ
ſus euerſꝰ vt caderem: et dñs ſuſcepit me. ⌋ Quamuis enim eſſet iam
ſum vt ⁊c̄. magna multitudo credentium quaſi arene innumerabili cō-
paranda:⁊ in vnā ſocietatem tanꝙ̄ in cumulum ducta:tamē
Pſ̄.3. quid eſt homo niſi ꝙ memor es eius? Non dixit abundantiā
numeri mei:numerus gentium ſuperare non valuit:ſed do-
minus inquit ſuſcepit me. Multitudinem ergo fidelium in
vnitate fidei ſimul habitanteꝫ:perſecutio gentiū quo impel-
leretvt deijceret non habebat:quando in eum creditum eſt

qui ⁊ ſingulos ⁊ omnes vbiqꝫ ſuſciperet:quia eis inuocanti-
bus nuſꝙ̄ deeſſe potuiſſet. ⌊ Fortitudo mea et † laudatio Al'† lau.
mea dominus:⁊ factus eſt mihi in ſalutē. ⌋ Qui ergo cadūt Exod.15.
cum impelluntur: niſi qui ſua ſibi fortitudo ⁊ ſua ſibi volunt Eſa.12.
eſſe laudatio? Nullus quippe in certamine cadit: niſi cuius
fortitudo ⁊ laudatio cadit. Quapropter cuius fortitudo ⁊ lau-
datio eſt dominus:tam non cadit ꝙ non cadit dominus: Et
ideo eis factus eſt in ſalutem: Non quia ipſe aliquid factus
eſt quod ante non erat:ſed,q: ipſi cum in eum crederent: qđ
non erant facti ſunt:et iam ipſe non ſibi ſed illis: qđ auerſis
a ſe non erat:ſalus cepit eſſe conuerſis. ⌊ Vox † letitie ⁊ ſa- Alſ† exul-
lutis in tabernaculis iuſtorum: ⌋ Vbi voceꝫ meroris ⁊ exiti tationis.
putabant eſſe qui in eorum corpora ſeuiebant. Nō enim ſen-
tiebant interiora gaudia ſanctorum de ſpe futura. Vnde et
apoſtolus dicit: Quaſi triſtes:ſemper autem gaudentes. Et 2.Cor.6.
iterum: Non ſolum autem:ſed etiaꝫ gloriamur inquit in tri- Ro.5.
bulationibus. ⌊ Dextera domini fecit in virtutem. ⌋ Quā
virtutem dicit? ⌊ Dextera ⌋ inquit: ⌊ dñi exaltauit me. ⌋
Magna virtus exaltare humilem:deificare mortaleꝫ: prebe-
re de infirmitate perfectionē:de ſubiectione gloriam:de paſ-
ſione victoriam:dare auxilium de tribulatione:vt afflictis ve-
ra ſalus dei pateſceret: affligentibus autem vana ſalus ho-
minis remaneret. Magna hec: Sed quid miraris ſi aliquid
repetat? Audi quid repetat. Non homo ſe exaltauit:non ho-
mo ſe perfecit:non ſibi homo gloriam dedit:non homo vicit
non homo ſibi ſaluti fuit: ⌊ Dextera domini fecit virtutem.
Non moriar ſed viuam:⁊ † enarrabo opera domini. ⌋ Et il- al'† narra-
li ſtragem funerum vbiqꝫ facientes:eccleſiam chriſti mori ar- bo.
bitrabanf. Ecce nunc enarrat opera domini. Vbiqꝫ chriſtus G
beatorum martyrum gloria eſt: Vicitꝰ vapulando ferientes:
patiendo impatientes:diligendo ſeuientes. Tamen cur tan-
ta indigna pertulit corpus chriſti:ſancta eccleſia:populus in
adoptionem:indicet nobis. ⌊ Emendans ⌋ inquit: ⌊ emē- Alſ† caſti-
dauit me dominus:⁊ morti nō tradidit me. ⌋ Nō ergo quiſ- gans caſti-
ꝙ viribus ſuis uiciſſe arbitretur fremitus impioꝝ: Non ha- gauit.
beret iſtam poteſtatem:niſi ſibi data eſſet deſuper. Sepe
filios paterfamilias per nequiſſimos ſeruos emēdari iubet
cum filiis hereditateꝫ:illis compedes prepararet. Que eſt iſta
hereditas? Auri eſt:an argenti:an gemmarū: aut fundoꝝ:
amenoriqꝫ prediorum? Vide qua intref:⁊ cognoſce quid ſit.
⌊ Aperite: ⌋ inquit: ⌊ mihi portas iuſtitie. ⌋ Ecce audiui-
mus portas: Quid eſt intus? ⌊ Ingreſſus: ⌋ inquit: ⌊ in eas
confitebor domino. ⌋ Illa confeſſio laudis eſt admirabilis
vſqꝫ ad domum dei:in voce exultationis ⁊ confeſſionis: ſoni
feſtiuitatem celebrantis. Hec eſt eterna beatitudo iuſtoꝝ: Pſ̄.41.
q: beati ſunt qui inhabitant in domo dei:in ſecula ſeculoꝝ Pſ̄.83.
laudantes eum. Sed vide quemadmodū intretur in portas
iuſtitie. ⌊ † Hec porte domini: ⌋ inquit: ⌊ iuſti intrabunt in
† eas. ⌋ Has ſaltem nemo intrat iniuſtus:in illam hieruſa- Alſ † hec
lem que non recipit incircuncifum carne:vbi dicitur: Cane- porta.
foris: Satis ſit qđ in longinqua peregrinatione mea inhabi- Al'† eam.
taui cum tabernaculis cedar:⁊ cum his qui oderunt pacem Apoc̄.22.
eram pacificus: Pertuli vſqꝫ in finem permixtionem maloꝝ Pſ̄.119.
ſed he porte domini:iuſti intrabunt in eas. ⌊ Confitebor ti-
bi † domine quoniam exaudiſti me:⁊ factus es mihi in ſalu- al'† nō hꝫ.
tem. ⌋ Quāſepe oſtendif laudis eſſe iſta confeſſio:nō vulne-
ra medico oſtendēs:ſed de percepta ſanitate gratias agēs. H
Ipſe autem medicus ſalus eſt: Ac iſtuꝫ quē dicimus? ⌊ La- Mat.21.
pidē quē reprobauerūt edificantes. ⌋ Nam: ⌊ Hic factus eſt 1.Pet.2.
in caput anguli: ⌋ Vt duos conderet in ſe in vnum nouū ho-
minem faciens pacem:et cōmutaret vtroſqꝫ in vno corpore
deo:circunciſionem ſcꝫ ⁊ preputium. ⌊ A domino factum eſt
† et: ⌋ Ideſt capiti anguli a domino factus eſt. Quāuis enī al'† iſtud.
hoc non eſſet factus:niſi paſſus eſſet: non tamen hoc ab eis Mat.21.
a quibus paſſus eſt:factus eſt. Nam illi qui edificabant re-
probauerunt:ſed in eo qđ dominus occulte edificabat: fecit
in caput anguli quod illi reprobauerunt. ⌊ Et eſt † mirabi- Alſ † mi-
lis in oculis noſtris. ⌋ In oculis interioris hominis: in ocu- rabile.
lis credentium:ſperantium:diligentium:nō in oculis carna-
libus eorum qui quaſi hominem contēnendo reprobauerūt. Al'† Hec.
⌊ † Hic eſt dies † quam fecit dominus. ⌋ Meminit iſte ho- Al'† quaꝫ.
mo ſe dixiſſe in ſuperioribus pſalmis: Quoniā inclinauit au- Pſ̄.114.
rem ſuam mihi:⁊ in diebus meis inuocaui: dies ſuos cōme-

Eſa.49. moꝛans veteres: Unde modo dicit: Hic eſt dies quē fecit do
2.Coꝛ.6. minus: ideſt quo mihi ſalutem dedit. Hic eſt dies de quo di
xit dominus: Tempoꝛe acceptabili exaudiui te: ⁊ in die ſalu
tis adiuui te: ideſt dies de quo ille mediatoꝛ factus eſt in ca
put anguli. ⌊ Exultemus: ⌋ ergo: ⌊ et iocundemur in
Al'† letemur. † eo. O domine ſaluum me fac: o domine bene proſpera
re. ⌋ Iterum vero quia dies ſalutis eſt: ſaluū me fac: quia
Al'† ea. de longinqua peregrinatione reuertētes ſeiungimur ab eis
qui oderant pacem cū quibus eramus pacifici: ⁊ cum loque
Pſ.119. remur eis: debellabant nos gratis: Bene proſpera iter re
deuntibus: quia tu nobis factus es via. ⌊ Benedictus: ⌋
Mat.21. enim: ⌊ qui venit in nomine domini. ⌋ Maledictus ergo ille
Joan.5. qui venit in nomine ſuo: ſicut in euangelio dicit: Ego veni in
nomine patris mei ⁊ nō accepiſtis me: ſi alius venerit in no
Al'† vobis mine ſuo illum accipietis. ⌊ Benediximus † vos de domo
domini. ⌋ Credo ꝙ iſta vox magnoꝛum eſt ad puſillos: cōſi
Joan.1. ſcꝫ magnoꝛum qui verbum deum apud deum: ſicut in hac vi
ta poſſunt mente contingunt: ⁊ tamen ſermonem ſuum pro
pter paruulos temperant: vt poſſint ſinceriter dicere qđ ait
2.Coꝛ.5. Apoſtolus: Siue enim mente exceſſimus deo: ſiue temperā
tes ſumus vobis: Charitas enim chriſti compellit nos. Ipſi
enim paruulos benedicunt de interioꝛe domo domini: vbi
laus illa in ſecula ſeculoꝛum non deficit: Et ideo videte quid
inde annuncient: ⌊ Deus dominus ⁊ illuxit nobis. ⌋ Domi
nus ille qui venit in nomine domini: quem reprobauerūt edi
1.Thi.2. ficantes: ⁊ factus eſt in caput anguli: Mediatoꝛ ille dei ho
minum homo chriſtus ieſus deus eſt: equalis eſt patri ⁊ illu
xit nobis: vt qđ credidimus intelligeremus: ⁊ vobis nondū
intelligentibus ſed iam credentibus enunciaremus. Ut aūt
al'† ſolēnē et vos intelligatis: ⌊ Conſtituite diem † feſtum in † cōfre
† cōdēſis. quentationib⁹: vſqꝫ ad coꝛnu altaris. ⌋ Ideſt vſqꝫ ad interio
rem domū dei: de qua vos benediximus: vbi ſunt altaria ex
celſa. Conſtituite diem feſtum non tepide ac ſegniter: ſed in
Pſ.41. confrequentationibus. Ipſa eſt enim vox exultationis ſoni
feſtiuitatem celebrantis: ambulantium in locum tabernacu
li admirabilis vſqꝫ ad domum dei. Si enim eſt ibi ſpiritua
le ſacrificium ſempiternū ſacrificium laudis: ⁊ ſacerdos ſem
piternus eſt: ⁊ altare ſempiternum pacata mens ipſa iuſto
rum. Hoc apertius dicimus fratres: quicunqꝫ deum verbū
Joan.1. intelligere voluit: non eis ſufficiat caro ꝙ propter eos ver
bum factū eſt: vt lacte nutrirentur: nec in terra ſufficiat iſte
dies feſtus quo agnus occiſus eſt: ſed conſtituatur in confre
quentationibus: quouſqꝫ perueniatur: exaltatis a dño men
tibus noſtris: vſqꝫ ad eius diuinitatē interioꝛem: qui nobis
exterioꝛem humanitatem lacte nutriēdis prebere dignatus
eſt. Et quid ibi aliud: niſi laudes eius cantabimus? Quid ibi
aliud dicemus: niſi ⌊ Deus meus es tu ⁊ cōfitebor tibi: deus
al'† noſtꝫ meus es tu ⁊ exaltabo te: Confitebor tibi † domine quoniā
exaudiſti me: ⁊ factus es mihi in ſalutem. ⌋ Nō ſtrepitu ver
boꝛum iſta dicimus: ſed dilectio inherēs illi per ſemetipſam
clamat iſtam vocem: ⁊ dilectio ipſa vox eſt. Itaqꝫ ſicut cepit
laudem: ita terminat. ⌊ Confitemini domino quoniam bo
nus: quoniā in ſeculum miſericoꝛdia eius. ⌋ Hinc cepit pſal
mus: huc definit: quoniam ſicut ab initio quod deſeruimus:
ita in finem quo redimus non eſt aliquid quod ſalubrius de
lectet: ꝙ laus dei ⁊ ſemper alleluia.

¶ Explicit Tractatus de pſ. cxvij.
¶ Incipit Tractatus de pſ. cxviij.

¶ Pꝛoemium in pſalmum octonarium: vel al
phabeticum: aut alleluiaticum.

A Pſalmos omnes ceteros quos codicem pſalmoꝛū no
uimus continere: quod eccleſie cōſuetudine pſalteriū
nuncupatur: partim ſermocinando in populis: partim dictā
do: expoſui (donāte domino) ſicut potui: Pſalmum vero cen
teſimum octauumdecimum: nō tam propter eius notiſſimā
longitudinem: ꝙ propter altitudinē paucis cognoſcibilē dif
ferebam. Et cum moleſtiſſime ferrent fratres mei: eius ſo
lius expoſitionem quantum ad eiuſdem coꝛpus pſalmi per
tinet deeſſe opuſculis noſtris: meqꝫ ad hoc ſoluendum debi
tum vehementer vrgerent: diu petentibus iubentibuſqꝫ non

ceſſi: Quia quotienſcūqꝫ inde cogitare temptaui: ſemper vi
res noſtre intentionis exceſſit. Quanto enim videtur aper
tioꝛ: tanto mihi profundioꝛ videri ſolet: ita vt etiā ꝙ ſit pro
fundus demonſtrare non poſſim. Alioꝛum quippe qui diffi
cile intelliguntur: etiam ſi in obſcuritate ſenſus latet: ipſa ta
men apparet obſcuritas: Huius autem nec ipſa: quoniā ta
lem prebet ſuperficiem: vt lectoꝛem atqꝫ auditoꝛem: non ex
poſitoꝛem neceſſarium habere credatur. Et nunc ꝙ tandem
ad pertractationē eius accedo: qđ in eo poſſim proꝛſus igno
ro: Spero tamen vt aliquid poſſim affuturum atqꝫ adiutu
rum deum. Sic enim feci de omnibus quecunqꝫ ſufficienter
cum prius mihi ad intelligendum vel explicandum difficilia
ac pene impoſſibilia viderentur expoſui. Statui autem per
ſermones id agere qui proferuntur in populis: quas greci
ομιλιας vocant. Hoc enim iuſtius eſſe arbitroꝛ: vt cōuentus
eccleſiaſtici non fraudentur etiam pſalmi huius intelligen
tia: cuius vt alioꝛum delectari aſſolent cātilena. Sed ſit huc
uſqꝫ proemium: Iam de ipſo eſt loquendum: de quo iſtic vi
ſum eſt proloquendum.

¶ Explicit proemium.
¶ Incipit ſermo primus de eodem pſalmo.

B
AB exoꝛdio ſuo magnus pſalmus iſte chariſſimi: exhoꝛ
tatur nos vt queramus beatitudinem: quā nemo eſt Cōtra. 4
qui non expetat. Quis enim vnqꝫ vel poteſt: vel potuit: vel ſentē. diſt.
poterit inueniri: qui eſſe nolit beatus? Quid igitur ea exhoꝛ 49. ſolet
tatione opus eſt ad eam rem quam ſua ſponte appetit ani etiā queri
mus? Nam profecto qui exhoꝛtatur id agit vt excitetur volū de beatitudi
tas eius cum quo agit ad illud propter quod exhoꝛtationis ne.
adhibetur alloquium. Ut quid ergo nobiſcum agitur vt veli
mus quod nolle non poſſumus: niſi quia omnes quidē bea
titudinem concupiſcunt: ſed quomodo ad eam perueniatur
plurimi neſciunt? Ideoqꝫ hoc docet iſte qui dicit:

¶ Expoſitio principij iſtius pſalmi.

C
Aleph.
BEati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. ⌋
Tanꝙ diceret: Scio quid velis: beatitudinem queris? א
Si ergo vis eſſe beatus: eſto immaculatus. Illud enim om
nes: hoc autem pauci volunt: ſine quo non peruenitur ad il
lud quod omnes volūt. Sed vbi erit quiſqꝫ immaculatus: ni
ſi in via? In qua via: niſi in lege domini? Ac per hoc: beati im De libero
maculati in via: qui ambulant in lege domini: non ſuperfluo arbi. lib. j.
vobis dicitur: ſed exhoꝛtatio neceſſaria veſtris mētibus ad ca. 14.
hibetur. Quid enī boni ſit ad quod multi pigri ſunt: ideſt im
maculatos ambulare in via que lex eſt domini: ſic oſtēditur:
cum beatos eſſe qui hoc faciunt indicatur: vt ꝓpter illud qđ
omnes volunt: etiam hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatum
quippe eſſe tam magnum eſt bonum: vt hoc ⁊ boni velint et
mali. Nec mirū eſt ꝙ boni propterea ſunt boni: ſed illud eſt
mirum ꝙ etiam mali propterea ſunt mali vt ſint beati. Nam
quiſquis libidinibus deditus: vt luxuria ſtupriſqꝫ coꝛrumpa
tur: in hoc malo beatitudinem querit: ⁊ ſe miſerum putat cū
ad ſue concupiſcentie voluptatem letitiāqꝫ nō peruenit: bea
tum vero nō dubitat iactare cum peruenit. Et quiſquis aua
ricie facibus inardeſcit: ad hoc cōgregat quocunqꝫ modo di
uitias vt beatus ſit. Quicunqꝫ molitur inimicoꝛum ſanguinē
fundere: quicunqꝫ deſiderat dominationē: quiſquis affectat
crudelitatem ſuam explere: quiſquis alienis cladibus paſci
tur: in omnibus ſceleribus beatitudinem querit. Hos igitur
errantes: et vera miſeria falſam beatitudinem requirentes:
reuocat ad viam: ſi audiatur vox iſta diuina: Beati immacu
lati in via qui ambulant in lege domini: Tanꝙ dicens: Quo
itis? Peritis ⁊ neſcitis: Non illac itur qua pergitis: quo per
uenire deſideratis. Nam vtiqꝫ beati eſſe cupitis: ſed miſera
ſunt: ⁊ ad maioꝛē miſeriā ducūt itinera iſta que curritis. Tā
magnū bonū querere per mala nolite. Si ad illud peruenis
re vultis: huc venite: hac ite: Uie peruerſe relinquite maligni
tatem: qui nō poteſtis relinquere beatitudinis voluntatem.
Fruſtra tendendo fatigamini: quo perueniendo inquinami
ni. Nō aūt beati inquinati in erroꝛe qui ambulāt in peruerſi
tate ſeculi: ſed bti immaculati i via: qui ambulāt in lege dñi. D
Quid poꝛro adiungat attendite. ⌊ Beati qui ſcrutantur teſti
monia eius:

monia eius:in toto corde exquirunt eum. ⌋ Non mihi vide
tur aliud his verbis cõmemoratū beatorum genus:ꝙ illud
quod ante dictū eſt. Nam ſcrutari teſtimonia domini:et eū
in toto corde exquirere:hoc eſt immaculatū in via ⁊ in lege
domini ambulare. Deniq; ſequitur ⁊ dicit: ⌊ Non enim qui
operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt. ⌋ Si er
go ambulantes in via:ideſt in lege domini:ipſi ſunt ſcrutan
tes teſtimonia eius: ⁊ in toto corde exquirentes eum: Pro
fecto qui operantur iniquitatem:non ſcrutantur teſtimonia
eius. Et tamen nouimus operarios iniquitatis ad hoc ſcru
tari teſtimonia domini:quia malunt docti eſſe ꝙ iuſti. Noui
mus ⁊ alios ad hoc ſcrutari teſtimonia domini: non ꝗ iam
recte viuant:ſed vt ſciant quemadmodū viuere debeant. Ta
les ergo nondū immaculati ambulant in lege domini:ac per
hoc nondū beati. Quomodo ergo intelligendum eſt:Beati
qui ſcrutantur teſtimonia eius:cū videamus homines eius
Mat. 23. ſcrutari teſtimonia non beatos:quia non immaculatos? Nā
ſcribe et phariſei ſuper cathedram moyſi ſedentes de qui
bus dominus ait: Que dicunt facite:que autē faciunt:face
re nolite:Dicunt enim ⁊ non faciunt:vtiq; ſcrutabantur teſti
monia domini:vt haberent que dicerent bona;ꝙuis facerēt
E mala. Sed hos omittamus. Recte quippe reſpondebit no
Mat. 6. bis:ꝗ iſti non ſcrutantur teſtimonia domini. Non enim que
runt ipſa:ſed aliud querunt per ipſa:ideſt vt glorificētur ab
hominibus:vel ditentur. Nō eſt hoc ſcrutari teſtimonia dei:
non diligere quod oſtendunt:⁊ nolle peruenire quo ducūt:
ideſt ad deū. Nam aut ſi ⁊ ipſi ſcrutant teſtimonia dei:ꝙuis
non vt ipſum ſed vt aliud ex his inueniant ⁊ acquirant:cer
te non in toto corde exquirunt eum:Qđ nō vtiq; fruſtra hic
additum cernimus. Sciens enim ſpiritus qui hec dicit: mul
tos propter aliud nō propter quod conſtitutū eſt ſcrutari te
ſtimonia eius:non tantū dixit:Beati qui ſcrutātur teſtimo
nia eius:ſed addidit:in toto corde exquirunt eum:tanꝙ do
cens quēadmodū:vel propter quid ſcrutanda ſunt teſtimo
nia domini. Deniq; in libro Sapientie loquēs ipſa ſapiētia:
puerb. j. Querūt inquit me mali ⁊ nō inuenient:oderunt eñ ſapien
tiam. Quod quid eſt aliud:ꝙ oderunt me? Querūt ergo me
Infra eo/ ait ⁊ non me inuenīūt qui oderunt me. Quomodo igit dicū
dē pš tra/ tur querere qđ oderūt:niſi ꝗ non hoc ſed aliud ibi querūt?
ctatu. 29. b Non enim volunt eſſe ſapientes in dei gloriam:ſed volunt vi
deri ſapientes propter hominū gloriā. Quomodo eñ ſapiē
tiam non oderunt:que iubet ⁊ docet contēnendū eſſe quod
diligunt? Proinde:beati immaculati in via qui ambulant in
lege domini:Beati qui ſcrutant teſtimonia eius: in toto cor
de exquirunt eum. Si enim ſcrutādo teſtimonia eius:aut in
toto corde exquirūt eū:immaculati ambulant in lege domi
ni. Nunquid tamen ille non ſcrutabat teſtimonia eius :nec
Mat. 19. querebat eum qui dicebat: Magiſter bone:quid boni faciā:
vt vitā eternā conſequar? Sed quomodo eum in toto corde
queſiuit:cuius conſilio diuitias ſuas pretulit:quo audito triſ
Eſa. 55. tis abſceſſit? Nam ⁊ propheta Eſaias dicit:Querite domi
num:⁊ cum inueneritis eum derelinquat impius vias ſuas:
et vir iniquus cogitationes ſuas. Querunt itaq; deum ⁊ im
pij ⁊ iniqui:vt eo inuento non ſint impij nec iniqui. Quomo
do ergo iam beati cum adhuc teſtimonia eius ſcrutant ⁊ ex
quirunt eum:cū hoc facere poſſint ⁊ impij ⁊ iniqui? Beatos
autem eſſe impios ⁊ iniquos:quis vel impius dixerit aut ini
Mat. 5. quus? Ergo ſpe beati: ſicut beati qui perſecutionē patiūtur
Ibidem. propter iuſtitiā:nō propter qđ adeſt ꝙdiu mala patiuntur:
ſed propter qđ aderit:quoniā ipſorū eſt regnum celorum. Et
beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiā: non ꝗ eſuriunt ⁊ ſitiūt:
Ubi. š. ſed ꝓpter qđ ſequitur:quoniā ipſi ſaturabunt. Et beati qui
plorant:nō ꝗ plorant:ſed propter quod ſequit: ꝗ ridebūt.
Proinde beati qui ſcrutant teſtimonia eius: in toto corde ex
quirunt eū:non ꝗ ſcrutant ⁊ exquirunt:ſed ꝗ inuēturi ſunt
quod exquirunt. In toto eñ corde:nō negligēter exquirūt.
Si ergo ſpe beati:fortaſſis etiā ſpe immaculati. Nam profe
cto in hac vita licet in lege dñi ambulemus: licet ſcrutemur
j. Joan. j. teſtimonia eius:⁊ in toto corde requiramus eum:Et ſi dixe
rimus ꝗ peccatū non habemus:noſipſos ſeducimus:⁊ veri
B tas in nobis nō eſt. Sed hoc diligentius inquirendū eſt. Se
quitur quippe: Nō enim qui operant iniquitatē:in vijs eius
ambulauerunt. Et quo videri poteſt:qui ambulāt in via dñi
ideſt in lege dñi ſcrutādo teſtimonia eius:⁊ in toto corde ex
quirendo eum:iam eſſe poſſe immaculatos:hoc eſt ſine pec
cato propter verba ſequētia: Non enim qui operant iniqui
tatem in vijs eius ambulauerunt. Qui autē peccatū facit:et
iniquitatē facit:ait beatus Joannes. Et addidit: Peccatū 1. Joan. 3
iniquitas eſt. Sed iam ſermo iſte claudendus eſt: nec in an
guſtum tanta queſtio coartanda.

¶ Explicit ſermo primus.

¶ Incipit ſermo ſecundus.

SCriptum eſt ⁊ legitur ⁊ verū eſt in hoc pſalmo: Nō eñ A
qui operant iniquitatē in vijs eius ambulauerunt: Sed
elaborandū eſt opitulāte deo:in cuius manu ſunt ⁊ nos ⁊ ſer Sap. 7.
mones noſtri:ne recte dictū:nō recte intellectū: lectorē au
ditoremve perturbet. Huiuſq; cauendū eſt:plus vero habet
contra pelagianiſtas. Cauendum eſt enim ne omnes ſancti j. Joan. j.
quorum illa vox eſt: Si dixerimus ꝗ peccatū nō habemus:
noſipſos ſeducimus:⁊ veritas in nobis non eſt: Aut non pu 1. Joan. 3.
tentur nec poterunt ambulare in vijs domini: quoniā pecca
tum iniquitas eſt:⁊ qui operantur iniquitatē:nō vtiq; in vijs
eius ambulauerunt: Aut ꝗ dubiū non eſt eos ambulare in
vijs domini:non credantur habere peccatū:qđ proculdubio
falſum eſt. Neq; enim propter arrogantiā ſuperbiāq; vitan
dam ſcriptum eſt: Si dixerimus ꝗ peccatum nō habemus:
noſipſos ſeducimus:alioquin nō adderet:⁊ veritas in nobis
non eſt:ſed diceret:humilitas in nobis non eſt:preſertim ꝗ
ſequitur vnde iſte ſenſus clarius illuſtretur:omneſq; auferat
dubitationis ambages. Cū eñ hoc beatus ioannes dixiſſet
adiunxit: Si autē cōfeſſi fuerimus peccata noſtra: fidelis eſt j. Joan. j
⁊ iuſtus qui nobis peccata noſtra dimittat: ⁊ mūdet nos ab
omni iniquitate. Quid hic dicit? Quid contradicit damnabi
lis impietatis elatio? Si enim propter arrogantiā deuitan
dam:non propter veritatē fatendā:nō dicunt ſancti ſe nō ha
bere peccatū:quid eſt qđ confitent vt remiſſionē mundatio
nemq; mereantur? An hoc fit:vt arrogantia deuitet? Quo
modo ergo impetrabitur peccatorū vera mundatio:quorū eſt
falſa confeſſio? Conticeſcat igit ⁊ areſcat elatio ſenea ſuper
borum ſeipſam ſeducens: que in auribus hominū ſimulata
humilitate dicit ſe habere peccatum:in corde autē ſuo impia
elatione dicit ſe non habere peccatū. Qui enim hoc dicunt: Ubi. š.
ſeipſos ſeducunt:⁊ veritas in eis non eſt: Sed quando in au
ribus hominū hoc dicunt:non tantū ſeipſos ſed ⁊ alios quoſ
cūq; doctrine inſane peruerſitate ſeducunt. Cū vero id in cor
de ſuo dicunt:illic ſeipſos ſeducūt:illic veritas in eis nō eſt:
ac per hoc in corde ſeipſos ſeducunt:⁊ in ſuo corde veritatis
lumen amittunt. Exclamet autē ſancta familia chriſti fructifi B
cans ⁊ creſcens in vniuerſo mundo:humiliter verax ⁊ veraci j. Joan. j.
ter humilis:exclamet inquā: Si dixerimus ꝗ peccatum nō Ibidem.
habemus:noſipſos ſeducimus:⁊ veritas in nobis nō eſt:
ſi confeſſi fuerimus delicta noſtra: fidelis eſt ⁊ iuſtus vt di
mittat nobis peccata noſtra:⁊ mundet nos ab omni iniqui
tate. Hec vt dicuntur:ita ſentiantur. Tunc enim erit humili
tas vera:ſi non ſolū oſtentetur in lingua:vt ſimus (ſm Apo Ro. 12.
ſtolum) non alta ſapientes:ſed humilibus cōſentientes. Nō
ait colloquentes:ſed conſentientes: Qđ non fit ore ſed cor
de. Hypocrita:ſi dicis te habere cum credas te non habere
peccatū:foris fingis humilitatē:intus amplecteris vanitatē.
Ergo ⁊ in ore ⁊ in corde nō habes veritatē. Quid tibi prodeſt
videri hominibus humile eſſe qđ dicis: ſi deus videt altum
eſſe qđ ſapis? Certe ſi auribus diuinū inſonaret oraculū: No
li altū dicere:nec ſic immerito damnareris:ſi humile in ore
coram hominibus:⁊ altū in corde corā dño loquereris. Cum Ro. 11.
vero audias:noli altū ſapere:ſed time: Non enim ait dicere
ſed ſapere:cur nō etiā intus es humilis vbi ſapis? An ideo
mens altitudine inflatur:vt humilitatē lingua mentiat? Le
gis,vel audis:noli altū ſapere ſed time:⁊ tu intantum ſapis
altum vt te peccatū exiſtimes non habere? Ac per hoc ꝗ nō C
vis timere:nihil tibi aliud remanet ꝙ timere. Et vnde inq̄s
ſcriptū eſt: Non eñ qui operant iniquitatē in vijs eius am
bulauerunt? An vero ſancti dñi nō ambulant in vijs domini?
Qđ ſi ambulant in vijs dñi:non operant iniquitatē. Si nō 1. Joan. 3.
operant iniquitatē:non habent peccatū:quoniā peccatū ini
quitas eſt: Exurge in adiutoriū mihi domine ieſu: et contra
hereticorum ſuperbientem opitulare mihi per Apoſtolum cō

ſitentem: Ecce vbi eſt homo tuus exinaniens ſe vt implea
tur teipſo. Ipſum audiam⁹ fratres chariſſimi: ipſum de hac
queſtione ſi placet: immo quia placet interrogemus. Dic no
bis paule beatiſſime vtrum ambulaueris in vijs domini cũ
in carne adhuc viueres? Reſpondet: Et vnde dicebam: Ue
Phil.3. rumtamẽ in quod peruenimus in eo ambulemus. Unde di
2.Cor.12. cebam: Nunquid circumuenit vos titus? Nonne eodem ſpiri
tu ambulauimus? Nonne iiſdem veſtigijs? Unde autem di
2.Cor.5. cebas: Quandiu ſumus in corpore peregrinamur a domino?
Ro.1. Per fidem enim ambulamus non per ſpeciem. Que certior
Phil.3. via domini ꝙ fides ex qua iuſtus viuit? In cuius alteri⁹ vie
itinere ad ſuperna tendebam quando dicebam: omnium au
tem que retro oblitus in ea que ante ſunt extentus: ſm intẽ
tionem ſequor ad palmam ſuperne vocationis dei in chriſto
ieſu? Poſtremo in qua alia via cucurreram quando dicebas:
1.Thi.6. Bonum certamen certaui: curſum cõſummaui: fidem ſerua
ui? Satis ſint iſta reſponſa quibus apoſtolum Paulũ in vijs
domini ambulaſſe diſcimus: Sed ab illo ⁊ aliud inquiram⁹:
Dic obſecro o paule: quando adhuc in carne viuẽs in vijs do
mini ambulabas: habebas peccatum: an ſine peccato eras?
1.Joan.1. Audiamus vtrum ſe ipſe ſeducat: an vero qȯ beatus ioãnes
eius coapl's ſapiat: q̃ veritas erat in eis? Hic vero reſpõdet:
Ro.7. Nõne legiſtis vbi cõfiteor: dicẽs: Nõ eñ qȯ volo facio bonũ:
ſed qȯ nolo malum hoc ago? Et hoc audiuimus. Iam itaq;
illud interrogemus: Quomodo in vijs domini ambulabas:
ſi malum quod nolebas hoc agebas: cũ pſalmus ſanctus in
tonet dicens: Non enim qui operanẗ iniquitatẽ in vijs eius
ambulauerunt? Audi continuo reſpondentẽ per ſententiam
conſequentem: Si quod nolo inquit ego hoc facio: iam ego
Ibidem. non operor illud: ſed qȯ habitat in me peccatũ. Ecce quẽad
modum qui ambulant in vijs domini non operantur pecca
tum: Et tamen non ſunt ſine peccato: quia iã nõ ipſi operã
tur iniquitatẽ: ſed qȯ habitat in eis peccatum. Hic dicit ali
D quis: Quomodo agebat quod nolebat malũ: ⁊ quomodo ip
ſe non id agebat: ſed quod habitabat in illo peccatum? Inte
rim iam iſta queſtio ſoluta eſt: ſatiſq; apparuit ſcripture au
toritate canonice fieri poſſe: vt ambulãtes in vijs domini: ꝙ
uis non ſint ſine peccato: non tamen id operentur ipſi. Non
1.Joan.3. enim qui operantur iniquitatem: hoc eſt peccatum: quia pec
catum iniquitas eſt: in vijs eius ambulauerũt. Iaꝫ vero qua
ratione poſſit intelligi: ⁊ agens illud propter corpus mortis
Ro.7. huius in quo lex peccati habitat: ⁊ non ipſe agens illud pro
pter vias domini in quib⁹ ambulat: alius ſermo neceſſarius
eſt: quia iſte claudendus eſt.

¶ Explicit Sermo ſecundus.

¶ Incipit Sermo tertius

A Propter id quod in pſalmo iſto ſcriptum eſt: Non enĩ
qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerũt:
1.Joan.3. quoniã peccatum iniquitas eſt: ſicut Ioannes apoſtolus di
1.Joan.1. cit: exorta difficilis queſtio: quomodo poſſunt ſancti in hac vi
ta ⁊ non eſſe ſine peccato: quia ⁊ illud verũ eſt: ſi dixerimus
quia peccatum nõ habemus: noſipſos ſeducimus: ⁊ veritas
in nobis non eſt: ⁊ tamen ambularent vias domini: quas nõ
Ro.7. ambulant qui operantur iniquitatem: ſoluta eſt dicẽte apo
ſtolo Paulo: Iam nõ ego operor illud: ſed id quod in me ha
bitat peccatum. Quomodo enim eſt ſine peccato in quo ha
bitat peccatum? Ambulat tamen vias domini quas non am
B bulant qui operantur iniquitatem: quia iam non ipſe opera
tur illud: ſed quod in eo habitat peccatum. Ueruntamẽ ita
Ibidem. ſoluta eſt queſtio iſta: vt difficilior altera naſceretur: quomo
do agat homo qȯ ipſe non agit. Utrumq; enim dixit: ⁊ nõ qȯ
volo ago: ⁊ qȯ non ego operor illud: ſed quod habitat in me
peccatum. Unde intelligere debemus quãdo peccatuꝫ quod
habitat in nobis operatur in nobis: tunc nos id non operari
quando nequaꝙ ei voluntas noſtra conſentit: ⁊ tenet etiam
corporis membra: vt non obediant deſiderijs eius. Quid enĩ
operatur peccatum nolẽtibus nobis: niſi ſola illicita deſide
ria? Quibus ſi voluntario nõ adhibeatur aſſenſus: mouetur
Ro.6. quidẽ nonnullus affectus: ſed nullus ei relaxatur effectus
Hoc precipit idẽ Apoſtolus vbi dicit: Non ergo regnet pec
catum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſiderijs
eius: ne exhibeatis mẽbra veſtra arma iniquitatis peccato.

Sũt itaq; deſideria peccati quibus nos prohibuit obedire.
Operãtur ergo peccatũ hec deſideria: quibus ſi obedimus Ro.7.
et nos operamur. Si autem obtemperantes Apoſtolo non
obedimus eis: nõ illud nos operamur: ſed quod in nobis ha
bitat peccatum. Si autem deſideria nulla haberemus illici
ta: nec nos nec peccatum mali aliquid operaretur in nobis.
Motum porro illiciti deſiderij cui non obediendo non eum
nos operamur: ideo ⁊ nos agere dicimur: quoniã non eſt na
ture vigor aliene: ſed languor eſt noſtre. A quo languore om
nimodo ſalui erimus cum ⁊ animo ⁊ corpore immortales fa
cti fuerimus. Quapropter ⁊ quia in vijs domini ambulamus
nõ obedimus deſiderijs peccati: ⁊ quia non ſumus ſine pec
cato: habemus deſideria peccati: ac per hoc iam nos ea non
operamur: non eis obediẽdo: ſed quod in nobis habitat pec
catum eadem cõmouendo. Non enim qui operantur iniqui
tatem: idest qui obediunt deſiderijs peccati: in vijs domini
ambulauerunt: Sed adhuc querendum eſt que petamus di C
mitti nobis quando dicimus deo: Dimitte nobis debita no Mat.6.
ſtra: vtrũ que nos operamur quando peccati deſiderijs obe
dimus: an ipſa deſideria nobis dimitti volumus que nos nõ
operamur: ſed quod habitat in nobis peccatũ? Quantũ qui Ro.7.
dem ego ſapere poſſum: languoris illius ⁊ infirmitatis vnde
illicita deſideria cõmouentur: quod peccatuꝫ appellat Apo
ſtolus: vniuerſus reatus ſacramẽto baptiſmatis eſt ſolutus:
cum omnibus que illi obedientes fecimus: diximus: cogita
uimus: nec deinceps nobis languor iſte obeſſet ꝙuis ineſſet
ſi deſiderijs eius illicitis nullo vnꝙ obedientiã preberemus
ſiue operatione: ſiue locutione: ſiue tacita aſſenſione: donec
etiam ipſe ſanaretur: cum id quod poſcimus eſſet impletuꝫ
ſiue dicentes: veniat regnuꝫ tuum: ſiue dicentes: libera nos Mat.6.
a malo. Sed quoniam temptatio eſt vita humana ſuper ter Iob.7.
ram: etiam ſi a criminibus longe ſimus: non tamen deeſt vbi D
deſiderijs peccati: vel facto: vel dicto: vel cogitatu obediam⁹
quando aduerſus maiora vigilantibus quedaꝫ incautis mi
nuta ſurrepunt: Que ſi aduerſus nos colligantur: etſi nõ ſin
gula ſuis motibus conterunt: omnia tamen aceruo nos ob
ruunt. Et propter hoc etiam mihi videtur hi qui ambulãt in Mat.6.
vijs domini dicunt: Dimitte nobis debita noſtra: quoniã ad
vias domini ⁊ ipſa oratio pertinet ⁊ ipſa confeſſio: ꝙuis non
ad ea peccata pertineant. Itaq; in vijs domini quas oſtẽs Ro.4.
fides vna cõplectitur: qua in eum creditur qui iuſtificat im Joan.14.
pium: qui etiam dixit: Ego ſum via: nemo peccatum operaẗ:
ſed confitetur. Deuiat ergo cum peccat: ⁊ ideo peccatum vie
non tribuitur quod a deuiãte cõmittitur: ſed in via fidei pro
non peccantibus habentur quibus peccata non imputãtur.
De quibus apoſtolus Paulus iuſtitiaꝫ fidei cõmendans: in
pſalmo ſcriptũ eſſe monſtrauit: Beati quorũ remiſſe ſunt ini Ps.31.
quitates: ⁊ quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir cui nõ impu Ro.4.
tauit dominus peccatum. Hoc preſtãt vie domini: ac per hoc Ro.1.
quoniam iuſtus ex fide viuit: Ab iſta via domini illa alienat
iniquitas: que eſt infidelitas. In hac autẽ via domini: idest
in fide pia quiſquis ambulat: aut peccatum non operaẗ: aut
ſi quid a deuiante cõmittitur: propter viam non imputatur:
et tanꝙ non fuerit operatus accipitur. Et ideo bene etiã ſic E
intelligitur: Non enim qui operantur iniquitatẽ in vijs eius
ambulauerunt: vt hanc iniquitatem ſignificauerit: que rece
dit a fide: aut non accedit ad fidem. Quemadmoduꝫ enĩ ait Joan.15.
dominus de iudeis: Si nõ veniſſem peccatũ non haberent: de verbis
Nec vtiq; ſine vllo peccato erant anteꝙ chriſtus veniret in dñi ſermo
carne: ⁊ ex quo venit ceperunt habere peccatũ: ſed quoddaꝫ ij.f. in .et
peccatum certum: idest infidelitatis intelligi voluit: quoniã 60.a.i me
non crediderunt in eũ: ita qui operanẗ iniquitatẽ: non qualĩ dio.
bet: ſed hãc ipſam infidelitatẽ nõ in vijs eius ambulauerũt:
q: vniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas: Utrũq; aũt in chri
ſto eſt: ⁊ preter chriſtũ nuſꝙ eſt. Dico enĩ chriſtũ (ait Apls) Ps.24.
miniſtrum fuiſſe circũciſionis propter veritateꝫ dei: ad cõfir Ro.15.
mandas promiſſiones patrũ: gentes aũt ſuper miſericordiã
glorificare deũ. In hoc igitur miſericordia: q: nos redemit:
in hoc veritas: q: id qȯ promiſit impleuit: et impleturus eſt
quod promiſit. Qui ergo operantur iniquitatem: idest in
fidelitatem: non in vijs eius ambulauerunt: quia in chriſto Ro.4.
non crediderunt. Ergo conuertantur et in eum qui iuſtificat
impium pie credant: atq; in illo miſericordiam peccatis di
miſſis: et

miſſis: et veritatem completis promiſſis: hoc eſt vniuerſas
vias domini inueniant: in quibus ambulantes non operabū
tur iniquitatem: quia non tenebant infidelitatem: ſed fidē
Gal. 5. que per dilectionem operatur: et cui peccatum nō imputat.

❡ Explicit Sermo tertius.

❡ Incipit Sermo quartus.

A Otis eſt fratres chariſſimi ꝙ̄ domino dicit: ⌊ Tu † pre
Al' † man- cepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: Utinam dirigan
daſti. tur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas: Tunc non
al' † cū per confundar: dum † inſpicio in omnia mandata tua? ⌋ Quis
ſpexero in eſt qui hoc dicit: niſi vnūquodqꝫ membrū chriſti: vel potius
oībus mā vniuerſum corpus chriſti? Et quid eſt: tu precepiſti manda
datis tuis ta tua cuſtodiri nimis? Utrum nimis precepiſti: an nimis cu
ſtodiri? Quodlibet horum intelligamus: cōtra illam memo
rabilem nobilemqꝫ ſententiam hoc dictū videtur: quā greci
laudant in ſapientibus ſuis: ⁊ latini laudando conſentiunt:
Ne quid nimis. Si enī hoc verū ē: vt ne quid nimis fiat: quo
modo verum eſt qḋ hic dicitur: Tu precepiſti mandata tua
cuſtodiri nimis? Quomodo ⁊ quādo deus aliquid vel nimis
preciperet: vel cuſtodiri nimis vellet: ſi omne nimiū reprehē
ſione dignum eſſet? Diceremus ergo nos nulla grecorum ſa
j. Cor. 5. pientium autoritate terreri: intuentes quod ſcriptū eſt: Nō
ne ſtultam fecit deus ſapientiā huius mundi: ⁊ potius iſtam
ſententiam falſam eſſe crederemus qua dictū eſt: Ne quid
ū. pſ̄. 108. nimis: ꝙ̄ diuinū eloquiū vbi legimus atqꝫ cantamus: Tu pre
⁊. cepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: niſi nos non greca elas
tio: ſed vera ratio reuocaret? Nimis quippe dicit: quicquid
plus fuerit ꝙ̄ oportet. Nam parum ⁊ nimium duo ſunt inter
ſe contraria. Parum eſt qḋ minus eſt ꝙ̄ oportet: ⁊ nimiū eſt
de beātvita qḋ plus eſt ꝙ̄ oportet. Horum in medio modus eſt: qḋ dicit
ca. 19. ī me ſatis eſt. Cum vtiqꝫ vtile ſit in vita ⁊ moribus vt amplius ꝙ̄
dio. et. 20. oportet nihil omnino faciamus: profecto verum eſſe ſenten
B tiam: ne quid nimis: fateri potius ꝙ̄ negare debemus. Sed
aliquando latina lingua hoc verbo ſic abutitur: vt nimis pro
eo qḋ eſt valde: ⁊ poſitum inueniamus in literis ſacris: ⁊ po
namus in ſermonibus noſtris. Nam ⁊ hic: tu precepiſti man
data tua cuſtodiri nimis: non niſi valde intelligimus ſi recte
intelligimus: Et nimis te diligo: ſi alicui chariſſimo dicimus
non vtiqꝫ plus ꝙ̄ oportet: ſed valde nos diligere intelligi vo
lumus. Deniqꝫ illa greca ſententia non habet hoc verbū qḋ
hic legitur. Ibi enim eſt. ἄγαν: quod eſt nimis: Hic eſt autē
σφόδρα: qḋ eſt valde: Sed aliquando vt diximus: nimis pro
eo quod eſt valde: ⁊ dictum inuenimus ⁊ dicimus. Unde nō
nulli etiam latini codices non habent: Tu precepiſti manda
ta tua cuſtodiri nimis: ſed valde. Ualde vtiqꝫ precepit hoc deꝰ
C et valde oportet dei cuſtodire mandata. Sed humilis pie
tas vel pia humilitas ⁊ fides non immemor gratie: quid ad
iungat attendite: Utinam inquit dirigātur vie mee: ad cuſto
diendas iuſtificationes tuas. Precepiſti quidem tu: ſed vti
nam quod precepiſti fiat mihi. Ubi audis vtinam: vocē optā
tis agnoſce: ⁊ agnita voce optantis: depone ſuperbiā preſu
mentis. Quis enī ſe dicat optare qḋ ſic habet in arbitrii po
teſtate: vt nullo indigens adiumento id poſſit efficere? Ergo
ſi optat homo qḋ precepit deus: vt det ipſe quod precipit ro
Jacobi. 5. gandus eſt deus. A quo enim optandū eſt niſi ab illo a quo
patre luminū omne datū optimū ⁊ omne bonum perfectum
(ſancta ſcriptura teſte) deſcendit? Propter eos autem qui
putant hoc ſolo nos ad faciendam iuſticiam diuinitus adiu
uari qḋ dei precepta nobis in notitiā proferunt: vt ea cogni
nita iam ſine vlla dei gratia ſolis noſtre voluntatis viribus
impleantur: non optat hic dirigi vias ſuas ad cuſtodiendas
iuſtificationes dei: niſi iam eius acceptis ipſo precipiēte mā
datis. Ad hoc enim pertinet quod premiſit: tu precepiſti mā
data tua cuſtodiri nimis: Tanꝗ̄ diceret: Jam legem accepi
iam noui. Tu enim precepiſti mandata tua cuſtodiri nimis:
Ro. 7. et mandata tua ſancta: ⁊ iuſta ⁊ bona: ſed peccatum meū per
bonum mihi operabitur mortem: niſi adiuuetur gratia. Uti
nam ergo dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificatio
nes tuas: tunc non confundar dum inſpicio in omnia māda
D ta tua. Mandata dei ſiue cum leguntur ſiue cum memoria
Jacobi. j. recoluntur: tanꝗ̄ ſpeculum intuendum eſt ſcḋm Apoſtolum
Jacobum dicentem: Si quis auditor eſt verbi ⁊ non factor:
hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſue

in ſpeculo: Conſiderauit enim ſe ⁊ abijt: ⁊ ſtatim oblitus eſt
qualis fuerit: Qui autem perſpexerit in legē perfectam li
bertatis: ⁊ permanſerit: non auditor obliuioſus factus: ſed fa
ctor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Talē ſe iſte vult eſſe
vt inſpiciat tanꝗ̄ in ſpeculū mandata dei ⁊ non cōfundatur:
quia non auditor eorum tantū vult eſſe: ſed factor: Propter ū. cod: pſ̄.
ea optat dirigi vias ſuas ad cuſtodiēdas iuſtificationes dei.
Unde dirigi niſi gratia dei? Alioquin legem dei habebit: nō E
vbi gratuletur: ſed vbi confundatur: ſi voluerit mandata in
ſpicere que non facit. ⌊ Confitebor: ⌋ inquit: ⌊ tibi † domi al' † nō hz.
ne in directione cordis mei: in eo qḋ † didicerim iudicia iuſti al' † didici.
tie tue. ⌋ Non eſt peccatorum confeſſio iſta: ſed laudis: ſicut
ait etiam ipſe in quo peccatū nullum erat: Confiteor tibi pa Mat. ii.
ter domine celi ⁊ terre: Et ſicut ſcriptū eſt in libro Eccleſia Eccli. 39.
ſtico: Hec dicetis in confeſſione: opera domini vniuerſa quā
bona valde. Confitebor inquit tibi in directione cordis mei.
Utiqꝫ ſi dirigantur vie mee: confitebor tibi quoniā tu feciſti:
et tua laus eſt iſta non mea. Tūc enim confitebor in eo ꝙ di
dicerim iudicia iuſtitie tue: ſi directum cor habebo: directis
videlicet vijs meis ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Nā
quid mihi proderit ꝙ ea didicerim: ſi corde peruerſo vias ahi
bo prauas? Nō enī letabor in eis: ſed accuſabor ab eis. Dein
de adiungit: ⌊ Juſtificationes tuas cuſtodiam. ⌋ Que om
nia ex illo vtiqꝫ cōnectuntur qḋ ait: Utinā dirigant vie mee
ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas: tunc non confundar dū
inſpicio in omnia mandata tua: ⁊ confitebor tibi in directio
ne cordis: ⁊ iuſtificationes tuas cuſtodiā. Sed quid eſt quod
ſequitur: ⌊ † Ne derelinquas me vſqꝫ † valde: ⌋ Uel ſicut Aliꝰ † nō.
nonnulli codices habent: ⌊ vſqꝫ nimis: ⌋ pro eo qḋ eſt valde: al' † quoqꝫ.
Nam hoc verbū grecum eſt: ⁊ hic eſt σφόδρα: quaſi relinqui F
ſe a domino velit: ſed non vſqꝫ valde? Abſit. Sed qꝛ relinque
rat deus mundū merito peccatorū: vſqꝫ valde illū reliquiſſet:
ſi ei nec tāta medicina profuiſſet: hoc eſt gratia dei per ieſum
chriſtum dominū noſtrū. Nunc vero ſcḋm iſtā orationem cor
poris chriſti non eū reliquit vſqꝫ valde: qꝛ deus erat in chri
ſto: mundum reconcilians ſibi. Poteſt hoc etiam ſic intelligi 2. Cor. 5.
vt eius iſta ſit vox: qui cū dixiſſet: in abundantia ſua non mo Pſ̄. 29.
uebor in eternum: veluit ſua virtute confidens vt oſtenderet Ibidem.
ei deus qḋ non merito eius: ſed in voluntate ſua preſtiterat
decori eius virtutem: auertit ab eo faciem ſuam: ⁊ factus eſt
conturbatus. Inueniēs ergo ſe nec iam preſumēs de ſe clas
mat: ne derelinquas me vſqꝫ valde. Si enim dereliquiſti vt
ſine adiutorio tuo infirmus apparerem: noli vſqꝫ valde: ne pe
ream. Tu ergo precepiſti mandata tua cuſtodiri nimis: Jam
de ignorantia me excuſare nō poſſum. Sed quoniā infirmus
ſum: vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtifica
tiones tuas: Tūc non confundar dum reſpicio in omnia mā
data tua: tunc confitebor tibi in directione cordis: in eo ꝙ di
dicerim iudicia iuſtitie tue: tunc iuſtificatiōes tuas cuſtodiā.
Et ſi dereliquiſti me ne gloriarer in me: noli vſqꝫ valde: ⁊ iu
ſtificatus abs te glorificabor in te.

❡ Explicit ſermo quartus.

❡ Incipit ſermo quintus.

H Os verſus chariſſimi iſto cōſideremus in pſalmo: Et A
ſicut dominus donat eiꝰ ſacras literas perſcrutemur. Beth.
⌊ In quo corrigit † iunior viam ſuam? in cuſtodiēdo † ver
ba tua. ⌋ Interrogat ſe: ⁊ reſpondet ſibi. In quo corrigit iu G
nior viam ſuam: huc vſqꝫ interrogatio eſt: Deinde reſponſio:
in cuſtodiendo verba tua. Sed hoc loco cuſtoditio verborū
dei: intelligenda eſt operatio preceptorū. Fruſtra enī cuſto Aliꝰ † ado
diuntur memoria: ſi non cuſtodiantur et vita. Nam quidam leſcentior.
verba dei tenendo agunt ne obliuiſcantur: nec agunt viuen al' † ſermo
do vt corrigantur. Non aūt ait iſte: in quo exercet iunior me nes tuos.
moriam ſuam: ſed in quo corrigit viam ſuam: Atqꝫ ad hoc re
ſpondet: in cuſtodiendo verba tua. Neqꝫ vllo modo dicenda
eſt via correcta: ꝙ̄diu eſt vita peruerſa. Sz quid ſibi vult iſte
iunior? Potuit enim dicere: in quo corrigit homo viam ſuam:
aut in quo corrigit vir viam ſuam: qḋ plerūqꝫ in ſcripturis ita
ponitur: vt a ſexu honoratiore homo intelligatur: modo lo
cutionis quo ſignificatur a parte totū. Neqꝫ enim et femina Pſ̄. j.
non beata que non abijt in conſilio impiorū: vbi tamen dictū
eſt: beatus vir. Hic vero nec homo ait: nec vir: ſed iunior.
Nā quid? Deſperandus eſt ſenior? Aut in alio corrigit eiam

ſenior viam ſuã ꝙ in cuſtodiendo verba dei? An forte admo-
nitio eſt qua etate potiſſimum fieri debeat: ſecundum illud
Eccl.6. quod alibi ſcriptũ eſt: Fili a iuuentute tua excipe doctrinã
B et vſqꝫ ad canos inuenies ſapientiã? Eſt ⁊ alius intellectus:
Luce.15. vt ille hic agnoſcatur filius euãgelicus iunior: qui profectus
a patre in regionem longinquã: effudit ſubſtantiam ſuam vi-
uens cũ meretricibus prodige: ⁊ poſteaꝙ porcos pauit ege-
Ibidem. ſtatem famẽqꝫ perpeſſus: reuerſus eſt ad ſemetipſum: ⁊ di-
xit: Surgam ⁊ ibo ad patrem meum. In quo enim correxit
viam ſuam: niſi in cuſtodiendo verba dei: que tanꝙ panẽ pa-
Ubi.s. ternum eſuriens concupiuit? Neqꝫ enim corrigit viam ſuam
frater eius ſenior qui patri ſuo dixit: Ecce tot annis ſeruio ti-
bi: ⁊ nunꝙ mandatum tuum preterij. Iunior ergo ille corre-
xit viam ſuam: quam ſe ita depravaſſe peruerſamqꝫ habuiſ-
ſe confeſſus eſt vt patri diceret: Iam non ſum dignus voca-
C ri filius tuus. Tertius quoqꝫ intellectus mihi occurrit: quẽ
quidem ego quantum pro modulo meo ſapio: duobus ſupe-
rioribus antepono: Ut ſenior agnoſcatur vetus homo: et no-
1.Cor.15. uus: iunior. Senior qui portat imaginẽ terreni hominis: iu-
Ibidem. nior qui celeſtis: Quia nõ prius qꝺ ſpirituale eſt: ſed qꝺ ani-
male: poſtea ſpirituale. Sic ergo licet quilibet quantum ad
etatẽ pertinet corporis: annoſa vetuſtate decrepitus: iunior
erit apud deum percepta gratie nouitate conuerſus. Et in
Gal.5. hoc corrigit iunior viam ſuã in cuſtodiendo verba eius: Hoc
eſt verbum fidei quod predicamus: ⁊ ipſa eſt fides que per
dilectionez operatur. Sed iſte iunior populus: gratie filius
Gen.4. homo nouus: cantator noui cãtici: heres teſtamẽti noui: iſte
iunior non cain ſed abel: non hiſmael ſed iſaac: non eſau ſed
D iſrael: nõ manaſſes ſed ephraim: nõ heli ſed ſamuel: nõ ſaul
ſed dauid: Quid adiungat attendite: In toto: inquit.
corde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.
Ecce orat vt adiuuetur ad cuſtodienda verba dei: in quo di-
xerat viã ſuam corrigere iuniorem. Nam vtiqꝫ hoc eſt: ne re-
pellas me a mãdatis tuis. Quid eſt enĩ a deo repelli: niſi nõ
adiuuari? Mandatis quippe eius rectis atqꝫ arduis huma-
na non contemperatur infirmitas: niſi preueniẽs eius adiu-
uet charitas. Quos autem non adiuuat: hos merito perhi-
betur repellere: ⁊ tanꝙ flammea framea prohibeantur indi-
Gen.3. gni: ne magnum extendant ad arborem vite. Quis eſt autẽ
Ro.5. dignus: ex quo per vnum hominem peccatum intrauit in mũ-
dum: ⁊ per peccatum mors: ⁊ ita in omnes homines pertrãſ-
ijt: in quo omnes peccauerunt? Sed indebita dei miſericor-
dia: ſanatur debita noſtra miſeria. Nam iſte qui loquitur et
dicit: In toto corde meo exquiſiui te: Et hoc vnde poſſet: ni-
Ps.84. ſi eum auerſum ad ſe ipſe conuerteret cui dicit: Deus tu cõ-
Ezech.34. uertens viuificabis nos: ⁊ ille perditum quereret ⁊ errantez
ille reuocaret qui dicit: Qꝺ perierat requiram: ⁊ quod erra-
uerat reuocabo? Inde eſt qꝺ ⁊ corrigit viam ſuam in cuſto-
diendo verba dei: illo regente: illo faciẽte: Neqꝫ enim per ſe
Hiere.10. ipſe poſſet: cum Hieremias propheta fateatur ⁊ dicat: Scio
domine quoniam non eſt hominis via eius: neqꝫ vir ibit et
corriget viam ſuam. A domino quippe hoc etiã iſte ſuperius
optauit vbi ait. Utinam dirigantur vie mee: Et hic vbi addi-
E dit: In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem ti-
bi: Continuo diuinum queſiuit auxilium: Nam corde eius
dei eloquia ſine fructu abſconderentur: niſi opera iuſtitie ſe-
querentur. Cum enim hoc dixiſſet: adiunxit: Benedictus
es domine: doce me iuſtificationes tuas. Doce dixit: quo-
modo eas diſcunt qui faciunt: nõ quomodo hi qui ut habeãt
quod loquãtur tantũmodo meminerunt. Nam vtiqꝫ iam di-
xerat: In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccẽ tibi
Quid ergo adhuc ea querit diſcere: que abſcondita iam cu-
ſtodit in corde? Quod vtiqꝫ nõ feciſſet: niſi ea didiciſſet. Ut
quid ergo addit ⁊ dicit: Doce me iuſtificationes tuas: niſi qꝛ
eas vult faciendo diſcere: non loquendo vel memoria retinẽ-
Ps.83. do? Quoniam ergo ſicut in alio pſalmo legitur: Benedictio-
nem dabit qui legem dedit: ideo benedictus es domine: do-
ce me inquit iuſtificationes tuas: Quia enim in corde meo
abſcondi eloquia tua: vt nõ peccẽ tibi: legem dediſti: da etiã
benedictionem gratie: vt faciendo diſcã quod intimando iuſ-
ſiſti. Hec ſatis ſint: vt veſtre mentes ſine faſtidio nutriantur:
alium ſermonem hec deſiderant que ſequuntur.

Explicit Sermo quintus.

Incipit Sermo ſextus.

Initiũ ſermonis eſt in pſalmo huius nobis de quo diſ- A
putamus hic verſus. In labijs meis pronũciaui om-
nia iudicia oris tui: Quid eſt hoc dilectiſſimi: quid eſt hoc?
Quis omnia iudicia dei enunciare poſſit cũ inueſtigare non
poſſit? An vero cum Apoſtolo exclamare dubitamus: O alti- Ro.11.
tudo diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei: ꝙ inſcrutabilia ſunt
iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eius? Dñs dicit: Adhuc mul- Ioan.16.
ta habeo vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare mõ. Et ꝙuis
cõtinuo promiſerit eis omnẽ veritatem per ſpiritũſanctũ: cla-
mat tamẽ beatus Paulus: Ex parte ſcimus: vt intelligamꝰ 1.Cor.13.
ſpiritu quidez ſancto: vnde pignus accepimus: perduci nos
ad omnẽ veritatem: ſed cũ in alia vita poſt huius vite ſpecu-
lum ⁊ enigmata facie ad faciẽ venerimus ⁊ viderimus: Quo Ibidem
modo ergo iſte dicit: In labijs meis pronunciaui omnia iudi-
cia oris tui? Et ille hoc dicit qui pauloante ſuperiore verſu p-
ximo dixerat: Doce me iuſtificationes tuas. Quo pacto igit
enunciauit omnia iudicia oris eius: qui vult adhuc diſcere iu-
ſtificationes eius? An iudicia quidẽ cuncta iaz nouerat: iuſti-
ficationes autem adhuc diſcere cupiebat? Hoc vero eſſet mi-
rabilius: ſi iam ſciebat inſcrutabilia dei: ⁊ ea que hominibus
precepit facienda neſciebat. Iuſtificationes enim ſunt: non
dicta ſed facta iuſtitie: opera ſcꝫ iuſtorum que imperat deus.
Ideo autem dei dicuntur ꝙuis a nobis fiant: qꝛ niſi ipſo do-
nante non fiunt. Iudicia porro dei ſunt: quibus ab eo mun-
dus: ⁊ nunc ⁊ in fine ſeculi iudicatur. Sed cum eloquijs dei
omnia contineantur: ⁊ iuſtificationes videlicet ⁊ iudicia: cur
querit iuſtificationes diſcere qui eloquia dei ſe abſcõdiſſe in
corde dicit? Ait enim: In corde meo abſcondi eloquia tua: vt
non peccem tibi. Tunc ſecutus adiunxit: Benedictus es do-
mine: doce me iuſtificatiões tuas. Ac deinde: in labijs meis
inquit pronunciaui omnia iudicia oris tui. Uidentur quidez
duo iſta inter ſe eſſe contraria: immo eſſe potius amica atqꝫ
coniuncta: vt quoniam in corde ſuo abſcondit eloquia dei: in
labijs ſuis iudicia eius enunciet. Corde enim creditur ad iu- Ro.10.
ſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Sed quod inter
hec duo medium poſuit: benedictus es domine: doce me iu-
ſtificationes tuas: quomodo conueniat homini cuius in cor-
de iam ſunt eloquia dei: ⁊ qui labijs ſuis enũciauit omnia iu-
dicia dei: vt adhuc velit diſcere iuſtificationes dei: non inue-
nitur: niſi vt eas diſcere velle intelligatur faciendo: non me-
moria retinẽdo: loquendo: ⁊ id a domino demonſtrauit de-
bere nos petere: ſine quo nihil poſſumꝰ facere. Sed hoc an-
te iſtum alio iam ſermone tractauimus: Nunc vero quomo- B
do ſe dixerit omnia iudicia oris dei in labijs ſuis enunciaſſe
cum dicta ſint inſcrutabilia: ⁊ de quoꝝ profunditate alibi ſcri- Ps.35.
ptum eſt: Iudicia tua abyſſus multa: quantum deus donat
tractare ſuſcepimus. Quid ergo hic intelligamus attendite.
Numquid iudicia dei neſcit eccleſia? Scit plane. Nam ſcit vti-
qꝫ qualibus dicturus ſit iudex viuorum ⁊ mortuorum: Uenite Mat.25.
te benedicti patris mei percipite regnum: ⁊ qualibus dictu- 1.Cor.6.
rus ſit: Ite in ignẽ eternum. Scit inquã: neqꝫ fornicatores: Gal.5.
neqꝫ idolis ſeruientes: neqꝫ illos atqꝫ illos quos ibi apoſto-
lus Paulus enumerat: regnũ dei non poſſeſſuros eſſe: Scit
iram ⁊ indignationem: tribulationem ⁊ anguſtias in omnem
animam hominis operantis malum: iudei primum et greci:
Gloriam vero ⁊ honorẽ ⁊ pacem omni operanti bonũ: iudeo Ro.2.
primum ⁊ greco. Hec atqꝫ huiuſmodi iudicia dei euidẽter ex-
preſſa nouit eccleſia: Sed nõ ipſa ſunt omnia: cum ſint que-
dam inſcrutabilia: ⁊ ſicut abyſſus multa: profunda ⁊ occulta.
An ⁊ ipſa nota ſunt quibuſdam excellentioribus mẽbris ho-
minis huius qui cum ſuo capite ſaluatore totus eſt chriſtus?
Inſcrutabilia enim fortaſſe dicta ſunt homini: quia viribus
ſuis ea nõ poteſt perſcrutari. Sed cur non poſſit dono ſpiri-
tusſancti: cuicunqꝫ hoc dominus conferre dignatur? Sic enĩ
illud dictum eſt: Deus habitat lucem inacceſſibilem: ⁊ audi- 1.Thi.6.
uimus tamẽ: Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Que vtiqꝫ ſic Ps.33.
ſoluitur queſtio: vt inacceſſibilis ſit viribus noſtris: accedat
autem ad deum muneribus ſuis. Quamꝙ ⁊ ſi nemini omni-
no ſanctorum ꝙdiu corpus quod corrumpitur aggrauat ani-
mam: omnia iudicia dei ſcire conceditur: quia reuera multũ Sap.9.
eſt ad hominem: cum profecto vt aliquid exempli gratia di-
cam: vnde iudiciorum dei conijciatur immenſitas: aut nemo

ſine iudicio

ſine iudicio dei ſit tardus in animo: vel claudus in corpore:
habet tamen vnde dicat eccleſia: hoc eſt populus acquiſitio-
nis: ⁊ veraciter dicat: In labijs meis enunciaui omnia iudi-
cia oris tui: id eſt nihil iudiciorum tuorum tacui que mihi per
eloquia tua innoteſcere voluiſti: ſed omnia prorſus in labijs
meis enunciaui. Hoc enim mihi videtur ſignificare voluiſſe
q̄d nō ait: omnia iudicia tua: ſed omnia iudicia oris tui: id eſt
que mihi dixiſti: vt per os eius eloquium eius intelligamus:
quod fecit ad nos in reuelationibus ſanctorum pluribus: ⁊ te-
ſtamentis duob⁹: que omnia iudicia vſq̄quaq̄ in labijs ſuis
enunciare non ceſſat eccleſia. Deinde ſubiungit ⁊ dicit: In
Al' delecta via teſtimoniorum tuorum † iocundatus ſum: † quaſi in om-
tus ſum. nibus diuitijs. Uiam teſtimoniorum dei nihil citius: nihil
Al' † ſicut. certius: nihil breuius: nihilq̄ grandius intelligimus eſſe q̄
C chriſtum: in quo ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſcientie ab-
Col. 2. ſconditi. Inde ⁊ iſte ait ſe iocundatum vel delectatum in hac
Ro. 5. via: quaſi in omnibus diuitijs. Teſtimonia quippe dei ſunt:
quibus quantum nos diligat: nobis probare dignatur. Com-
mendat autem ſuam charitatē deus in nobis: quoniam cum
adhuc peccatores eſſemus: chriſtus pro nobis mortuus eſt.
Ioan. 14. Cum ergo ipſe dicat: Ego ſum via: ⁊ humilitas eius carnalis
natiuitatis atq̄ paſſionis: euidentia ſint teſtimonia diuine
erga nos dilectionis: procul dubio via teſtimoniorū dei chri-
ſtus eſt. Per hec quippe teſtimonia que in illo videmus im-
pleta: etiā futura erga nos que ſempiterna promiſſa ſunt ex-
Ro. 8. pectamus: ⁊ ſperamus implenda. Qui enim proprio filio nō
pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit eū: quomodo non
D et cum illo omnia nobis donauit? Sequitur. In mandatis
Al' † exer- tuis † garriam: ⁊ cōſiderabo vias tuas: Quod grecus habet
cebor. ἀδολεσχήσω: Latini interpretes quidam garriam: quidam
exercebor interpretati ſunt: que duo inter ſe videntur eſſe di-
uerſa: Sed ſi exercitatio intelligatur ingenij cum quadā de-
lectatione diſputationis vtrumq̄ coniungit: ⁊ quaſi ex vtro-
q̄ vnum aliquid temperatur: vt non ſit aliena ab huiuſmodi
exercitatione garrulitas. Solent enim garruli vocari loqua-
ces. Si autem ſe in dei mandatis exercet eccleſia aduerſus
omnes inimicos fidei chriſtiane atq̄ catholice: copioſis do-
ctorū diſputationibus eſt garrula: que tūc fructuoſe ſunt diſ-
Ps. 24. putātibus: ſi nō ibi conſiderentur niſi vie domini. Uniuerſe
autem vie domini (ſicut ſcriptum eſt) miſericordia ⁊ veritas:
quorum duorū plenitudo inuenitur in chriſto. Per hanc ſua-
uem exercitationem ſit etiam hoc quod adiūgit: In iuſti-
al' † ſermo- ficationibus tuis meditabor: non obliuiſcar † verborū tuo-
nes tuos. rum. Ideo vtiq̄ meditabor: vt non obliuiſcar. Unde bea-
E tus ille in primo pſalmo: in lege domini meditabitur die ac
nocte. In his omnibus que prout potuimus diſputauimus:
meminerimus chariſſimi eum qui abſcōdit in corde ſuo elo-
quia domini: ⁊ enūciat in labijs ſuis omnia iudicia oris eius:
et in via teſtimoniorum eius delectatur ſicut in omnibus di-
uitijs: ⁊ garriens vel ſeſe exercens in mandatis eius conſide-
rat vias eius: ⁊ meditatur in iuſtificationib⁹ eius: ne obliuiſ-
catur verborum eius: per que omnia vtiq̄ verba dei atq̄ do-
ctrinam in lege dei inſtructus apparet orare tamen ⁊ dicere
Benedictus es domine: doce me iuſtificationes tuas: vbi ni-
hil aliud intelligitur poſcere: niſi adiutorium gratie: vt quod
iam nouit ſermone: diſcat ⁊ opere.

Explicit Sermo ſextus.

Incipit Sermo ſeptimus de eodē pſalmo.

B SI huius pſalmi ſuperiora meminiſtis chariſſimi: adiu-
uare nos debent ad intelligenda ſequentia. Etenī que
tanq̄ ex vnius hominis perſona loquunt: membra ſunt chri-
Gimel. ſti: ⁊ ad vnum caput tanq̄ ad vnum pertinent corpus. Nem-
pe ſuperius dixerat: In quo corrigit iunior viam ſuam: in cu-
ג ſtodiendo verba tua: Ecce nunc apertius vt id faciat: poſcit
auxilium. Retribue: inquit: ſeruo tuo: † viuam ⁊ cuſto-
diam † verba tua. Si bona ꝑ bonis ſibi poſtulant retribui:
al' † viuifi- iam cuſtodierat verba dei. Nō autem dicit: Retribue ſeruo
ca me. tuo: quia cuſtodiui verba tua: tanq̄ mercedē bonam pro bo-
al' † ſermo- no obedientie flagitaret: ſed dicit: Retribue ſeruo tuo: viuā
nes tuos. et cuſtodiam verba tua. Quid eſt aliud q̄ dicere mortuos
ea cuſtodire nō poſſe: infideles videlicet: de quibus dicitur: Mat. 8.
Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: verba dei cuſtodire
non poſſunt. Quapropter mortuos intelligimus infideles: Ro. j.
viuos autem fideles: quoniam iuſtus ex fide viuit: Non poſ- Gal. 5.
ſunt cuſtodiri verba dei niſi per fidem: que per dilectionem
operatur. Hanc ſibi poſcit qui dicit: Retribue ſeruo tuo: vi-
uam ⁊ cuſtodiam verba tua. Et quoniam ante fidem nō ho-
mini debentur niſi mala pro malis: retribuit autem deus per
indebitā gratiā bona ꝑ malis: Hāc retributionē rogat qui di-
cit: Ecce nunc retribue ſeruo tuo: viuā ⁊ cuſtodiā verba tua. B
Quatuor enim retributiones ſunt. Aut enī mala pro malis 8. pē.
retribuuntur: ſicut deus ignem eternum retributurus eſt im- 108. C.
pijs: Aut bona pro bonis: ſicut regnū eternum retributurus Ro. 4.
eſt iuſtis: Aut bona pro malis: ſicut chriſtus per gratiam iu-
ſtificat impium: Aut mala pro bonis: ſicut iudas ⁊ iudei per
maliciā perſecuti ſunt chriſtū. Harum quatuor retributionū
due priores pertinent ad iuſtitiam: vt retribuātur mala pro
malis: bona pro bonis: tertia pertinet ad miſericordiā: vt re- C
tribuantur bona pro malis: quartam deus neſcit: Nulli enim
malum pro bono retribuit. Hec autem quā tertio loco poſui
primitus neceſſaria eſt. Niſi enim deus retribueret bona ꝑ
malis: nullo modo eſſent quibus retribueret bona ꝑ bonis. ad titū. 3.
Unde illum ſaulum poſtea paulū: Non ex operibus inquit iu- 1. Thio. 1.
ſtitie que nos fecimus: ſed ſm ſuam miſericordiā ſaluos nos
fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum. Qui prius fui 1. Cor. 7.
blaſphemus ⁊ perſecutor et iniurioſus: ſed miſericordiā con-
ſecutus ſum: qꝛ ignorans feci in incredulitate. Et iterum: Cō- Ro. j.
ſilium autē do tanq̄ miſericordiā conſecutus a dn̄o: vt fide-
lis eſſem: hoc eſt vt viuerem: Quia iuſtus ex fide viuit. Mor-
tuus ergo erat prius per ſuā iniuſtitiam: anteq̄ viueret per
dei gratiam. Ipſam porro ſuam mortē ſic confitetur. Adue- Ro. 7.
niente autem inquit mandato peccatū reuixit: ego autē mor-
tuus ſum: ⁊ inuentū eſt mihi mandatum quod erat in vitam:
hoc eſſe in mortem. Retribuit ergo illi deus bonū pro malo
hoc eſt vitā pro morte: talem ſcȝ retributionē qualis hic poſci-
tur vbi dicitur: Retribue ſeruo tuo: viuā ⁊ cuſtodiā verba tua
et vixit ⁊ cuſtodiuit verba eius: ⁊ pertinere cepit ad aliam re-
tributionem: in qua retribuuntur bona pro bonis: Propter 1. Thio. 6.
quā dicit: Bonum certamen certaui: curſum conſummaui: fi-
dem ſeruaui: de cetero repoſita eſt mihi corona iuſtitie: quā
reddet mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex. Utiq̄ iuſtus retri-
buendo bona pro bonis: qꝛ prius: miſericors retribuendo bo-
na pro malis: Quāuis ipſa iuſtitia qua retribuuntur bona pro Ps. 102.
bonis: non eſt ſine miſericordia: qꝛ ⁊ hoc ſcriptū eſt: Qui co- 1. Thio. 6.
ronat te in miſeratione ⁊ miſericordia. Qui enī dixit: Bonū 1. Cor. 15.
certamē certaui: quādo vinceret: niſi illo donāte de quo ait:
Gratias ago deo qui dat nobis victoriā per dn̄m noſtrum ie-
ſum chriſtum? Et qui curſum cōſummauit quando curreret: Ro. 9.
quando perueniret: niſi illo adiuuante de quo ait: Igitur nō
volētis neq̄ currentis: ſed miſerentis eſt dei? Et qui fidē ſer-
uauit quando id faceret: niſi vt ipſe ait: Miſericordiam con- 1. Cor. 7.
ſecutus vt fidelis eſſet? Nuſq̄ ergo ſe extollat hūana ſuper-
bia donis ſuis deus retribuit bona premia. Sed iſte qui iā D
orat ⁊ dicit: Retribue ſeruo tuo viuā: ſi penitus iam nō eſſet
mortuus non oraret: ſed ab illo accepit initium bone concu-
piſcentie ⁊ conſcientie: a quo vitam poſcit obedientie. Habe- Luce. 17.
bant enim aliquā fidem qui dicebant: Dn̄e auge nobis fidē.
Ille vero ⁊ incredulitatem ſuā confitebatur: nec fidem diffi- Marci. 9.
tebatur: qui cū eſſet interrogatus vtrū crederet: ait: Credo
domine: adiuua incredulitatem meam. Iam vtiq̄ viuere in-
cipiens poſtulat vitam: qui credens orabat obedientiā: non 2. Cor. 4.
pro ea ſeruata premium: ſed vt ſeruetur auxiliū. Uita quippe
creſcēte viuiſcit ⁊ iuueneſcit per omnē diē: qui renouatur de
die in diem. Sciens autem verba dei non poſſe cuſtodiri per
obedientiam: niſi videantur per intelligentiam: hoc quoq̄
orationi addidit ⁊ dicit: Reuela oculos meos: ⁊ cōſidera- al' † incola
bo mirabilia de lege tua. Ad hoc etiā illud pertinet q̄d ad- E
iungit: † Inquilin⁹ ego ſum in terra: Siue vt nōnulli co- Alij † non.
dices habēt: Incola ego ſum apud te in terra: † ne abſcō-
das a me mādata tua. Quod enī ait ſuperius: reuela oculos
meos: hoc poſtea dixit: ne abſcōdas a me: ⁊ q̄d ibi dixerat: mi-
rabilia d̄ lege tua: hoc alio loco repetēs ait: mādata tua. Nihil

eſt autē mirabilius in mandatis dei φ diligite inimicos ve-
Mat.5. ſtros:hoc eſt retribuite bona ꝑ malis: Sed de iſto inquili-
natu vel incolatu non eſt ſermo coartandus: ⁊ ideo non iſte
de hac re:ſed alius expectādus ⁊ domino adiuuante reddē-
dus eſt ſermo.

¶Explicit Sermo ſeptimus.

¶Incipit Sermo octauus de verſu pſalm' qui dicit: Incola ego ſum in terra: nō abſcōdas a me mandata tua: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

A Expectationi charitatis veſtre de ſequentibus huius
magnifiſimi pſalmi ſermo reddendus eſt:ab illo verſu
ſcʒ vbi ait:⌊ Incola ego ſum in terra:non abſcondas a me
mādata tua:⌋ Siue vt nōnulli codices habēt:⌊ Inquilin'
ego ſum in terra.⌋Quod enī eſt in greco παροικος:aliqui
noſtri inquilinus:aliqui:incola:nonnulli etiam aduenam in
terpretati ſunt. Inquilini non habentes propriam domum:
habitant in aliena. Incole autem vel aduene: vtiqȝ aduen-
titij perhibētur.Ubi magna de anima exoritur queſtio.Ne-
qȝ enim ſecundū corpus dictum videri poteſt:incola vel ad
uena vel inquilinus ſum in terra:cum de terra corpus origi
nem ducat. Sed de hac profundiſſima queſtione nihil au-
deo definire:Siue enim propter animam que aliū vt pute
tur ex terra:merito dici potuerit inquilin' vel incola vel ad-
Gen.3. uena ego ſum in terra:Siue ſecundum totum hominem:q̄
paradiſi aliquando ciuis fuit:vbi vtiqȝ non erat qui iſta di-
cebat:Siue quod eſt ab omī controuerſia liberius: nō om-
nis poſſit hoc dicere:ſed cui patria ꝓmiſſa eſt eterna in ce-
Job.7. lis:Hoc ſcḭꝰ quia temptatio eſt vita humana ſuper terram:
Eccli. 40. et iugum graue eſt ſuper filios adam.Uerum me plus dele
B ctat ſecundū iſtam diſputare ſententiam:vt ideo nos in ter
ra inquilinos vel incolas eſſe dicamus: quia ſupernam pa-
triam vnde pignus accepimus: ⁊ quo peruenientes nunq̄ in
de migremus:inuenimus. Nam ⁊ ille qui in alio pſalmo di
Pſ.38. cit: Inquilinus ego ſum apud te ⁊ peregrinus: ſicut omnes
patres mei:non ait:ſicut omnes homines:ſed dicēdo: ſicut
omnes patres mei:iuſtos procul dubio vult intelligi qui eū
tempore preceſſerunt: ⁊ in hac peregrinatione gemitu pio
ſuperne patrie ſuſpirarant:De quibus ſcriptum eſt ad He-
Heb.11. breos:Secundum fidem mortui ſunt hi omnes:cum nō ac-
cepiſſent promiſſiones:ſed longe eas vidētes ⁊ ſalutantes:
et confitentes :quia hoſpites ⁊ peregrini ſunt ſuper terras.
Qui enim talia dicunt:oſtendunt quia patriam querūt. Et
ſi quidē eius memores eſſent a qua diſceſſerāt : habuiſſent
tempus reuertendi. Nunc autē meliorem appetunt: id eſt
celeſtem : Ideo non confunditur de his deus vocari deus
2.Cor.5. eorum: Preparauit enim eis ciuitatem. Et illud quod legi-
mus: φdiu ſumus in corpore peregrinamur a domino : po-
2.theſſa.3. teſt intelligi hoc non eſſe omnium:ſed fidelium. Non enim
omnium eſt fides.Et videmus quid his verbis Apoſtolus
iungat.Cum enim dixiſſet:quandiu ſumus in corpore pere-
2.Cor.5. grinamur a domino: Per fidem enim ambulamus inquit ⁊
C non per ſpeciem:vt intelligeremus eorum eſſe iſtam pere-
grinationem qui ambulant per fidem. Infideles autē quos
deus nō preſciuit nec predeſtinauit cōformes fieri imaginis
filij ſui:non poſſunt veraciter dicere ſe in terra peregrinos:
quando ibi ſunt vbi ſecundum carnem nati ſunt. Non enim
habent alibi ciuitatem:Ac per hoc non ſunt in terra alieni-
Eſa.28. gene:ſed terrigene.Unde ait alia ſcriptura de quodā. Po-
ſuit enim apud mortem domum ſuam: et apud inferos cum
terrigenis ares ſuos.Sunt autem ⁊ ipſi peregrini et inqui
lini : non huic terre: ſed populo dei a quo ſunt alienigene.
Ephe.2. Unde credentibus ⁊ ſanctam ciuitatem que non eſt de hoc
mundo habere incipientibus Apoſtolus dicit : Igitur iam
non eſtis peregrini ⁊ inquilini:ſed eſtis ciues ſanctorum et
domeſtici dei. Ipſi ergo ſunt ciues terreni:q̄ ſunt in dei po-
2.Co.5. pulo peregrini.Qui vero ciues ſunt in populo dei: ipſi ſunt
D in terra peregrini:quia totus idem populus quandiu eſt in
corpore peregrinatꝰ a domino.Dicat itaqȝ: Incola ego ſum
in terra:ne abſcondas a me mandata tua.Sed qui tandem
ſunt:a quibus deus abſcondit mandata ſua? Nonne illa vbi
qȝ deus voluit predicari? Utinam φ multis clara ſunt: tam
multis chara ſint. Nam quid eſt clarius φ diliges dominū

deum tuum ex toto corde tuo:⁊ ex tota anima tua:⁊ ex tota Mat. 22.
mente tua:⁊ diliges proximum tuum tanq̄ teipſum? In qui
bus duobus mandatis:tota lex pendet ⁊ prophete. Et quis
eſt quem lateant iſta mandata? Nempe ⁊ in omnibus fide-
libus:⁊ plurimis infidelibus nota ſunt . Cur ergo poſcit fi-
delis ne abſcondatur ſibi:quod nec infideli cernit abſcondi?
An quia deum noſſe difficile eſt? Conſequens eſt vtiqȝ vt di
ligas dominum deum tuum:difficile intelligatur: interroga
tur ne aliud pro alio diligatur: Nam proximi facilior eſſe vi-
detur cognitio.Omnis quippe homo eſt omni homini pro- 3.ſent.diſ.
ximus: Nec vlla cogitanda eſt longinquitas generis: vbi eſt 27.conſe
natura communis φφ nec proximum nouerat qui domino quenter.
ait: Et quis eſt mihi proximus? Quando illi eſt propoſitus Luce.10.
homo quidam:qui deſcendens ab hieruſalem in hierico: et
incidit in latrones:cui proximum non fuiſſe niſi qui cum illo
fecit miſericordiam:ipſe qui interrogauerat iudicauit: Pa-
tuitqȝ in facienda miſericordia neminem alienum eſſe putā-
dum ab eo qui diligit proximum. Sed multi nec ſeipſos no- E
uerunt:quia ⁊ ſeipſum noſſe quemadmodum homo ſibi de-
bet innoteſcere: non omnium hominum eſt. Quomodo er- Mat.22.
go diligit proximum tanq̄ ſeipſum:qui neſcit ⁊ ſeipſum? Nō
enim fruſtra ille filius iunior qui profectus eſt in regionem
longinquam vbi ita diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuens pro
dige vt diceret : Surgam ⁊ ibo ad patrem meum:prius re- Luce.15.
uerſus eſt in ſemetipſum: niſi quia tam longe peregrinatus
eſt:vt relinqueret etiam ſemetipſum: Nec tamen reuertere
tur ad ſe ſi omnimodo neſciret ſe:nec diceret:ſurgam et ibo
ad patrem meum: ſi penitus ignoraret deum . Quocirca et
aliquatenus iſta ſciuntur:⁊ vt magis magiſqȝ ſciantur: non
immerito ſcienda poſcuntur.Quapropter vt ſciamus dilige
re deum:ſciendus eſt deus: Et vt ſciat homo diligere proxi-
mum tanq̄ ſeipſum : prius debet diligendo deum diligere
ſeipſum. Quod vnde poterit ſcire:ſi neſcit deum: ſi neſcit et
ſeipſum? Recte itaqȝ dicitur deo: Incola ego ſum in terra:ne
abſcondas a me mandata tua. Merito namqȝ abſconduu-
tur eis:qui non ſunt incole in terra. Hec enim mandata etſi
audiant non ſapiunt:quia terrena ſapiunt. Quorum autē Phil.3.
conuerſatio in celis eſt:inquantum hic conuerſantur profe-
cto peregrinantur. Petant itaqȝ ne abſcondātur ab eis mā-
data dei:per que ab hoc incolatu liberentur diligendo deum:
cum quo in eternum erunt:⁊ diligendo proximum:vt illic ſit
vbi et ipſi erūt.Quid autem diligendum diligitur:ſi ipſa dile
ctio non diligitur? Unde conſequenter iſte incola in terra cū
dei mandata ne ſibi abſconderentur oraſſet:in quibus dile-
ctio precipitur vel ſola vel maxima:⁊ ipſius dilectionis dile
ctionem ſe velle habere proclamat dicens: ⌊ Cōcupiuit ani F
ma mea deſiderare iuſtificationes tuas:in omni tempore.⌋
Laudabilis eſt iſta concupiſcentia:non damnabilis. Non de Exod. 20.
hac dictum eſt: Non concupiſces: ſed de illa qua caro concu Ro.7.
piſcit aduerſus ſpiritum. De hac autem bona concupiſcen- Gal.5.
tia qua concupiſcit ſpiritus aduerſus carnem:quere vbi ſcri
ptum ſit:⁊ inuenies: Concupiſcentia itaqȝ ſapientie deducit Sap.6.
ad regnum.Et multa alia reperiūtur bone concupiſcētie te
ſtimonia. Sed hoc ſane intereſt:φ non tacetur quid concu-
piſcatur quando bona commemoratur concupiſcentia : cum
autem non additur quid concupiſcatur:ſed ſola ponitur:nō
niſi mala intelligitur:ſicut in hoc quod commemoraui: Con Ibidem.
cupiſcentia itaqȝ ſapientie:deducit ad regnum: Si non ad-
deret ſapientie:nullo modo diceret: concupiſcentia perdu-
cit ad regnum. At vero Apoſtolus quod poſuit: Concupiſcē- Ro.7.
tiam neſciebam:niſi lex diceret: Non concupiſces: Non vtiqȝ
addidit cuius rei concupiſcentiam:vel quid non concupiſ
ces . Certum eſt enim non intelligi cum ita dicitur niſi ma-
lam concupiſcentiam. Quid ergo huius anima concupiuit? G
Deſiderare inquit iuſtificationes tuas in omni tempore.
Credo nondum eas deſiderabat quando concupiuit deſide
rare. Juſtificationes autem facta ſunt iuſta: id eſt opera iu-
ſtitie . Cum itaqȝ nondum habeat et qui iam deſiderat: φ
longe ab his erat qui adhuc eas deſiderare concupiſcebat?
Et φ longius ab eis ſunt:qui neqȝ hoc adhuc concupiſcunt?
Mirum eſt autem quomodo concupiſcatur deſiderium :
nec ſit in nobis cuius concupiſcentia iam ſit in nobis .Ne-
qȝ enim pulchrum aliquod corpus eſt ſicut aurum : vel
caro aliqua

taro aliqua ſpecioſa:quam poteſt homo cõcupiſcere nec ha-
bere:q₂ extra poſita nõ eſt in homine. Quis neſciat in homi
ne eſſe cõcupiſcentiã:in homine eſſe deſideriũ? Cur ergo cõ-
cupiſcitur vt habeatur:quaſi forinſecus inferatur? Aut quo-
modo haberi eius concupiſcentia ſine ipſo poteſt:cum nõ ſit
et ipſum deſiderium quid aliud ꝙ cõcupiſcentia? Nam ⁊ de-
ſiderare proculdubio cõcupiſcere eſt. Quis eſt enim iſte mi-
rabilis atq₃ inexplicabilis lãguor? Et tamen eſt. Nam ⁊ egro
tus qui faſtidio laborat: et vult euadere hoc malum:concu-
piſcet vtiq₃ deſiderare cibum dum concupiſcit non habere
faſtidium: Sed hoc faſtidium morbus eſt corporis. Concu-
piſcentia vero qua concupiſcit deſiderare cibum: hoc eſt ca-
rere faſtidio: in animo eſt non in corpore:et habet eam non
gutturis aut faucium delectatio que faſtidio reſtringit̃: ſed
recuperande ratio ſanitatis que ad pellendum eſce faſtidiũ
prouidetur. Et ideo non eſt mirum ſi appetit animus vt ap-
petat corpus: quando appetit animus: nec appetit corpus.
Cum autem vtrũq₃ animi eſt:⁊ vtrumq₃ concupiſcentia eſt:
D cur non concupiſco deſiderium iuſtificationum dei? Quomo
do in vno eodemq₃ animo meo habeo concupiſcentiam deſi
derij huius:et ipſum non habeo deſiderium? Aut quomodo
iſta duo ſunt:⁊ non vnum? Ut quid enim concupiſco deſide-
rare iuſtificationes tuas:ac non ipſas iuſtificationes potius
ꝙ earum deſideriũ concupiſco? Aut quo pacto poſſum iuſti
ficationum deſiderium concupiſcere: ⁊ ipſas iuſtificationes
non concupiſcere:cum ideo earum deſideriu₃ concupiſcam:
quia ipſas habere concupiſco? Qđ ſi ita eſt iam ipſas vtiq₃
concupiſco. Quid igitur opus eſt vt earum deſiderium con-
cupiſcam:cum iam id habeã:⁊ habere me ſentiam? Non enĩ
I poſſum concupiſcere deſiderium iuſtitie:niſi concupiſcendo
iuſtitiam. An hoc eſt qđ ſuperius dixi ꝙ diligenda ſit etiam
ipſa dilectio qua diligitur quod diligi oportet: ſicut odio ha
Gal.5. benda eſt dilectio qua diligit̃ quod diligi nõ oportet? Odio
quippe habimus concupiſcentiam noſtram: qua caro con-
cupiſcit aduerſus ſpiritum. Et quid eſt iſta concupiſcentia:
niſi mala dilectio? Et diligimus concupiſcentiam noſtrã qua
ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem. Et quid eſt iſta concu-
piſcentia:niſi bona dilectio? Cum autem dicitur diligẽda eſt
quid aliud dicitur ꝙ concupiſcenda eſt? Quocirca quoniam
recte concupiſcuntur iuſtificationes dei:recte concupiſcitur
concupiſcentia iuſtificationum dei. Hoc enim alio modo ſic
poteſt dici: Si recte diliguntur iuſtificationes dei: recte di-
K ligitur dilectio iuſtificationum dei. An aliud eſt concupiſce-
re:aliud deſiderare? Non ꝙ non ſit cõcupiſcentia deſideriũ:
ſed quia non omnis concupiſcentia deſiderium eſt. Cõcupiſ
cuntur enim ⁊ que habentur:⁊ que non habentur. Nam con
cupiſcendo fruitur homo rebus quas habet:deſiderãdo ẽ ab-
ſentem abſentia concupiſcit. Deſiderium ergo quid eſt:niſi re-
rum abſentium concupiſcentia? Sed dei iuſtificationes ab-
ſentes eſſe quomodo poſſunt:niſi quando neſciuntur? An et
quando ſciuntur et non fiunt:abſentes habende ſunt? Nam
quid ſunt iuſtificationes:niſi opera iuſta:non verba? Ac per
hoc poſſunt infirmitate anime non deſiderari:⁊ ratione mẽ-
2.ſent.diſ. 26.illa. tis vti: Uidetur quippe ꝙ ſint vtiles atq₃ ſalubres:⁊ ideo po
teſt earum deſiderium concupiſci. Sepe enim quid agendũ
ſit videmus:nec agimus:quia non delectat vt agamus:⁊ cõ
cupimus vt delectet. Preuolat intellectus:⁊ tarde ſequitur:
⁊ aliquando non ſequitur humanus atq₃ infirmus affectus.
Ideo ergo deſiderare cõcupiſcebat:que bona eſſe cernebat:
cupiens eorum habere delectationem:quorum potuit vide-
re rationem. Non autem ait:concupiſcit:ſed concupiuit ani-
L ma mea deſiderare iuſtificationes tuas. Fortaſſe quippe ta
lis erat iſte incola in terra:qui ia₃ peruenerat ad id qđ cõcu
piuerat:iamq₃ deſiderabat eas:quarũ ſe deſiderium aliquã
do concupiſſe cõmemorat. Si autem deſiderabat:cur nõ ha
bebat? Non enim aliquid impedit quo minus habeantur iu-
ſtificationes dei:niſi quia non deſiderantur:dum non in eas
charitas feruet:quarum claritas lucet. An habebat eas at-
q₃ faciebat? Nam paulopoſt dicit: Seruus autem tuus exer
cebatur in iuſtificationibus tuis. Sed quibus quaſi gradi-
bus ad eas perueniatur:oſtendit. Prius eſt enim vt videa-
2.ſent.diſ. 26.illa. tur ꝙ ſint vtiles ⁊ honeſte:deinde vt earum deſiderium con
cupiſcatur:poſtremo vt proficiente lumine atq₃ ſanitate de-

lectet earum ⁊ operatio:quarum ſola ratio delectabat. Sed
ea que ſequunt̃:quoniã ti iſte prolixus eſt:alio ſermone ad-
iuuante domino cõmodius differentur.

¶ Explicit Sermo octauus.

¶ Incipit ſermo nonus de eo qđ dicit: Incre-
paſti ſuperbos:maledicti qui declinant a man
datis tuis:vſq₃ ad id: Nã ⁊ teſtimonia tua me-
ditatio mea eſt:et conſolatio mea iuſtificatio-
nes tue.

A P Salmi huius que tractãda ſubſequuntur admonent
nos cauſam noſtre miſerie recordari. Etenim cum di-
xiſſet: Cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas
in omni tempore:ſiue ſc₃ in rebus proſperis:ſiue in aduerſis
Quia et in laboribus et doloribus debet delectari iuſtitia:
nec ita eſt tempore diligenda tranquillo:vt turbulento tem
pore deſeratur:ſed amplectenda eſt in omni tempore: conti
nuo ſubiecit: [Increpaſti ſuperbos:maledicti qui declinãt
a mandatis tuis.] Superbi enĩ declinant a mandatis dei.
Aliud eſt quippe mandata dei per infirmitatẽ vel per igno-
rantiam non implere:aliud ab eis per ſuperbiam declinare:
ſicut fecerunt qui nos mortaliter in hec mala genuerunt. De
lectauit enĩ eos: Eritis ſicut dij: ac ſic a mandato dei qđ ſibi Gen.3.
eu₃ mandaſſe ſciebant:⁊ qđ facillime nulla infirmitate reuo-
cante:impediente:tardante:implere poterant:per hanc ſu-
perbiam declinauerunt. Et ecce iſta tota dura ⁊ infelix erũ-
na mortaliũ:quodammodo hereditaria eſt increpatio ſuper Ibidem.
borum. Quando enim dixit deus: Adam vbi es:nõ vbi eſſet
deus ignorabat:ſed ſuperbũ increpabat:⁊ vbi tũc eſſet:ideſt
ad quã miſeriã perueniſſet:nõ ſcire cupiebat: ſed interrogã-
do increpans admonebat. Uide aũt quẽadmodũ cũ dixiſſet:
Increpaſti ſuperbos:nõ ait maledicti q̇ declinauerunt a mã
datis tuis:vt illud tantũ primorũ hominũ peccatum veniret
in mentẽ:ſed ait:maledicti qui declinant. Oportebat enĩ vt
omnes illo terrerentur exẽplo diuinis non declinare man-
datis:⁊ diligendo iuſtitiam in omni tempore: in huius mun
di etia₃ labore recipere qđ in paradiſi amiſimus voluptate.
B Sed qm̃ ſuperbi nec in tanta deponunt increpatione ceruĩ-
cem:⁊ cũ ſint deiecti laboris mortiſq₃ ſupplicio:extollunt̃ ſu-
perbie typo:imitantes elationẽ cadentiũ:irridentes humili
tatem ſurgentiũ:pro eis orat corpus chriſti cũ dicit: [Aufer
a me opprobriũ ⁊ contemptũ: q₂ teſtimonia tua exquiſiui.]
Teſtimonia grece martyria nuncupant̃:quo verbo iã vtimur
pro latino eloquio. Unde illos qui propter teſtimoniũ chriſti
diuerſis paſſionibus humiliati ſunt:⁊ vſq₃ ad mortẽ pro veri
tate certarunt:nõ teſtes qđ latine vtiq₃ poſſemus:ſed grece
vtiq₃ martyres appellamus. Quĩ hoc ergo familiarius au-
ditis:⁊ dulcius ſic accipiamus hec verba tanꝙ dictũ ſit: Au-
fer a me opprobriũ ⁊ cõtemptũ:quoniã martyria tua exquiſi
C ui. Chriſti corpus iſta cum dicit:nũquid ab impijs ⁊ ſuperbis
audire opprobriũ atq₃ contemptũ vllam deputat penam:cũ
potius inde perueniat ad coronã? Cur ergo quaſi graue ali-
quid ⁊ intolerabile a ſe poſcit auferri:niſi q₂ vt dixi orat pro
ipſis inimicis ſuis quibus eſſe proſpicit noxium obijcere ſan
ctum nomen chriſti tanꝙ opprobrium chriſtianis:⁊ eius ſpiri
deis irriſam crucem tanꝙ humilitatis chriſtiane medicinã:
qua ſola tumor ille ſanatur quo inflati cecidimus:et iacẽtes
amplius intumuimus eadem ſuperbia permanente ⁊ creſcẽ
Mat.5. te contemnere? Dicat itaq₃ corpus chriſti:iam enim diligere
didicit inimicos ſuos:dicat domino deo ſuo: Aufer a me op-
probrium et contemptum:quia martyria tua exquiſiui:ideſt
opprobrium quod ideo audio:⁊ contemptum quo ideo con-
temnor:quia martyria tua exquiſiui:aufer a me. Inimici enĩ
mei quos a me precipis diligi:qui magis magiſq₃ moriũtur
et pereunt cum martyria tua contemnant ⁊ criminantur:ne
in me profecto reuiuiſcunt ⁊ inueniuntur:ſi martyria tua ve-
nerentur in me. Ita factum eſt:hoc videmus: Ecce marty-
rium chriſti ⁊ apud homines iam in hoc mundo non ſolum nõ
eſt opprobrium:ſed magnum eſt ornamentum. Ecce non ſo-
Pſ.115. lum in conſpectu domini: verumetiam in conſpectu homi-
num iam precioſa eſt mors ſanctorum eius. Ecce non ſolum
non contemnuntur:veru₃etiam magnis honoribus preferun
Luce.15. tur martyres eius. Ecce filius ille iunior qui pro porcis

quos paſcebat: ideſt pro immundis demonibus quos cole-
bat:particulam ſuam in pauciſſimis chriſtianis precedētem
perſequebatur:iam nunc in tam multis et magnis populis
gentium martyres in quibus ingerebat opprobrium religio
ſiſſime predicans:et maximis laudib' quos contēnebat exal
Ibidem. tans:mortuus erat et reſurrexit:perierat et inuentus eſt. Hoc
tam magno lucro correctionis:conuerſionis et redemptionis
inimicorum ſuorum corpus chriſti deo dixit: Aufer a me op-
probrium et contemptum. Et quaſi quereretur de qua re op
probrium: de qua re cōtemptum:ſubiungit:Quoniam mar-
tyria tua exquiſiui. Ubi eſt nunc illud opprobrium? vbi eſt il-
le contemptus? Abierunt atque tranſierunt: et qui inuenti ſunt
qui perierant:illa perierunt. Sed quando eccleſia talia pre
D dicabat et precabatur:illa patiebatur. Etenim ſederunt prin
a†nō hz. cipes: inquit: † vaduerſum me loquebantur. Inde
perſecutio grauis erat:quia eam ſedētes:hoc eſt iudiciariis
ſedibus eminentes:principes decernebant. Refer hoc ad ip
Mat. 26. ſum caput:inuenies ſediſſe principes iudeorum:conſiliū que-
rentes quomodo chriſtum perderent. Refer hoc ad corpus
eius:ideſt ad eccleſiā:inuenies reges terre excogitaſſe atque
iuſſiſſe quomodo chriſtiani nuſquam eſſent. Etenim ſederunt prin
Ab†tuis cipes:et aduerſum me loquebantur. Seruus autem tuus
exercebatur in tuis iuſtificationibus. † Qualis exercita-
tio hec fuerit qui noſſe deſideras:quod adiūxit intellige: Nā
et teſtimonia tua meditatio mea eſt:et cōſilium meum iuſti-
ficationes tue. Recole quod ſuperius commendaui teſtimo
nia eſſe martyria. Recole in iuſtificationibus domini nulla
eſſe difficiliora et mirabiliora:quam vt ſuos quiſque diligat inimi-
Mat. 5. cos. Si ergo exercitabatur corpus chriſti:vt et martyria: id
eſt teſtimonia eius meditaretur:et vt diligeret eos a quib' op
probrātibus et contēnentibus propter ipſa martyria perſecu
tiones patiebatur:Non enim pro ſe ſicut iā cōmendauimus
ſed pro ipſis potius orabat dicens:Aufer a me opprobrium
et contemptū:Sederunt ergo principes et aduerſum me lo-
quebantur:ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationi
bus tuis:Quo nam modo? Nam et teſtimonia tua meditatio
mea eſt:et conſilium meum iuſtificat iones tue:Conſiliū con
tra conſilium. Conſilium ſedentium principum fuit iuſtos
martyres perdere:conſilium patientium martyrum fuit ini-
micos perditos inuenire. Reddebāt illi mala pro bonis:iſti
bona pro malis. Quid ergo mirū ſi illi occidendo defecerūt:
iſti moriendo vicerunt? Quid inquam mirum ſi martyres ſe
uientibus gentibus temporalem mortem patientiſſime per
tulerunt:et gentes martyribus orantibus ad eternam vitam
peruenire potuerunt:dum corpus chriſti ſic exerceretur: vt
et martyria meditaretur:et malis martyrum perſecutoribus
bona precaretur?

¶ Explicit Sermo nonus

¶ Incipit Sermo decimus de verſu pſalmi:Adheſit
pauimento anima mea: viuifica me ſecundum verbū tuum.

A
Daleth. SEquitur in iſto pſalmo maiore quod cōſiderare et ſicut do
minus dederit pertractare debemus: Adheſit paui-
mento anima mea:viuifica me ſecundum verbum tuum. Quid
eſt:adheſit pauimento anima mea? Nam cum adiungit et di
cit:Uiuifica me ſecundum verbum tuum:quare ſe viuificari poſcat
vtique cauſam premiſit dicendo: Adheſit pauimento anima
mea. Ergo quia propterea ſe viuificari petit:quia paui-
mento adheſit anima eius:mirum ſi boni aliquid hinc vult
intelligi. Ita quippe ſe habet tota iſta ſententia:tanquam dice
ret:mortuus ſum:viuifica me: Quid eſt enim pauimentum?
Si tanquam vnā quādam domum magnam vniuerſum mundū
velimus accipere:videmus velut eius cameram celum:paui
mentum terram. Erit igitur pauimentū terrenis erui:in ter
ra eſſe:et cum apoſtolo dicere:Cōuerſatio noſtra in celis eſt.
Phil. 3. Proinde terrenis adherere mors anime eſt: Cui malo con-
B traria poſcitur vita:cum dicitur:viuifica me. Sed vidēdum
eſt:vtrum congruant huic verba iſta qui ſuperius talia dixe
rat:quibus magis deo videatur adheſiſſe quam pauimento: vt
conuerſatio eius non in terrenis ſed in celeſtibus haberet.
Quomodo enim poteſt intelligi terrenis adheſiſſe qui dicit
Supra eo Seruus autem tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus:nam
dem. et teſtimonia tua meditatio mea eſt:et conſiliū meum iuſtifi

cationes tue? Hec ſunt enim verba eius antecedentia:quorū
antecedentium iſta ſunt conſequentia: Adheſit pauimento
anima mea. An ex hoc intelligere debem': quantumlibet quiſ
que proficiat in iuſtificationibus domini:habere eum mortalis
carnis affectum circa iſtu terrenū:in quibus vita humana tē
ptatio eſt ſuper terrā:et ab hac morte ſi perſeueranter profi- Job. 7.
cit:quotidie reuiuiſcere:viuificante illo cuius gratia homo 2. Cor. 4.
noſter interior renouatur de die in diem? Nam et illud Apo- 2. Cor. 5.
ſtolus cū dicebat: Quādiu ſumus in hoc corpore peregrina
mur a domino: Et concupiſcebat diſſolui:et eſſe cum chriſto:
adheſerat pauimento anima eius. Unde et corpus ipſum quia
ex terra eſt non abſurde intelligitur pauimentum: quod adhuc
quia corruptibile eſt et aggrauat animā:recte in illo ingemiſci- Sap. 9.
tur et dicitur deo: Adheſit pauimēto anima mea:viuifica me
ſecundum verbum tuum. Neque enim nō cū corporibus noſtris ſem- 1. Cor. 15.
per cum domino erimus:ſed tunc quia nō erunt corruptibilia:
nec animas aggrauabunt:ſi diligenter cōſideremus: nec eis
nos:ſed ipſa nobis potius adherebunt:nos autē deo. Unde
alterius pſalmi verba illa ſunt: Mihi autē adherere deo bo- Ps. 72.
num eſt:vt viuāt corpora ex nobis adherēdo nobis:nos au-
tem viuamus ex deo:quia nobis adherere deo bonum eſt. Ad- C
heſio quippe iſta de qua dictum eſt:adheſit pauimento ani-
ma mea:non coniunctionē carnis et anime:quamuis et ipſam qui
dam intellexerint:ſed carnalem magis anime affectum quo
caro concupiſcit aduerſus ſpiritum:ſignificare mihi videtur. Gal. 5.
Quod ſi recte accipitur:profecto qui dicit:Adheſit pauimento
anima mea:viuifica me ſecundum verbum tuum:non id orat
vt de corpore mortis huius:morte ipſius corporis interueniē
te ſoluatur:quod dies vltimus vite huius:qui propter eius bre
uitatem non poteſt eſſe diuturnus quandoque futurus eſt:ſed
vt concupiſcentia qua concupiſcitur aduerſus ſpiritū magis
magiſque minuatur:et concupiſcentia qua cōcupiſcitur aduer-
ſus carnem magis ac magis augeatur: donec iſta conſumatur
in nobis: et illa conſumetur per ſpiritumſanctum qui datus
eſt nobis. Bene autem non ait:viuifica me ſecundum meri-
tum meum:ſed ait:ſecundum verbum tuum. Quod quid eſt
aliud:niſi ſecundum promiſſum tuum? Filius promiſſionis vult eſſe
et non filius elationis:vt ſecundum gratiā firma ſit promiſſio om-
ni ſemini. Hoc eſt enim verbum promiſſionis: In yſaac vocabi- Ro. 9.
tur tibi ſemen: Hoc eſt non qui filij carnis hi filij dei ſed filij
promiſſionis deputantur in ſemine. Num quid erat ipſe per
ſeipſum:in eo quod ſequitur:confitetur: Uias meas enun
ciaui:et exaudiſti me. Nonnulli quidē codices habent:vias D
tuas:ſed plures et maxime greci vias meas: hoc eſt malas.
Nam hoc mihi videtur dicere: Peccata mea confeſſus ſum:
et exaudiſti me:hoc eſt vt dimitteres ea. Doce me iuſtifica
tiones tuas. Confeſſus ſum vias meas: deleſti eas: doce
me tuas. Sic doce me vt agam:non vt tantūmodo ſciā quid
agere debeam. Sicut enim dictum eſt de domino quod non no- 2. Cor. 5.
uerat peccatum:et intelligitur non fecerat:ſic et iuſtitiam ille
vere dicendus eſt noſſe qui facit. Proficiētis hec oratio eſt.
Nam vtique ſi omnino non faceret:profecto illa ſuperiora nō
diceret: Seruus autem tuus exercebatur in tuis iuſtificatio
nibus. Non ergo in quibus exercebatur has vult a domino di- ſ̃.eod.pſ̃
ſcere:ſed ab iſtis ad alias proficiendo:velut creſcendo deſi-
derat peruenire. Denique adiungit et dicit: Uiam iuſtifica-
tionum tuarum inſinua mihi. Uel vt nonnulli codices ha-
bent: inſtrue me: quod expreſſius de greco dicitur: fac
me intelligere. Et exercebor in mirabilibus tuis. Ip-
ſas iuſtificationes ampliores:quas proficiendo cupit appre
hendere:mirabilia dei vocat. Sunt ergo quedam dei iuſti-
cationes ita mirabiles:vt humana infirmitas ab eis qui ex-
perti non ſunt: non ad eas poſſe peruenire credatur:Unde
laborans iſte et earum difficultate quodammodo fatiga- E
tus:adiungit: Dormitauit anima mea: inquit: pre te-
dio:confirma me in verbis tuis. Quid eſt: dormitauit:ni-
ſi a ſpe refriguit: que ſe apprehenſuram eſſe crediderat?
Sed confirma me inquit in verbis tuis: ne ab eis quo-
que ad que perueniſſe me iam ſentio: decidam dormitan-
do. Confirma itaque me in eis verbis tuis que iam te-
neo: que iam facio: vt ex eis ad alia poſſim proficiendo
peruenire. Et quid impedit in via iuſtificationum dei ſic
ambulare: vt homo facile poſſit ad illa etiam mirabilia
peruenire?

peruenire? Quid putamus niſi quod a ſe amoueri in conſe-
quentibus rogat dicens: ⌊ Uiã iniquitatis amoue a me. ⌋
Ro.5. Et quia lex factorum ſubintrauit vt abundaret delictum: ſe-
Als ✝ de. quitur et dicit: ⌊ Et ✝ lege tua miſerere mei. ⌋ Quia lege:
Ro.3. niſi lege fidei? Audi Apoſtolum: Ubi eſt gloriatio tua? Excluſ-
ſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non: ſed per legẽ fidei.
Hec eſt lex fidei qua credimus et oramus per gratiam nobis
donari: vt faciamus quod per noſmetipſos implere non poſ-
Ro.10. ſumus: ne ignorantes dei iuſtitiam et noſtram volentes cõſti-
tuere: iuſtitie dei non ſimus ſubiecti. In lege itaqz factorum
eſt dei iubentis iuſtitia: in lege autem fidei ſubuenientis mi-
ſericordia. Cum autem dixiſſet: Et in lege tua miſerere mei
de beneficio eius que iam conſecutus eſt quodãmodo ſi di-
ci poteſt preſcribit: vt impetret cetera que nondum eſt con-
ſecutus. Ait enim: ⌊ Uiam veritatis elegi: iudicia tua nõ ſum
oblitus. Adheſi teſtimonijs tuis dñe: noli me confundere. ⌋
Uiam veritatis elegi vbi currerem: iudicia tua non ſum ob-
litus vt currerem. Adheſi teſtimonijs tuis: cum currerẽ do-
mine noli me confundere: Quo curro pertendam: quo ten-
Ro.9. do perueniam. Non enim volentis neqz currentis: ſed miſe-
E rentis eſt dei. Deniqz ſequitur: ⌊ Uiam mandatorum tuorũ
cucurri: cum dilataſti cor meum. ⌋ Non currerem: niſi dila-
taſſes cor meum. Prorſus iſto verſu exponitur quemadmo-
dum dictum ſit: Uiam veritatis elegi: iudicia tua nõ ſum ob-
litus. Adheſi teſtimonijs tuis. Curſus eſt quippe iſte vie mã-
datorum dei: Et quia potius eius beneficia q̃ ſua merita do-
mino allegat: tanq̃ diceretur ei: Quomodo iſtam viam cu-
curriſti diligendo: et dei iudicia non obliuiſcendo: et eius teſti-
monijs adherendo? An per teipſum iſta potuiſti? Non: ait.
Quid ergo? Uiam mandatorum tuorum inquit cucurri: cum
dilataſti cor meum. Non ergo per proprium: et quaſi nullius
tue opis indignum arbitrium meum: ſed cũ dilataſti cor meũ.
Cordis dilatatio: iuſtitie eſt delectatio. Hoc munus eſt dei:
vt in preceptis eius non timore pene anguſtemur: ſed dile-
1.Cor.6. ctione dilatemur: et delectatiõe iuſtitie delectemur. Hãc enĩ
nobis promittit latitudinem dicens: Habitabo in eis et de-
Ro.5. ambulabo. Quam enim latum eſt vbi deambulat deus? In
hac latitudinẽ diffunditur charitas in cordibus noſtris per
Puerb.5. ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Unde etiam dictũ eſt:
Et in plateis tuis diſcurrãt aque tue. Platea quippe de ver-
bo greco a latitudine nomẽ accepit: quoniam grece πλατυ
dicitur latum. He ſunt enim aque de quibus dominus cla-
Joan.8. mat dicens: Si quis ſitit veniat ad me: qui credit in me: flu-
mina aque viue fluent de ventre eius. Et exponens euange-
liſta quid dixerit. Hoc autem inquit dicebat de ſpiritu quẽ
accepturi erant credẽtes in eum. Multa dici poſſent de iſta
cordis latitudine: ſed huius ſermonis iam contradicitur lon-
gitudine.

¶ Explicit Sermo decimus.

¶ Incipit Sermo vndecimus de verſu pſalmi: Legem pone mihi dñe viam iuſtificationum tuarum.

A
He. In pſalmo iſto magno ſequitur quod nobis adiuuante
domino conſiderandum atqz tractandum eſt. ⌊ Legẽ
pone mihi domine viam iuſtificationum tuarum: et exquiram
eam ſemper. ⌋ Apoſtolus dicit: Iuſto non eſt lex poſita: in-
iuſtis autem et non ſubditis: et cetera que ibi concludens ait:
Et ſi quid aliud ſane doctrine aduerſatur: que eſt ſm euange-
j.Thi.5. lium glorie beati dei: quod creditum eſt mihi. Nunquid er-
Ibidem. go talis erat iſte qui dicit: Legem pone mihi domine: quali-
bus beatus paulus dicit poſitam legem? Abſit. Si enim ta-
lis eſſet: non ſuperius dixiſſet: Uiam mandatorum tuorum
cucurri: cum dilatares cor meum. Quid eſt ergo q̃ orat vt ſi-
B bi lex a domino ponatur: ſi nõ ponitur iuſto? An eo modo nõ
ponitur iuſto quomodo poſita eſt populo contumaci in ta-
Exod.31. bulis lapideis: non in tabulis cordis carnalibus ſm teſtamẽ-
2.Cor.3. tum vetus ex monte ſina quod in ſeruitute generat: ſed ſecũ-
Gal.4 dum teſtamentum nouum: De quo ſcriptum eſt per Hiere-
Hiere.31. miam prophetam: Ecce dies veniunt dicit dominus: et con-
Heb.8. ſummabo domui iſrael et domui iuda teſtamentum nouum:
non ſecundum teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum
in die qua apprehendi manum eorum: vt educerem eos
de terra egypti: quoniã ipſi non permanſerũt in teſtamẽto
meo: et ego neglexi eos dicit dñs: q̃m hoc eſt teſtamentũ qđ
conſtituã domui iſrael: Poſt dies illos dicit dñs dabo leges
meas in mentibus eorum: et in cordibus eorum ſcribam eas?
Ecce quomodo voluit iſtam legem ſibi poni a domino: nõ ſi- j.Thi.j.
cut iniuſtus et non ſubditis ad vetus teſtamentum pertinẽ-
tibus poſita eſt in tabulis lapideis: ſed ſicut ſanctis filijs li-
bere: hoc eſt ſuperne hieruſalem: filijs promiſſionis: filijs he-
reditatis eterne: ſancto ſpiritu tanq̃ digito dei in mente da-
tur et in cordibus ſcribitur: non quã memoria teneant et vita
negligant: ſed quã ſciant intelligendo: faciant diligendo in
latitudine amoris: nõ in timoris anguſtijs. Nã qui timore pe-
ne: nõ amore iuſtitie opus legis facit: profecto inuitus facit.
Qđ aũt inuitus facit: ſi poſſet fieri mallet vtiqz nõ iuberi: Ac C
per hoc legis quam vellet nõ eſſe non eſt amicus: ſed potius
inimicus: nec mundatur opere: qui immundus eſt cogitatione
et voluntate: Talis nõ poteſt dicere qđ iſte dixit in ſuperio-
ribus verſibus: Uiã mandatorum tuorum cucurri: cũ dilataſti cor
meũ: q2 illa dilatatio charitatẽ ſignificat: que ſm Apoſtolum Ro.13.
legis eſt plenitudo. Cur ergo iſte adhuc poſcit ſibi legem po-
ni: que vtiqz ſi non ei poſita fuiſſet: non viam mandatorum dei
in cordis latitudine cucurriſſet? Sed q2 proficiens loquitur: et
dei donũ nouit eſſe q̃ proficit: quid aliud petit cũ ſibi legem
poni petit: niſi vt in ea magis magiſqz proficiat? Quẽadmo-
dum ſi poculũ plenũ teneas: et ſitiẽti dare incipias: et hauriẽ-
bibendo: et poſcit deſiderãdo? Quibus aũt iniuſtis et nõ ſub- j.Thi.j.
ditis lex in lapideis tabulis ponitur: preuaricationis reos nõ
promiſſionis efficit filios. Sed et ille qui eius meminit: nec eam
diligit eo modo reus eſt: q2 memoria eius lapis illi eſt quo-
dãmodo ſcriptus: non quo adornetur: ſed quo prematur: põdus
oneris: non titulus honoris. Hanc aũt legem iſte viã iuſtifi-
cationum dei vocauit: nec alia via eſt mandatorum eius quam
ſe cucurriſſe iam dixerat cũ dilatatũ eſt cor eius. Ergo et cu-
currit: et currit donec perueniat ad palmam ſuperne vocatio-
nis dei. Deniqz cũ dixiſſet: Legẽ pone mihi dñe viã iuſtifica- D
tionum tuarũ: addidit: et exquirã eã ſemper. Quid enĩ exqui-
rit qđ habet: niſi q2 et habet agẽdo: et exquirit perficiẽdo? Sed
quid eſt ſemper? Utrũ exquirẽdi nõ erit finis: ſicut dictũ eſt:
Semper laus eius in ore meo: q̃m laudandi non erit finis? Ps.33.
Neqz enĩ deũ nõ laudabimus cũ ad eius regnũ peruenerimus
eternũ: cũ legamus: Beati qui habitãt in domo tua: in ſecu- Ps.83.
la ſeculorũ laudabunt te. An ſemper dictũ eſt: q̃diu hic viuitur
q2 tandiu proficitur? Poſt hanc aũt vitã qui bene hic proficie-
bat: ibi nõ proficit ſed perficitur: Sicut de quibuſdam feminis
dictũ eſt: ſemper diſcentes: Sed ille male: q2 ſecutus adiun- 2.Thi.3.
xit: et ad veritatis ſcientiã nunq̃ peruenientes. Qui vero in
melius ſemper hic proficit: quo proficiendo nititur: peruenit
vbi iã nõ proficiat: q2 iã perfectus ſine fine cõſiſtit. Nec de il-
lis enĩ ita dictũ eſt: ſemper diſcẽtes: vt et poſt mortẽ diſcere per-
ſeuerent vana et infructuoſa: cũ talibus doctrinis ſucceſſerint
non ſtudia: ſed ſupplicia ſempiterna. Hic ergo exquiritur dei
lex q̃diu in ea proficitur: et ſciendo et diligendo: ibi autem ple-
nitudo eius manet ad fruendũ: non remanet ad querendũ.
Sic etiam illud dictum eſt: Querite faciem eius ſemper. Ubi Ps.104.
ſemper: niſi hic? Non enim et ibi ſemper queremus dei faciẽ: 1.Cor.13.
vbi videbimus facie ad faciem. Aut ſi recte dicitur exquiri qđ
ſine faſtidio diligitur: et id agitur ne amittatur: ſemper omni-
no ſine fine queremus legem dei: hoc eſt veritatem dei. In
hoc quippe ipſo pſalmo dicitur: Et lex tua veritas. Queritur
nunc vt teneatur: tunc tenetur ne derelinquatur: ſicut de ſpi-
ritu dei dictum eſt q̃ omnia ſcrutetur: etiam altitudines dei: 1.Cor.2.
nõ vtiqz vt qđ neſcit inueniat: ſed q2 nihil relinquet omnino
quod neſciat. Beatitudo itaqz dei nobis precipue commẽdatur: B
quando ſibi legem poni poſcit a domino: qui vtiqz iam legẽ
ſecũdum litteram nouerat. Sed quia litera occidit: ſpiritus 2.Cor.3.
autem viuificat: orat vt per ſpiritumſanctum faciat qđ per li-
teram ſciebat: ne per ſcientiam mandati non obſeruati etiam
preuaricationis ei crimen accedat. Quamq̃ etiam vt ſciatur
lex quomodo ſcienda eſt: id eſt vt intelligatur quid ſibi velit:
quare ſit eis poſita qui eam non erant ſeruaturi: quidqz ha-
beat vtilitatis: etiam hoc ipſum quod lex ſubintrauit vt Ro.5.
abundaret delictum: nemo comprehendit: niſi a domino ac-
ceperit intellectum. Unde iſte adiungit et dicit: ⌊ Da mi- F
hi intellectum et ſcrutabor legem tuam: et cuſtodiam

illam in toto corde meo.] Cum enim quiſq; legē ſcrutatus
fuerit: ⁊ ad eius alta peruenerit: in quibus tota lex pendet:
profecto debet deū diligere ex toto corde: ⁊ ex tota anima:
Mat.22. et ex tota mente: ⁊ proximū ſuum tanq̄ ſeipſum. In his eñi
duobus mandatis tota lex pendet ⁊ prophete. Hoc videtur
promiſiſſe cum dixit: Et cuſtodiam illam in toto corde meo.
Sed quia: hoc non valet viribus proprijs: niſi adiuuetur ab
ſ.eodē.pſ̄ illo qui iubet vt faciat qd̄ iubet:] Deduc me:] inquit: [in
ſemita mādatorum tuorum: quia ipſā volui.] Parum eſt mi-
hi voluntas mea: niſi in eo qd̄ volui me ipſe deducas. Et cer-
te ipſa eſt ſemita: hoc eſt via mandatorum dei: quam ſe dilata-
to ab illo corde ſuo cucurriſſe iam dixerat: Quam propterea
Mat.7. etiam ſemitam vocat: quia anguſta eſt via que ducit ad vitā
Et cū ſit anguſta: niſi dilatato corde non curritur: Sed quo-
niam adhuc proficit: adhuc currit: ⁊ ideo diuinū auxiliū quo
Ro.9. deducatur inquirit: quia neq; volentis neq; currētis: ſed mi-
Phil.2. ſerentis eſt dei Deniq; quia ⁊ ipſum velle deus operatur in
G omnibus nobis: preparatur enim volūtas a domino: Sequi-
tur ⁊ dicit: [Inclina cor meum in teſtimonia tua: et non in
auariciam.] Quid eſt inclinatum cor ad aliquid habere: ni-
ſi hoc velle? Et voluit ergo et orat vt velit. Voluit cum dicit:
Deduc me in ſemita mandatorum tuorum: q2 ipſam volui: Orat
autem vt velit cū dicit: Inclina cor meum in teſtimonia tua:
⁊ nō in auariciā: Hoc itaq; orat: vt ipſa voluntate perficiat.
Que ſunt autem dei teſtimonia: niſi quibus ſibi ipſe atteſta-
tur? Teſtimonijs enim aliquid probatur: ac per hoc iuſtifica-
tiones dei ⁊ mandata dei teſtimonijs dei probātur: Et quic-
quid nobis perſuadere vult de⁹: ſuis teſtimonijs perſuadet:
In que iſte petit inclinari cor ſuum: ⁊ non in auariciā. Teſti-
H monijs quippe ſuis agit nobiſcum deus: vt eum gratis cola-
mus: qd̄ impedit auaricia radix omnium malorum. Tali ver-
bo greco hic appellat a quo poſſit intelligi generalis auari-
cia: quia plus appetit quiſq; ꝙ ſat eſt. πλεον enī latine plus
eſt. εξις habitus eſt: ab eo qd̄ eſt habere. Ergo a plus habē-
do appellata eſt πλεονεξια: quam latini interpretes in hoc
loco nonnulli interpretati ſunt emolimentum: quidam vero
1.Thi.6. vtilitatem: ſed melius qui auariciam. Dicit autē Apoſtolus:
Radix omnium malorum auaricia eſt. Sed in greco: vnde in
noſtram linguā verba ipſa tranſlata ſunt: non legitur apud
Apoſtolum πλεονεξια: quod in loco iſto pſalmi huius: ſed
φιλαργυρια: quo verbo ſignificat amor pecunie. Verū Apo-
ſtolus intelligendus eſt iſto nomine genus ſignificaſſe per
ſpeciem: id eſt per amorem pecunie vniuerſalem generalem-
q; auariciam: que vere radix eſt malorū omniū. Nā ipſi pri-
mi homines per ſerpentem decepti ⁊ deiecti non fuiſſent: ni-
ſi plus ꝙ acceperant habere ⁊ plus ꝙ facti fuerant eſſe vo-
Gen.3. luiſſent. Hoc quippe ille promiſerat dicens: Eritis ſicut dij.
Ergo iſta πλεονεξια ſubuerſi ſunt. Plus enim volentes ha-
bere ꝙ acceperant: ⁊ qd̄ acceperant: amiſerunt. Cuius veſti-
gium veritatis legibus que vbiq; diſperſe ſunt: et in forenſi
iure deprehenſum eſt quod inſtitutum eſt: vt plus petendo:
cauſa cadat: id eſt vt qui plus petierit ꝙ ei debetur: et quod
I ei debebatur amittat. Omnis autem a nobis circunciditur
auaricia: ſi gratis colatur deus. Ad quod ſanctū iob in ago-
Job.j. ne temptationis ipſe prouocat inimicus: cum de illo dicit:
Nunquid gratis colit iob deum? Putabat enim diabolus ꝙ
in deo colēdo vir iuſtus cor inclinatum haberet in auariciā:
et cauſa emolimenti vel vtilitatis rerum temporalium qui-
bus eum ditauerat dominus: velut mercennarius ei pro ta-
li mercede ſeruiret. Sed ꝙ gratis deum coleret: temptatus
aperuit ⁊ apparuit. Si ergo cor non habeamus inclinatum
in auariciam: deum non colamus niſi propter deū: vt ſui cul-
tus ipſe ſit merces. Ipſum diligamus ⁊ in ſeipſo: ipſum dili-
Mat.22. gamus ⁊ in nobis: ipſum in proximis noſtris quos diligimus
ſicut noſmetipſos: ſiue habeant eum: ſiue non vel vt habeāt
eum: qd̄ nobis quoniam ipſo donante cōfertur. Ideo illi di-
citur: Inclina cor meum in teſtimonia tua: ⁊ non in auariciā:
Sed que ſequuntur alio ſermone tractanda ſunt.

¶ Explicit Sermo vndecimus.

¶ Incipit Sermo duodecimus de eo qd̄ dicit: Auer-
te oculos meos ne videant vanitatē: vſq; ad Ecce cō-
data tua: ⁊ in iuſticia tua viuifica me.

Sequitr in pſalmo quem ſuſcepimus differendū: [Auer- K
te oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifi-
ca me.] E contrario differūt inter ſe vanitas ⁊ veritas. Hu-
ius autem mundi cupiditas: vanitas: ſed chriſtus qui ex hoc
mundo liberat veritas. Ipſe eſt ⁊ via: in qua ſe vult iſte viui-
ficari: quia ipſe eſt ⁊ vita. Ipſe quippe ait: Ego ſum via: ve- Joan.14.
ritas ⁊ vita. Sed quid eſt: auerte oculos meos ne videāt va-
nitatem? Nunquid ꝙdiu ſumus in hoc mundo: poſſumus nō
videre vanitatem? Omnis enim creatura vanitati ſubiecta Ro.8.
eſt: que intelligitur eſſe in homine: et omnia vanitas: Que Eccle.j.
abundantia hominis in omī labore ſuo quo ipſe laborat ſub
ſole? An iſte fortaſſis hoc orat: vt nō ſit eius vita ſub ſole vbi
omnia vanitas: ſed in illo ſit in quo ſe viuificari petit? Ille
quippe aſcendit non ſuper ſolem tantum: ſed ſuper omnes
celos: vt adimpleret omīa: Et in illo magis ꝙ ſub ſole viuūt: Ephe.4.
qui non inaniter audiūt quod dixit Apoſtolus: Que ſurſum Col.3.
ſunt querite: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens: que ſur-
ſum ſunt ſapite: nō que ſunt ſuper terram: Mortui eñi eſtis: Ibidem.
et vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto in deo. Ac per hoc ſi
vita noſtra ibi eſt vbi eſt veritas: non eſt vita noſtra ſub ſole
vbi eſt vanitas. Sed hoc tam magnum bonum magis habe- B
mus in ſpe: nondum tenemus in re: Et ſcdm ſpem noſtram
beatus Apoſtolus iſta locutus eſt: quia ⁊ illud cum dixiſſet:
Vanitati creatura ſubiecta eſt: adiecit atq; ait: non ſponte: Ro.8.
ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe. Ergo in ſpe q2 ſpe-
ramus nos adheſuros contēplande veritati: ſubiecti ſumus
interim vanitati. Creatura quippe iſta ſpiritualis: animalis
corporaliſq; oīs in hoīe eſt: immo homo eſt: Sponte peccauit
et inimica facta eſt veritati: Sed vt merito puniretur: non Ibidem.
ſponte ſubiecta eſt vanitati. Deniq; poſt pauca. Non ſolum
autem inquit: ſed ⁊ noſipſi primitias ſpiritus habētes: id eſt
qui nondum quidē ex toto quod ſumus: ſed ex ea parte qua
pecoribus meliores ſumus: deo non vanitati ſubditi ſumus:
hoc eſt per primitias ſpiritus: et ipſi in nobiſmetipſis inge-
miſcimus adoptionē: expectantes redemptionem corporis Vbi ſ̄.
noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem que videtur
non eſt ſpes. Quod enim videt quiſ quid ſperat? Si autem
quod non videmus ſperamus: per patientiam expectamus.
Quandiu itaq; hic ſecundum carnem ſumus: cuius adoptio-
nem ⁊ redemptionē per patiētiam ſpei adhuc expectamus:
tandiu ſm id per quod ſub ſole ſumus: vanitati ſubiecti ſu-
mus. Quandiu igitur ita ſumus vnde poſſumus non videre
vanitatem: cui etiam ſubiecti ſumus in ſpe? Quid eſt ergo ꝙ C
iſte dicit: Auerte oculos meos ne videant vanitatem? An hoc
petit: vt non quidem in hac vita qd̄ in ſpe gerimus implea-
tur: ſed vt in ea ſorte ſit que in illo quandoq; poſſit impleri Ro.8.
cum liberabitur a ſeruitute corruptionis ⁊ ſpiritu ⁊ anima ⁊
corpore in libertatem glorie filiorum dei: vbi iam non videat
vanitatem? Poſſunt quidem verba iſta ſic intelligi: non pre-
ter regulam fidei: Sed eſt hic alius ſenſus: quē mihi fateor
plus placere Dominus in euangelio dicit: Si fuerit oculus Mat.6.
tuus ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit: Si autem
oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum
erit. Si ergo lumen quod in te eſt tenebre ſunt: ipſe tenebre
quante erunt? Proinde magni intereſt cum aliquid boni fa-
cimus: cuius rei contemplatione faciamus. Officium quip-
pe noſtrum: non initio ſed fine penſandum eſt: vt ſcilicet non
tantum ſi bonum eſt quod facimus: ſed precipue ſi bonum
eſt propter quod facimus: cogitemus. Hos oculos quibus
contemplamur quare faciamus quod facimus auerti poſcit
ne videant vanitatem: id eſt ne hanc attendat propter quam
faciat cum boni aliquid facit. In qua vanitate precipuum
locum obtinet amor laudis humane: propter quam multa
magna fecerunt qui magni in hoc ſeculo nominati ſunt: mul-
tumq; laudati in ciuitatibus gentiū: querētes nō apud deū Joan.5.
ſed apud homines gloriā: ⁊ propter hanc velut prudētes for-
titer: tēperanter: iuſteq; viuentes: ad quā peruenietes per-
ceperunt mercedē ſuā: vani vanam. Ab hac vanitate volens
dominus auertere oculos ſuorum: Attendite inquit ne iuſti- Mat.6.
tiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis:
alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum
qui in celis eſt. Deinde cū ipſius iuſtitie quaſdā partes exe-
queretur: poſ-

Ibidem. querebatur:precipiens de elemoſynis:de orationibus: de ieiu
niis:vbiqꝫ id admonuit ne aliquid eorum propter gloriā ho-
minum fiat:⁊ vbiqꝫ dicit eos qui propterea faciunt percepiſ-
ſe mercedem ſuam:ideſt non eternā que ſanctis repoſita eſt
D apud patrem:ſed temporalem quam querūt qui contēplan
tur in ſuis operibus vanitatē: Non quia ipſa laus humana
culpanda ſit (Nam quid tam optandū eſt hominibus ꝙ vt
eis placeant que debeant imitari) ſed propter ipſam laudē
bene operari:hoc eſt vanitatē in ſuis operibus intueri:quan
doquidem ⁊ ipſa ab hominibus laus homini iuſto quantacū
qꝫ prouenerit:non ibi eſſe debet eius finis boni:ſed etiam ip
ſa referenda eſt ad laudem dei:propter quem bona faciunt
vere boni:quoniā nec a ſeipſis ſed ab illo fiunt boni. Deniqꝫ
Mat.5. in eodem ſermone dominus iam dixerat eis: Luceat lumen
veſtrum coram hominibus:vt videant veſtra opera bona:et
glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt:Ubi finē poſuit:
hoc eſt in gloriā dei. Hoc debemus quando aliquid boni fa-
cimus intueri:ſi auertuntur a vanitate oculi noſtri. Non er-
go ſit finis noſtri boni operis in laudibus hominum: ſed ip-
ſas laudes hominum corrigamus:⁊ ad dei laudes omnia re
feramus:a quo nobis datur quicquid in nobis ſine laudātis
errore laudatur. Porro ſi vanum eſt propter hominum lau-
des bona facere:quanto vanius propter adipiſcendam pe-
cuniam vel augendam ſiue retinendam:⁊ ſi quid huiuſmodi
Eccle.5: eſt cōmodi temporalis qđ nobis accedit extrinſecus:q2 om-
E nis vanitas: Que abūdantia hominis in omni labore ſuo ip
ſe laborat ſub ſole: Propter ipſam deniqꝫ temporalem ſalu-
tem non debemus facere bona opera noſtra:ſed potius pro
pter illam quam ſperamus eternā:vbi bono immutabili per
fruamur:qđ nobis erit ex deo:immo qđ nobis eſt ipſe deus.
Si enim ſancti dei propter hanc temporalem ſalutem bona
opera facerent:nunꝗ martyres chriſti bonum opus confeſ-
ſionis in eiuſdem ſalutis amiſſione perficerent: ſed accepe-
Pſ.59. rant auxilium de tribulatione:nō intuentes vanitatē: Quia
Hiere.17. vana ſalus hominis:⁊ diem hominum non concupierunt:q2
Pſ.143. homo vanitati ſimilatus:dies eius velut vmbra pretereunt.
Cum autem deus rogatur vt ea que videtur eſſe in noſtra
poteſtate:ideſt oculorū auerſio a videnda vanitate: ab il-
lo nobis concedatur:quid niſi eius gratia cōmendatur: Nō
nulli enim ab ea vanitate non auerterūt oculos ſuos:q2 pu-
Joan.12. tauerunt a ſeipſis ſe fieri iuſtos ⁊ bonos:⁊ dilexerunt glo-
riam hominum magis ꝙ dei:quia ⁊ ipſi homines ſunt qui ſi-
Eccle.6. bi nimiū placuerunt:⁊ de ſui arbitrii viribus preſumpſerunt
Sed etiam hec vanitas ⁊ preſumptio ſpiritus eſt: Cum ve-
ro dixiſſet:auerte oculos meos ne videant vanitatem:in via
tua viuifica me:que via non vanitas ſed veritas eſt:deinde
F ſubiunxit: ⌊Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore
tuo.⌋ Qđ quid eſt aliud:ꝙ da mihi vt faciam quod eloque
ris: Neqꝫ enim ſtatutum eſt eloquium dei his qui in ſe mo-
uent illud contra faciendo:eis autem ſtatutū eſt in quibus
immobile eſt. Statuit itaqꝫ deus eloquium ſuum in timore
Ro.8. ſuo eis quibus dat ſpiritum timoris ſui: Timoris autem non
1.Joan.4. illius de quo dicit Apoſtolus: Non enim accepiſtis ſpiritum
Eſa.11. ſeruitutis iterum in timore: Hunc enim conſummata chari-
Pſ.18. tas foras mittit timorem: ſed illius timoris quem dicit pro-
pheta ſpiritum timoris dei:timoris vtiqꝫ caſti permanentis
in ſeculum ſeculi:timoris quo timetur offendi qui amatur.
Concor.3. Aliter quippe timet adultera virum ſuum:aliter caſta: Adul
ſent. diſt. tera ne veniat:caſta ne deſerat. ⌊Amputa opprobriū meū
34.nō po- qđ ſuſpicatus ſum:quia iudicia tua † ſuauia.⌋ Quis eſt qui
tes. ſuum opprobrium ſuſpicatur:⁊ non magis nouit ſuum quiſ-
G qꝫ opprobrium ꝙ cuiuſlibet alienū: Suſpicari enim potius
al' † iocūda alienum poteſt homo:non ſuum:quoniam quod ſuſpicatur:
ignorat: In ſuo autem opprobrio nō eſt cuiuſqꝫ ſuſpitio:ſed
ſcientia:vbi loquitur conſcientia. Quid eſt ergo ꝙ ait: Op-
H probrium meum quod ſuſpicatus ſum: Nimirum de ſuperio
re ſenſu etiam iſte ducendus eſt:quoniam ꝙdiu non auerterit
homo oculos ſuos ne videat vanitatem:quod in ſeipſo agi-
tur:hoc de aliis ſuſpicatur:vt propter quod ipſe colit deum:
vel propter quod bona opera facit:propter hoc credat ⁊ al-
terum facere. Poſſunt quippe homines videre qđ agimus:
cuius autē rei contemplatione agimus occultū eſt: Et ideo
datur ſuſpitionibus locus:vt audeat homo iudicare de oc-
cultis hominum:⁊ falſa plerumqꝫ:et ſi vera:tamen ei incogni
ta temere ſuſpicari. Propterea dominus cum de ipſo fine lo
queretur propter quē iuſtitiam facere debemus:vt oculos
noſtros a contemplatione auerteret vanitatis: monuit: ne
propter laudes hominum bona opera faciamus dicens: At- Mat.6.
tendite ne faciatis iuſtitiam veſtram coram hominibus: vt
videamini ab eis. Monuit:ne propter pecuniam dicēs: No Ibidem.
lite vobis theſaurizare in terra. Et: Non poteſtis deo ſerui-
re ⁊ mammone. Monuit ne propter ipſum neceſſarium victū
atqꝫ veſtitum dicens: Ne ſolliciti ſitis anime veſtre quid mā- Ubi.ſ.
ducetis:neqꝫ corpori veſtro quid induamini. Et cū hec om-
nia monuiſſet:quia poſſumus ſuſpicari eos quos iuſte viue
re videmus:⁊ quo fine faciant nō videmus:propter aliquid
huiuſmodi benefacere:continuo ſubiecit: Nolite iudicare:vt Mat.7.
non iudicemini. Unde ⁊ hic cum dixiſſet: Amputa opprobriū
meum quod ſuſpicatus ſum:addidit: Quia iudicia tua ſua-
uia:ideſt iudicia tua vera. Ueritatis enim amator ſuaue cla-
mat eſſe quod verum eſt. Hominum autem iudicia de occul
tis hominum non ſuauia: quia temeraria: Et ideo ſuum di-
xit opprobrium quod de alio ſuſpicatum eſt:quia et hoc qđ
Apoſtolus ait: Comparantes ſemetipſos ſibimetipſis: non 2.Cor.10.
intelligunt. Hoc enim procliuius homo ſuſpicatur in alio:qđ
ſentit in ſeipſo. Hoc itaqꝫ opprobrium ſuum petebat aufer-
ri quod in ſe ſenſerat:⁊ in alio fuerat ſuſpicatus: vt nō eſſet
diabolo ſimilis qui de occultis ſancti Iob ſuſpicatus eſt ꝙ nō Job.i.
gratis deum coleret: quem popoſcit temptandū:vt crimen
quod obiecerat inueniret. Sed cum libenter alterius oppro
brium non niſi emulatio ſuſpicetur:dum bonum opus repre
hendi non poteſt:quia ſe exerit quod apertum eſt:⁊ quo ſi-
ne fiat reprehenditur:quia non ſe exerit quod occultum eſt: I
atqꝫ ita male ſuſpicari non debet quilibet non videndo qđ
latet:⁊ non inuidendo qđ eminet: Profecto contra hoc ma-
lum quo quiſqꝫ libenter de homine malum quod non perſpi
cit ſuſpicatur:charitas habenda eſt que non emulatur:quā 1.Cor.13.
dominus precipue cōmendat:dicens: Mandatum nouū do Joan.13.
vobis:vt vos inuicem diligatis: et in hoc ſcient omnes quia
diſcipuli mei eſtis:ſi dilectionem habueritis inuicem. Et de
dilectione dei ⁊ proximi loquens: In his inquit duobus mā Mat.22.
datis tota lex pendet ⁊ prophete. Unde ⁊ iſte contra ſue ſuſ-
pitionis opprobriū quod deſiderat amputari: ⌊Ecce⌋ in-
quit: ⌊cōcupiui mandata tua:in tua † iuſtitia viuifica me.⌋ Al' † equi
Ecce concupiui ex toto corde:⁊ ex tota anima:⁊ ex tota men tate tua.
te diligere te:⁊ proximum ſicut me: Nō in mea:ſed in tua iu Ubi.ſ.
ſtitia viuifica me:hoc eſt iſta charitate quam concupiui im-
ple me: Adiuua me vt faciam quod cōmendas:dona ipſe qđ
mandas. In tua iuſtitia viuifica me:quia in me vnde mori-
rer habui:vnde autem viuam non inuenio niſi in te. Iuſti- 1.Cor.1.
tia tua chriſtus eſt:qui factus eſt nobis ſapientia a deo: et Ibidem.
iuſtitia et ſanctificatio et redemptio: Ut quemadmodum
ſcriptū eſt: Qui gloriatur:in domino glorietur. Et in illo in-
uenio mandata tua que concupiui:vt in tua iuſtitia: hoc eſt Joan.1.
in illo viuifices me. Ipſe eſt enim verbum deus:et verbum
caro factum eſt:vt eſſet ⁊ proximus meus.

¶ Explicit Sermo duodecimus.

¶ Incipit Sermo tertiuſdecimus.

A
SErmoni priſtino quem de pſalmo qui eſt omnium pro- Uau.
lixiſſimus nuper habuimus:de verbis eius que ſequunt
iſte iungendus eſt:hec verba ſunt: ⌊Et veniat ſuper me mi
ſericordia tua domine:⌋ Que ſententia ſuperiori videt an-
nexa. Non enim ait:veniat ſuper me:ſed ait:⁊ veniat. Eſt au
tem ille ſuperior: Ecce concupiui mādata tua: in tua iuſtitia
viuifica me: Deinde ſequitur: Et veniat ſuper me miſericor-
dia tua domine. Quid hic ergo poſcit: niſi vt mandata que
concupiuit per eius miſericordiam faciat qui ea mandauit:
Exponit enim quodāmodo quid dixerit:in tua iuſtitia viui-
fica me:cum ſubiungit: Et veniat ſuper me miſericordia tua
dn̄e: ⌊Salutare tuū ſm̄ eloquiū tuū:⌋ Hoc eſt ſm̄ promiſ-
ſionem tuā. Unde nos vult Apoſtolus filios promiſſionis in
telligi:ne arbitremur noſtrum eſſe ꝙ ſumus: ſed totum dei Ro.9.
gratie retribuamus. Factus eſt enim nobis chriſtus ſapien- 1.Cor.1.
tia a deo:et iuſtitia:et ſanctificatio: et redemptio:vt quem-

admodū ſcriptū eſt: Qui gloriatur in dño glorief. Quid er-
go eſt ꝙ ait: in tua iuſtitia viuifica me? In chriſto vtiqꝫ viui-
ficari capit: ⁊ ipſa eſt miſericordia quaꝫ ſuper ſe poſcit veni-
re. Ipſe chriſtus eſt ⁊ ſalutare dei: Quo verbo expoſuit quā
miſericordiam diceret: vbi ait: Et veniat ſuper me miſericor-
dia tua dñe: Si ergo querim⁹ q̄ ſit iſta mia tua: audiam⁹ qḋ
ſequif: Salutare tuū ſm eloquiū tuū. Ab eo quippe hoc pro-
Ro.4. miſſum eſt: q̄ vocat ea que nō ſunt: tāꝙ ſint. Nondū enī erāt
quib⁹ pmitteref: nec quiſꝙ de meritis gloriaretur: ⁊ quibus
1. Cor.15. promiſſū eſt: etiā ipſi promiſſi ſunt: vt totū corpus chriſti di-
B cat: Gratia dei ſum: id quod ſum. ⌊ Et reſpondebo, expro-
brantibus mihi verbū. ⌋ Utrū verbū: exprobrātibus: an ver-
bum: reſpondebo: ambiguū eſt. Sed quodlibet eoꝝ chriſtuꝫ
1. Cor.1. ſonat. Ipſi enim nobis exprobrant a quibus eſt crucifixus:
Joan.1. vel ſcandalum vel ſtultitiā: ignorantes q: verbum caro factū
eſt: ⁊ habitauit in nobis: qḋ verbuꝫ in principio erat: ⁊ apud
deum erat: ⁊ deus erat. Sed etſi non ipſi verbū exprobrant
qḋ eos latet: q: diuinitas eius ab eis nō cognoſcif a quibus
eius infirmitas in cruce contēnitur: nos tamē verbū reſpon-
1. Cor. 2. deamus: nec exprobratiōe terreamur aut cōfundamur. Uer-
bum enim ſi cognouiſſent: nūꝙ dñm glorie crucifixiſſent. Il-
le autem reſpondet verbuꝫ exprobrantibus ſuper quē venit
miſericordia dei: hoc eſt ipſum ſalutare eius. Uenit vt prote-
gat: non vt conterat. Nam ſuper quoſdā conterendos ventu-
rus eſt: qui nunc in eum dum ſpernūt eius humilitatē offen-
Luce.20. dendo quaſſantur. Sic enim dicit in euangelio: Qui ceciderit
rit ſuper lapidem iſtum conquaſſabif: ſuper quem vero ce-
ciderit conteret eum. Qui ergo nobis exprobrant: offendūt
et cadunt in eum: Nos autē ne offendamus ⁊ cadamus: op-
Ro.10. probria eoꝝ ne timeam⁹: ſꝫ reſpōdeam⁹ eis verbū hoc eſt ver-
buꝫ fidei: qḋ p̄dicam⁹: q: ſi credideris inquit in corde tuo q:
dñs eſt ieſus: ⁊ cōfeſſus fueris in ore tuo: q: deus illum ſuſci-
tauit a mortuis: ſaluus eris: Corde enim credif ad iuſticiā:
ore aūt confeſſio fit ad ſalutē. Paruꝫ eſt ergo in corde habe-
re chriſtū: ⁊ nolle confiteri ſi qū timef opprobriū: ſed exprobrā-
tibus reſpondendū eſt verbū. Ut aūt hoc martyres poſſent:
Mat.10. promiſſum eſt, eis ⁊ dictum: Nō enim vos eſtis qui loquimini
ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Ideo et iſte
cum dixiſſet: Reſpondebo exprobrantibus mihi verbū: cōti-
al † Quia. nuo ſequitur: ⌊ † Quoniā ſperaui in † verbis tuis: ⌋ Qḋ eſt
† ſermoni- vtiqꝫ in pmiſſis tuis. Sed qm̄ ꝙ plurimi ꝙuis ad ipſum cor-
bus. pus cuius hec verba ſunt pertinētes: graui pōdere perſecu-
tione ſurgēte nō valuerūt ſuſtinere exprobrationē: ⁊ chriſtū
deficiēdo negauerūt: Ideo ſequitur: ⌊ Et ne auferas de ore
C meo verbū veritatis † vſqꝫ valde. ⌋ Ex ore ſuo quippe dicit
al. † vſqꝫ quaqꝫ quia vnitas corporis loquitur: in cuius mēbris etiā illi depu-
tantur: qui defecerunt ad horā negando: ſed penitēdo poſt-
ea reuixerunt: vel etiā martyrij palmā quā perdiderāt repa-
ratam confeſſione ſumpſerunt. Non igitur vſqꝫ valde: vel ſi-
cut quidā codices habent: nō ⌊ vſqꝫquaqꝫ: ⌋ hoc eſt nō om-
nino ex ore petri: in quo erat typus eccleſie verbum verita-
Mat.26. tis ablatuꝫ eſt: qui et ſi ad horā negauit timore turbatus: ta-
men flendo eſt reparatus: ⁊ confitēdo eſt poſtea coronatus
Totum itaqꝫ corpus chriſti loquif: ideſt eccleſie ſancte vni-
uerſitas: In quo toto corpore: ſiue q: negātibus plurimis re-
manſerunt fortes qui vſqꝫ ad mortem pro veritate certarēt:
ſiue q: ⁊ ex his qui negauerūt multi reparati ſunt: nō eſt ab-
latum ex eius ore verbum veritatis vſqꝫ valde. Qḋ aūt ait:
Mat.6. ne auferas: intelligendū eſt ne auferri ſinas: Propter quod
orando dicimus: Ne nos inferas in temptationē. Et ait ipſe
Luce.22. dñs ad petrum: Rogaui inquit pro te ne deficiat fides tua:
hoc eſt ne auferatur de ore tuo verbuꝫ veritatis vſqꝫ valde.
D Sequitur. ⌊ Quia in iudicijs tuis ſperaui: ⌋ Uel ſicut de
greco quidā diligentius expreſſerunt: ⌊ ſuperſperaui. ⌋ Qḋ
verbum ⁊ ſi minus vſitate compoſitū eſt: tamen implet veri-
tatis interpretande neceſſitateꝫ. Attentius ergo nobis loci
huius rimandus eſt ſenſus: vt intelligamus quantum deus
adiuuat quid ſibi velit in verbis tuis ſperaui: in iudicijs tuis
ſuperſperaui. Reſpondebo inquit exprobrantibus mihi ver-
bum: quoniā ſperaui in verbis tuis: ideſt quoniam mihi hoc
ipſe promiſiſti. Et ne auferas ex ore meo verbū veritatis vſ-
qꝫ valde: quoniaꝫ in iudicijs tuis ſuperſperaui: ideſt quoniā
iudicia tua quibus me corripis ⁊ flagellas: non ſolū mihi nō

auferunt ſpem: verumetiam augent: quoniam quem diligit
dominus corripit: flagellat autem omnē filiū quem recipit. Heb.12.
Ecce enim ſancti ⁊ humiles corde de te preſumendo in per-
ſecutionibus non defecerunt: ecce etiam qui de ſe preſumē-
do defecerunt: ⁊ tamen ad ipſum corpus pertinuerunt: ſibi
innoteſcendo fleuerunt: ⁊ tuā gratiam ſolidius inuenerunt:
quia ſuā ſuperbiā perdiderunt. Ergo ne auferas ex ore meo
verbum veritatis vſqꝫ valde: q: in iudicijs tuis ſperaui. ⌊ Et E
cuſtodiam legem tuaꝫ ſemper: ⌋ Ideſt ſi non abſtuleris ex
ore meo verbum veritatis: cuſtodiam legem tuam ſemper:
⌊ In ſeculum ⁊ in ſeculū ſeculi. ⌋ Oſtēdit quid dixerit ſem-
per. Aliquando etenim ſemper intelligitur ꝙdiu hic viuitur:
ſed hoc nō eſt in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi. Melius quip-
pe ita interpretatū eſt: ꝙ ſicut quidā codices habent in eter-
num ⁊ in ſeculum ſeculi: q: non potuerunt dicere: ⁊ in eternū
eterni. Lex itaqꝫ iſta intelligēda eſt: de qua dicit Apoſtolus:
Plenitudo legis charitas. Hec enim a ſanctis quorū ex ore Ro.13.
nō auferetur verbum veritatis: hoc eſt ab ipſa chriſti eccleſia
cuſtodietur: non ſolum in hoc ſeculo: ideſt donec finiaf hoc
ſeculum: ſed etiam in alterum qḋ appellatur ſeculum ſeculi.
Neqꝫ enim precepta legis ſicut hic etiā ibi accepturi ſumus
que cuſtodiamus: ſed ipſam legis (vt dixi) plenitudinem ſi-
ne vllo peccandi timore ſeruabimus: q: deum plenius cum
viderimus amabimus ⁊ proximū: q: deus erit omnia in om-
nibus: nec falſe cuiꝙ de proximo ſuſpicationi erit locus: vbi 1. Cor. 15.
nullus ulli erit occultus.

Explicit ſermo tertiuſdecimus.

Incipit ſermo quartuſdecimus de verſu pſal-
mi vbi ait: Et ingrediebar in latitudine: vſqꝫ ad
Exercebor: in iuſtificationibus tuis.

SUperiores verſus prolixi pſalmi huius orationē habēt: A
vbi aūt qui ſequūtur de quibus nunc diſputandū eſt nar-
rationem. Petebat enim homo dei ſuperius adiutoriū gra-
tie dei: cum dicebat: In tua iuſtitia viuifica me: ⁊ veniat ſu-
per me miſericordia tua domine: et alia ſimilia vel ſupra vel
infra: nunc autem dicit: ⌊ Et ambulabam in latitudine: quia
mādata tua exquiſiui: Et loquebar in teſtimonijs tuis in cō-
ſpectu regum: ⁊ non confundebar: Et meditabar in manda-
tis tuis: que dilexi: Et leuaui manus meas ad mandata tua
que dilexi: ⁊ exercebor in iuſtificationibus tuis. ⌋ Ubi narrā-
tis verba ſunt: non petentis: velut impetratis que petierat
confitebatur in dei laudibus: quales illum fecerat miſericor-
dia domini: quaꝫ ſuper ſe venire popoſcerat. Neqꝫ enim hec
ita ſuperioribus cōiunxerat vt diceret: Et ne auferas ex ore
meo verbum veritatis vſqꝫ valde: q: in iudicijs tuis ſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper in ſeculum ⁊ in ſeculū ſe-
culi: Et ambulabaꝫ in latitudine: q: mandata tua exquiſiui:
Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum ⁊ nō cō-
fundebar: ⁊ cetera iſto modo: Sic enim videf ſequentia pre-
cedentibus debuiſſe cōnectere: ſed ait: Et ambulabam in la-
titudine: Ubi copulatiua cōiunctio: ideſt ⁊: velut in cōſequēs
poſita eſt: q: nō ait: ⁊ ambulabo: quomodo dicebat: ⁊ cuſto-
diam legem tuam ſemper: Aut certe ſi optatiuo modo dictū
eſt: cuſtodiā legē tuam: nō ait: ⁊ ambulem in latitudine: qua-
ſi vtrūqꝫ optauerit ⁊ popoſcerit: ſed ait: Et ambulabā in lati-
tudine: Ubi ſi coniunctio iſta non eſſet: ſed a ſuperioruꝫ con-
nectione libera inferref: ⁊ ſoluta ſententia ambulabam in la-
titudine: nihil de inuſitato loquendi modo hic deberet mo-
uere lectorem: vt occultus ſenſus querendus hic aliquis pu-
taretur. Nimirū ergo qḋ non dixit intelligi voluit: ideſt exau-
ditum ſe fuiſſe: ac deinde ſubiunxit qualis factus fuerit: tan-
ꝙ diceret: Et cum orarem exaudiſti me: ⁊ ambulabam in la- B
titudine: ⁊ cetera que iſto modo dicta cōtexuit. Quid eſt igi-
tur: ⁊ ambulabam in latitudine: niſi ambulabam in charita-
te: que diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctū qui Ro.5.
datus eſt nobis? In hac latitudine ambulabat ille qui dice-
bat: Os noſtrum patet ad vos o corinthij: cor noſtrum dila-
tatum eſt. Hec autem charitas duobus illis mandatis tota 2. Cor.6.
atqꝫ integra continef: dilectione ſcilicet dei ⁊ dilectione pro-
ximi: in quibus tota lex pendet ⁊ prophete. Unde ⁊ hic cū di- Mat.22.
xiſſet: Et ambulabā in latitudine: cauſam ſubiunxit atqꝫ ait:
Quia mandata tua exquiſiui. Nonnulli autem codices non
habent mandata tua: ſed teſtimonia: Sed mandata i ſupe-
rioribus in-

pluribus inuenim⁹:⁊ maxime in grecis:Cui lingue tāꝗ pre-
cedenti vnde ad nos iſta tranſlata ſunt magis credendū eſſe
quis ambigat?Si ergo ſcire volumus quomodo hec manda
ta queſierit vel querenda ſint:illud intueamur qđ dicit ma-
Mat.7. giſter bon⁹⁊ doctor⁊ dator:Petite ⁊ accipietis:q̄rite⁊ inuenie
Luce.11. tis:pulſate ⁊ aperietur vobis.Et paulo poſt:Si ergo vos in
quit cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs veſtris:quā-
to magis pater veſter qui in celis eſt dabit bona petentibus
ſe?Ubi euidenter oſtendit qđ dixerat:Petite:querite:pulſa
re non niſi ad poſcendi:hoc eſt ad orandi inſtantiā pertinere
Alius porro euangeliſta non ait:Dabit bona petentibus ſe:
que multipliciter poſſunt intelligi:vel corporalia vel ſpiritua
lia:ſed circumcidit inde alia: ſatiſq; diligenter expreſſit quid
nos vehementer atq; inſtanter voluerit poſcere dño: et ait:
Ro.5. Quanto magis pater veſter de celo dabit ſpiritum bonū pe
C tentibus ſe?Hic eſt ille ſpiritus per quē diffunditur charitas
Ro.8. in cordibus noſtris:vt deū proximūq; diligendo diuina mā-
data faciamus:Hic eſt ille ſpiritus in quo clamamus: Abba
pater:Ac per hoc ipſe nos facit petere quicquid deſideram⁹
accipere:ipſe nos facit querere que⁊ cupimus inuenire:ipſe
Gal.4. nos facit pulſare ad quē nitimur peruenire.Hoc docet Apo-
ſtolus.Qui cum dicat in ſpiritu ſancto nos clamare abba pa
ter:rurſus alio loco dicit:Dedit deus ſpiritū filij ſui claman
tem in corda noſtra:Abba pater.Quō nos clamamus ſi ip-
ſe clamat in nobis:niſi q: ipſe clamare nos fecit dū⁊ habita-
Mat.7. re cepit in nobis?Etiā hoc itaq; agit acceptus: vt largius ac
Ro.8. cipiendus petendo:querendo:pulſando poſcat. Siue enim
vt vita bona petatur:ſiue vt bene viuatur:quotquot ſpiritu
dei aguntur:hi filij dei ſunt.Ergo ambulabā inquit in latitu
dine:quoniā mandata tua exquiſiui. Exquiſierat ⁊ inuene-
rat:quē petierat:⁊ acceperat ſpiritū bonū:quo factus eſt bo
D nus:bene faceret bona et fide que per dilectionē operatur.
Et loquebar inquit de teſtimonijs tuis in conſpectu regū et
nō confundebar:tanꝗ ille qui petierat ⁊ acceperat:vt reſpō
deret exprobrantibus ſibi verbū:⁊ non auferret et ore eius
verbum veritatis. Itaq; pro illa vſq; ad mortē certans:nec
in conſpectu regū confundebat eam loqui.Teſtimonia quip
pe in quibus dicit qđ loquebatur:grece martyria nuncupan
tur:quo verbo iam vtimur pro latino Unde dictū eſt etiā vo
Mat.10. cabulum martyrum:quibus predixit ieſus q; ⁊ ante reges eū
fuerant cōfeſſuri.Et meditabar inquit in mādatis tuis que
dilexi:Et leuaui manus meas ad mādata tua que dilexi:Si
ue qđ nonnulli codices habent in vtroq; verſu dilexi valde:
aut nimis aut vehementer:ſicut interpretari placuit:qđ gre
ce σφοδρα dicitur.Mādata ergo dei dilexit per hoc q; am-
Ro.5. bulabat in latitudine:per ſpiritū ſcꝫ ſanctū:per quē dilectio
ipſa diffunditur ⁊ dilatat corda fideliū.Dilexit aūt ⁊ dilatat
et cogitando ⁊ operando. Nam qđ ad cogitationē pertinet
ait:Et meditabar in mandatis tuis:Qđ autem ad operatio
1.Thio.1. nem:Et leuaui manus meas ad manda tua:Utriq; aūt ſen-
tentie addidit:que dilexi. Finis enim precepti eſt charitas
de corde puro.Quando illo fine:id eſt huius rei contēplatio
ne ſit mandatū dei:tunc ſit vere opus bonū:⁊ tūc leuanꝫ ma
nus:q: ſupernū eſt quo leuantur.Propterea de ipſa charita
1.Cor.13. te loquitur Apoſtolus ⁊ dicit:Supereminētem viam vobis
Ephe.3. demonſtro.Et alio loco:Cognoſcere vos inquit volo etiā ſu
pereminentē ſcientie charitatē chriſti.Nam ſi de opere mā-
datorum dei merces terrene felicitatis expetitur:deponun
tur manus potius ꝗ leuanꝫ:q: terrena emolimenta que nō
ſurſum ſed deorſum ſunt: illo opere requiruntur. Ad vtrūq;
autem pertinet qđ ſequitur:Et exercebar in iuſtificationib⁹
tuis:Quod plures interpretes dicere maluerunt ꝗ letabar
aut garriebā:qđ aliqui interpretati ſunt ex eo qđ grecus ha
A bet αδολεσχουν. Exercet quippe in iuſtificationibus dei le-
Sacu. tus:⁊ quodāmodo garrulus:qui mandata eius que diligit:
et cogitandi ⁊ operandi delectatione cuſtodit.

¶ Explicit Sermo decimuſquartus.

¶ Incipit Sermo quintuſdecimus.

CONſideremus quantum donet dominus:⁊ pertracte-
mus hos verſus magni pſalmi huius.⌊ † Memento
Alis † me- verbi tui ſeruo tuo:in quo ſpem dediſti mihi:Hec me conſo-
mor eſto. lata eſt in humilitate mea:† quoniam † verbum tuum viui
A †quia. ficauit me.⌋Nunquid obliuio ſicut in hominē:cadit in deū?
†eloquiū.

Cur ergo ei dicitur:memento?Quāuis in alijs ſanctis ſcri-
pture locis ipſum verbū omnino ponatur:vt eſt:Quare mei Pſ.43.
oblitus es:⁊ obliuiſceris inopiā noſtram:⁊ ipſe deus per pro
phetam:Omnes inquit iniquitates eius obliuiſcar:Et alibi
atq; alibi ſepius hoc legitur:Sed non vt hominibus iſta cō-
tingunt:ita intelliguntur in deo. Nam ſicut deū penitere di
citur:quando preter hominū ſpē res mutat:conſilio non mu Pſ.32.
tato:quia conſilium domini manet in eternū:ita dicitur obli
uiſci quando tardare videtur adiutorium:vel promiſſum:vel
non retribuere digna peccantibus:vel ſi quid huiuſmodi:tā
ꝗ eius memoria ſit elapſum qđ ſperatur ſiue timetur:⁊ non
ſit.Dicuntur iſta locutione morali qua humanus mouet af-
fectus:cū ſuis enim deus faciat certa diſpoſitione:nō deficiē-
te memoria:nec obſcurata intelligentia:nec voluntate muta
ta.Cum itaq; dicitur ei:memento:orantis deſideriū(q: pro
miſſum poſcit)oſtenditur:⁊ hoc extenditur:non deus quaſi
ei de mente id exciderit admonetur Memento inquit ver-
bi tui ſeruo tuo:hoc eſt imple promiſſum ſeruo tuo: In quo
ſpem dediſti mihi:hoc eſt in quo verbo quoniā promiſiſti mi
hi:me ſperare feciſti.Hec me cōſolata eſt in humilitate mea B
hec ſcꝫ ſpes que data eſt humilibus:dicente ſcriptura:Deus Iacobi.4.
ſuperbis reſiſtit:humilibus autem dat gratiā.Unde ore pro 1.Pet.4.
prio etiam ipſe dominus ait:Quoniam qui ſe exaltat humi- Luce.14.
liabitur:⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.Bene hic intelligim⁹ ⁊.18.
etiam illam humilitatem: nō qua ſe quiſq; humiliat confitē-
do peccata:nec ſibi arrogādo iuſtitiam:ſed qua quiſq; humi
liatur aliqua tribulatione vel deiectione quam meruit eius
ſuperbia:aut exercetur probaturq; eius patiētia.Unde pau
lo poſt dicit hic pſalmus : Prius ꝗ humiliarer ego deliqui Eccli.2.
Et illud in libro Sapientie: In dolore ſuſtine:⁊ in humilita
te tua patientiam habe : quoniā in igne probatur aurum et
argentū:homines vero acceptabiles in camino humiliatio-
nis.Qđ ait acceptabiles:ibi ſpem dedit que conſolaretur in
humilitate. Et dominus ieſus hanc humilitatē cum diſcipu
lis predicaret a perſecutoribus eſſe venturam:non eos ſine
ſpe reliquit:ſed hanc etiā qua conſolarentur dedit dicens: Luce.21.
In veſtra patiētia poſſidebitis animas veſtras: De ipſo quo Ibidem.
q; corpore qđ ab inimicis poſſet occidi:⁊ quaſi penitus inte-
rire:capillus inquit capitis veſtri non peribit.Hec ſpes data
eſt corpori chriſti qđ eſt eccleſia:qua conſolaretur in humili-
tate ſua.Propter quam ſpem dicit ⁊ apoſtolus Paulus:Si
autem quod non videmus ſperamus:per patientiā expecta C
mus:Sed eternorum eſt ſpes iſta premiorū. Eſt ⁊ alia ſpes
que in humilitate tribulationis plurimum conſolatur: que
ſanctis data eſt in verbo dei adiutoriū gratie pollicētis : ne 1.Cor.10.
quiſq; deficiat.De qua re dicit Apoſtolus:Fidelis deus qui
nō permittet vos tēptari ſuper id qđ poteſtis:ſed faciet cū
tēptatione etiā exitū vt poſſitis ſuſtinere. Hanc ſpem dedit Luce.22.
etiā ſaluator ore ſuo quādo ait.Hac nocte poſtulauit ſatha-
nas vexare vos ſicut triticū:⁊ ego rogaui pro te petre ne de
ficiat fides tua. Hāc ſpē dedit ⁊ in oratione quā docuit : vbi Mat.6.
monuit vt dicamus:Ne nos inferas in temptationē. Que-
dammodo enim promiſit ſe daturū ſuis periclitātibus qđ di
ci voluit ab orātibus.Et nimirum de hac ſpe magis iſte pſal
mus intelligendus eſt dicere: Hec me conſolata eſt in humi
litate mea:quoniā verbū tuum viuificauit me.Qđ expreſſius
interpretati ſunt:qui non verbū ſed eloquiū poſuerunt.Gre D
cus enim λογιον habet:qđ eſt eloquiū:nō λογος:qđ eſt ver- al†quaq;.
bum.Sequitur autē:⌊ Superbi inique agebant vſq; † val-
de:a lege aūt tua nō declinaui. ⌋.Superbos intelligi voluit
perſecutores piorum:Et ideo ſubiecit: A lege autem tua nō
declinaui:q: hoc eū facere illorū pſecutio cōpellebāt.Quos
vſq; valde inique dicit egiſſe:q: non ſolū erāt impij:verūetiā
pios impios eſſe cogebant. In hac humilitate:hoc eſt in hac
tribulatione ſpes conſolata eſt que data eſt in verbo dei pol
licentis adiutoriū:ne deficiat fides martyrū:⁊ preſentia ſpi-
ritus ſui vires impertientis laborantibus:vt euadentes de Pſ.123.
muſcipula venantiū dicerent:Niſi quia dominus erat in no
bis forſitan viuos abſorbuiſſent nos.An forte qđ ait:Hec me
conſolata eſt in humilitate mea:illam dicit humilitatem qua Eccli.3.
homo eſt deiectus ⁊ proiectus in mortem ex peccato illo qđ
valde infeliciter in paradiſi felicitate commiſſum eſt?An hac
quippe humilitate in qua homo vanit: ti ſimilis factus eſt:

et dies eius ſicut vmbra pretereunt:oſ/ſes filij ire ſunt:niſi p
Pſ.143. mediatorẽ recõciliẽtur deo:qui predeſtinati ſunt in eternam
Ephe.2. ſalutẽ ante mũdi cõſtitutionẽ:in quo mediatore ⁊ antiqui
iuſti ſpem habebãt:quando eũ in carne vẽturũ p prophetie
ſpiritũ preuidebant.Qḋ ergo verbum ad eos fiebat de illo:
etiam hoc bene hic intelligitur verbum: ſi ⁊ ipſorum accipi/
mus iſtam vocem:De quo verbo dictũ eſt:Memento verbi
tui ſeruo tuo in quo mihi ſpez dediſti:Hec me conſolata eſt
in humilitate mea:hoc eſt in iſta mortalitate mea:Quia elo
quium tuum viuificauit me:vt ſpem vite haberem prolectus
in mortem.Superbi inique agebant vſqꝫ valde:quandoqui
dem eorum ſuperbiã nec humilitas mortalitatis edomuit.
A lege autem tua non declinaui:qḋ me facere cogebant ſu/
E perbi.⌊Memor fui iudiciorum tuorum a ſeculo domine:⁊ con
ſolatus ſum:⌋ Uel ſicut alij codices habent:⌊ ⁊ exhortatus
ſum:⌋ ideſt exhortationẽ accepi. Utrũqꝫ enim potuit inter/
pretari de verbo greco qḋ ẽ παραχλυτειη. A ſeculo ergo ex
quo genus humanũ ſumpſit exordium:memor fui iudiciorũ
Ro.9. tuorum ſuper vaſa ire:que parata ſunt in perditionẽ:⁊ cõſo/
latus ſum:q: per hec quoqꝫ oſtendiſti diuitias gratie ⁊ glo/
Al† defe/ rie tue in vaſa miſericordie tue. ⌊ † Tedium tenuit me † a
ctio † pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cãtabiles mi
hi erant iuſtificationes tue in loco incolatus mei:⌋Uel ſicut
alij codices habẽt:⌊ in loco peregrinationis mee.⌋ Ipſa eſt
illa humilitas in loco mortalitatis et peregrinationis homi/
nis de paradiſo:⁊ de illa ſuperna hieruſalez electi:vnde qui
Gen.3. dam deſcendens in hiericho incidit in latrones:ſed propter
Luce.10. miſericordiam que per illũ ſamaritanũ cum illo facta eſt:cã
tabiles illi erant iuſtificationes dei in loco peregrinationis
ſue:q̃uis eum tedium teneret a peccatoribus relinquẽtibus
legem dei:q: cum eis conuerſari in hac vita vel ad tẽpus co/
gitur:donec area ventilet.Poſſunt enim iſti duo verſus ad
ſingulas partes vnius ſuperioris aptari: vt qḋ ait:Memor
fui iudiciorũ tuorum a ſeculo domine:ad hoc referatur:Tediũ
tenuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuã:Qḋ
vero ibi ait:Et conſolatus ſum:ad hoc referatur:Cãtabiles
Al† nõ hꝫ. mihi erant iuſtificationes tue in loco peregrinationis mee.
F ⌊ Memor ⌋ inquit ⌊ fui † in nocte nominis tui domine:et
cuſtodiui legem tuam.⌋ Nox eſt illa humilitas vbi eſt mor/
talitatis erumna: nox eſt in ſuperbis inique agentibus vſqꝫ
valde:nox in tedio a peccatoribus relinquentibus legẽ dei:
1.Cor.4. nox eſt poſtremo in loco peregrinatiõis huius:donec veniat
dominus ⁊ illuminet abſcondita tenebrarum:⁊ manifeſtabit
cogitationes cordis:⁊ tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. In hac
1.Cor.1. ergo nocte memor homo eſſe debet nominis dei:vt qui glo/
Pſ.113. riatur:in domino glorietur.Propter qḋ ⁊ illud ſcriptum eſt:
Nõ nobis domine non nobis:ſed nomini tuo da gloriã. Sic
enim quiſqꝫ nõ in ſua ſed in dei gloria: quia nec in ſua ſed in
dei iuſtitia:ideſt a deo ſibi donata cuſtodit legẽ dei:ſicut iſte
ait:Memor fui in nocte nominis tui domine:⁊ cuſtodiui le/
gem tuam:Quam non cuſtodiſſet ſi in ſua virtute cõfidens
Pſ.123. nominis dei memor non fuiſſet. Adiutorium enim noſtrum:
G in nomine domini.Propter qḋ ſecutus adiũxit. ⌊ Hec facta
Al† quia. eſt mihi:† quoniã † iuſtitias tuas exquiſiui.⌋ Iuſtitias vi/
†iuſtifica/ qꝫ tuas quibus iuſtificas impium:non meas: que nunq̃ me
tiones. pium faciunt ſed ſuperbũ.Non enim erat iſte aliquis eorũ
Ro.4. qui ignorantes dei iuſtitiam:⁊ ſuã volentes cõſtituere:iuſti/
Ro.10. tie dei non ſunt ſubiecti.Has ergo iuſtitias quibus iuſtificã
tur gratis per gratiam dei qui per ſeipſos iuſti eſſe non poſ
ſunt:melius alij interpretati ſunt iuſtificatiões: quia reuera
Διχαιοσυνμας: ideſt iuſtitias:ſed Διχαιωματα grecus ha
bet:que ſunt iuſtificationes:Sed quid ſibi vult qḋ ait: Hec
facta eſt mihi?Hec quid?An forte lex:q: dixerat: Et cuſtodi
ui legem tuam?quibus verbis ſubiunxit:Hec facta eſt mihi:
tanq̃ diceret:hec lex facta eſt mihi:Sed non eſt rememorã/
dum in exponendo:quomodo ſit ei facta lex dei.Greca eſſi
locutio vnde iſta tranſlata eſt:ſatis indicat nõ de lege dictuz
eſſe:hec facta eſt mihi:q: lex in eadez lingua generis maſcu/
H lini eſt:⁊ feminino pronomine etiam ibi ſcriptum eſt:Hec fa
cta eſt mihi.Queriť ergo primus que illi facta ſit:deinde quo
modo illi facta ſit:Quecunqꝫ illa ſit:Hec inquit facta eſt mi
hi:Non vtiqꝫ hec lex:quia hunc ſenſum ſicut dixi grecus ex/
pellit.Forte ergo hec nox eſt: quia tota ſuperior ſententia ſic
ſe habet:Memor fui in nocte nominis tui domine:⁊ cuſtodi
ui legem tuam:⁊ ſequitur:Hec facta eſt mihi:Quia vtiqꝫ nõ
lex:profecto nox eſt que facta eſt illi.Quid eſt igitur nox mi
hi facta eſt:quia iuſtificationes tuas exquiſiui?Lux quippe
potius eſt ei facta non nox:q: iuſtificationes exquiſiuit dei:
Ac ſic recte intelligiť:facta eſt mihi:ac ſi diceretur : facta eſt
pro me:ideſt factum eſt vt prodeſſet mihi.Si enim humili/
tas illa mortalitatis nõ abſurde intelligitur nox:vbi inuicez
latent corda mortalium : vt de talibus tenebris innu
merabiles ⁊ graues temptationes oriantur:ita vt in eadem
nocte pertranſeant etiam beſtie ſylue:catuli leonum rugien Pſ.103.
tes querentes a deo eſcam ſibi: Unde etiam de illo leone ru
giente ⁊ querente quẽ deuoret:dominus ait qḋ iaz ſupra cõ/ 1.Pet.5.
memoraui:Hac nocte poſtulauit ſathanas vexare vos ſicut Luce.22.
triticũ:ideſt hac nocte in qua pertranſeunt beſtie ſylue:vos
leo ille magnus queſiuit a deo eſcam ſibi: profecto hec ipſa
humilitas in loco peregrinationis huius que nox recte intel
ligitur prodeſt eis qui ſalubriter exercentur in ea vt diſcant
non ſuperbire:propter qḋ malum in iſtaz noctem pulſus eſt
homo: Initium enim ſuperbie hominis eſt apoſtatare a deo Eccli.10.
Sed gratis iuſtificatus:atqꝫ vt in iſta humilitate proficiat
varijs temptationibus huius noctis oppoſitus:iam intelli/
gens dicat quod in hoc pſalmo aliquanto poſt dicitur: Bo/
num eſt mihi q͞ humiliaſti me:vt diſcã iuſtificationes tuas.
Nam quid eſt aliud:bonum eſt mihi quia humiliaſti me:niſi
hec humilitas que nox vocatur facta eſt mihi:ideſt factũ eſt
vt prodeſſet mihi?Sed quare hoc?Quia ſcilicet iuſtificatio/ I
nes tuas non meas exquiſiui.Poſſumus etiam quod dictũ
eſt:Hec facta eſt mihi:ſic intelligere:vt nec lex:nec nox ſub/
audiatur:ſed hoc pronomen qḋ eſt hec:non accipitur aliter: Pſ.26.
q̃ ſe hꝫ ille in alio pſalmo locus vbi legitur:Unam petij a do
mino:hanc requiram.Nec dicit quid vnam vel quam vnam
de qua dixerit hanc requiram : ſed femininum genus quaſi
pro neutro poſitum eſt.Inuſitate quippe dictũ eſt:Unã pe/
tij:hanc requirã:vbi non ſubauditur que illa vna ſit:qḋ vſita
tius diceretur:Unum petij a domino:hoc requiram:vt inha
bitem in domo domini.In his enim neutris non ſolet exigi
neutrum qḋ ſubaudiendum ſit:vt puta vnũ bonũ:aut vnum
donum : vel ſi quid huiuſmodi : ſed quicquid illud eſt : etiã
ſi maſculino vel feminino genere nũcupetur:vel ſine vllo no
mine vllius generis quibuslibet verbis inſinuetur:ſolita om
nino locutione ſub genere neutro intelligitur. Ita ergo ⁊ hic
eo modo dici poteſt:Hec facta eſt mihi:tanq̃ dictum eſſet:
hoc factum eſt mihi. Si autem queramus quid illud ſit: oc/
currit quod ſupra dixerat:Memor fui in nocte nominis tui
domine:⁊ cuſtodiui legem tuã. Hoc factũ eſt mihi: ideſt hoc
quod cuſtodiui legem tuam:nõ per meipſum feci:ſed factuz
eſt mihi vtiqꝫ abs te:q: iuſtificationes nõ meas ſed tuas ex
quiſiui.Deus eſt enim inquit apoſtolus qui operatur in vo/ Phil.2.
bis:⁊ velle ⁊ operari pro bona voluntate.Hoc etiam per pro
phetam deus dicit:Et faciam vt in iuſtificationib' meis am
buletis:⁊ iudicia mea obſeruetis ⁊ faciatis.Quapropter deo
dicente:Ego faciam vt iudicia mea obſeruetis ⁊ faciatis:re
ctiſſime iſte dicit hoc factũ eſt mihi:vt cum queſieris quid il
lud ſit:reſpondeat quod ſupra dixerat: vt cuſtodirem leges
dei.Sed q: iſte in longũ ſermo proceſſit:ea que ſequunť do
mino donante ab alio melius tractabuntur exordio.

¶ Explicit Sermo quintuſdecimus.

¶ Incipit Sermo decimuſſext' de verſu pſal/
mi:Pars mea dominus:vſqꝫ ad Miſericordia tua domine
plena eſt terra.

HOs verſus pſalmi huius magni nunc aggredimur in A
dei voluntate tractandos: ⌊ Pars mea dominus: ⌋ Heth.
Quod habent quidam:⌊ Portio mea domine.⌋ Qḋ verum ח
ideo dicatur:quia particeps eius eſt quiſquis ei adheret:ſi/
cut ſcriptum eſt: Mihi autem adherere deo bonum eſt : Nõ
enim exiſtẽdo ſunt homines dij:ſed ſiunt participando illius Pſ.72.
vnius qui verus eſt deus:An q: ſicut partes ſibi eligunt ho
mines in hoc mundo:ſiue ſortiuntur:alius hoc alius illud vn
de quiſqꝫ viuat:quodãmodo portio pioꝝ deus eſt vnde ſem
per viuant.Uterqꝫ ſenſus nõ eſt abſurdus.Sed quod ſequi
tur hic audiamus.⌊ Dixi cuſtodire legem tuam.⌋ Quid eſt
portio mea domine dixi cuſtodire legem tuam: niſi quia ita
erit portio

erit portio cuiuſq; dñs cum legē eius cuſtodierit? Sed quo
modo cuſtodit niſi hoc donet atq; ad hoc adiuuet ſpiritus vi
2.Cor.3. uificans: ne litera occidat: ⁊ peccatū occaſione accepta per
Ro.7. mandatū operetur in homine omnē concupiſcentiā? Inuo-
candus eſt igitur. Sic enim ab eo fides impetrat qd̄ lex im-
Ro.10. perat: Quoniam qui inuocauerit nomen dñi ſaluus erit. Et
al' † deprecatus. ideo vide quid ſubiungat. ⌊ † Precatus ſum faciē tuā in to-
to corde meo. ⌋ Et dicens quomodo ſit precatus: ⌊ Miſere-
re mei ⌋ inquit ⌊ ſm eloquiū tuum. ⌋ Et tanq̄ exauditꝰ ad-
al' † nō hʒ. q; adiutus ab eo quē precatus eſt: ⌊ † Quia cogitaui ⌋ in-
† conuerti quit ⌊ vias meas: ⁊ † auerti pedes meos i teſtimonia tua. ⌋
B Auerti ſcʒ a vijs meis que diſplicuerunt mihi: vt irē in teſti-
monia tua: atq; ibi haberent viam. Plures enim codices nō
habent q: cogitaui: ſicut in quibuſdā legitur: ſed tantummo-
do: cogitaui. Qd̄ aūt hic poſitū eſt: Et auerti pedes meos:
nōnulli habēt: q: cogitaui ⁊ auertiſti pedes meos: vt hoc dei
potius gratie tribuat: ſm illud quod Apoſtolꝰ ait: Deus eſt
Phil.2. enim qui operatur in vobis: cui etiaʒ dicitur: Auerte oculos
meos ne videant vanitatē. Si oculos ne videāt vanitatē: cur
non ⁊ pedes ne ſectent errorē? Propter quod ⁊ illud ſcriptū
eſt: Oculi mei ſemper ad dñm: q: ipſe euellet de laqueo pe-
Ps.24. des meos. Sed ſiue auertiſti pedes meos: ſiue auerti pe-
des meos legat: ab illo fit vt faciamus cuius faciē precatus
eſt in corde ſuo: ⁊ cui dixit: Miſerere mei ſm eloquiū tuum:
Ro.9. hoc eſt ſm verbū promiſſionis tue. Filij quippe promiſſionis
in ſemine deputent abrae. Deniq; hoc impetrato gratie be-
C neficio: ⌊ Paratus ſum ⌋ inquit ⌊ ⁊ nō ſum turbatus: vt cu-
ſtodiam mādata tua. ⌋ Quod aliqui interpretati ſunt ad cu-
ſtodiendum mandata tua: aliqui vt cuſtodirem: aliqui cuſto-
dire: quod grecus poſuit τουφυλαξασθαι. Quā vero paratꝰ
factus ſit ad cuſtodienda diuina mandata: ſubdidit dicēs:
al' † legem tuam. ⌊ Funes peccatorū circumplexi ſunt me: ⁊ † legis tue nō ſum
oblitus. ⌋ Funes peccatorū impedimēta ſunt inimicorū: ſiue
ſpiritualium ſicut diaboli ⁊ angelorū eius: ſiue carnalium in
quibus filijs infidelitatis diabolus operatur. Nō enim hoc
nomen quod dictum eſt peccatorū ab eo q̄ ſunt peccata de-
clinatum eſt: ſed ab eo q̄ ſunt peccatores: quod in greco eui-
denter apparet. Cum itaq; minantur mala quibus terreant
iuſtos: ne pro lege dei patiātur: quodāmodo funibus impli-
Eſaie.5. cant: velut valida ⁊ robuſta reſte ſua. Trahunt enim pecca-
ta ſicut reſtem longā: ⁊ his ſanctos implicare conātur: ⁊ ali-
quando permittuntur ⁊ premunt. Sed ſi implicant corpus:
2.Thio.2. non implicant animū: vbi nō eſt iſte dei legis oblitus: q: ſer-
D mo dei non eſt alligatus. ⌊ Media nocte ⌋ inquit ⌊ ſurge-
Al' † iuſtifi- bam ad confitendū tibi: ſuper iudicia † iuſtitie tue. ⌋ Quia
cationis. et hoc ipſum q̄ funes peccatorū circumplectunt iuſtum: iudi-
1 Pet.4. cia ſunt iuſtitie dei. Propter qd̄ dicit apoſtolus petrus tem-
Ibid eiuſ. pus eſſe vt iudicium incipiat a domo domini: Et ſi initium
inquit a nobis: qualis finis erit eis qui non credunt dñi euā-
gelio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluus erit: peccator ⁊ impius
vbi parebūt? Hoc enim ait de perſecutionibus quas patie-
batur eccleſia: cum funes peccatorū circumplecterentur eam.
Proinde mediā noctem grauioris tribulationis intelligendā
exiſtimo: in qua dixit: Surgebam: q: non eū ſic affligebat vt
deijceret: ſed exercebat vt ſurgeret: ideſt vt ex ipſa tribulatio-
ne ad fortius confitendū proficeret. Iam vero q: iſta ſiunt
gratia dei per ieſum chriſtū dñm noſtrū: vocem perſone ſue
per hanc prophetiam ſuo corpori adiungit ipſe ſaluator. Ad
ipſum caput enim proprie qd̄ ſequitur pertinere arbitror.
E ⌊ Particeps ego ſum omniū timentiū te: ⁊ cuſtodientiū mā-
Heb.2. data tua: ⌋ Sicut ieſt in epiſtola que ad hebreos ſcribitur:
Qui enim ſanctificat ⁊ qui ſanctificantur: ex vno omnes. Pro-
Ibidem. pter quam cauſam: non confunditur fratres eos vocare. Et
paulopoſt: Propterea ergo inquit: q: pueri cōmunicauerūt
ſanguini ⁊ carni: ⁊ ipſe propemodum participauit eiſdē. Qd̄
quid eſt aliud q̄ eorum particeps factus eſt? Neq; enim eſſi-
ceremur participes diuinitatis eiꝰ: niſi ipſe mortalitatis no-
ſtre particeps fieret. Nam ⁊ in euangelio quo nos diuinita-
Ioan.5. tis eius participes facti ſumus: ita dicit: Dedit eis poteſta-
tem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius: Qui non
ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate
viri: ſed ex deo nati ſunt. Ut autem hoc fieret: quia ⁊ ipſe fa-
Ibidem. ctus eſt particeps mortalitatis noſtre: ita ibi ſequit: Et ver-

bum caro factū eſt: ⁊ habitauit in nobis. Per hanc eius par-
ticipationē nobis gratia ſubminiſtratur: vt caſte timeamus
deum: ⁊ cuſtodiamus mandata eius. Proinde ipſe dominus
ieſus loquitur in iſta prophetia: ſed quedā in membris ſuis
et vnitate corporis ſui: tanq̄ in vno quodam homine diffuſo
toto orbe terrarum: ⁊ ſuccreſcente per volumina ſeculorum:
quedam vero in ſeipſo capite noſtro. Unde et hoc eſt qd̄ ait:
Particeps ego ſum omniū timentium te: ⁊ cuſtodientiū mā-
data tua. Et q: propter hoc q̄ particeps factus eſt fratrum
ſuorum: deus omnium: immortalis mortalium: ideo granum
cecidit in terram: vt mortificatum multum fructum faceret. Ioan.12.
Et de ipſo fructu ſecutus adiunxit. ⌊ Miſericordia tua do- Ps.32.
mine plena eſt terra. ⌋ Et vnde hoc: niſi cum iuſtificatur im-
pius? In cuius gratie ſcientia vt perficiat adiungit: ⌊ † Et al' † nō hʒ.
iuſtificationes tuas doce me.

¶ Explicit Sermo decimuſſextus.

¶ Incipit Sermo decimuſſeptimus de verſu pſalmi. Sua- A
uitatē feciſti cuʒ ſeruo tuo dñe: vſq; ad: Bonū mihi lex oris Teth.
tui ſuper milia auri ⁊ argenti.

Hi verſus pſalmi huius de quibus nunc in voluntate ט
dei diſputaturi ſumꝰ ab hoc incipiūt: ⌊ † Suauitatē fe-
ciſti cum ſeruo tuo domine ſm verbum tuum: ⌋ Uel potius
⌊ ſm eloquium tuum. ⌋ Sed qd̄ ait grecus χρηστοτητα: Als † boni-
aliquando ſuauitatē: aliquando bonitatem noſtri interpre- tatem.
tes tranſtulerunt. Uerum quia ſuauitas poteſt eſſe ⁊ in ma- In li. 50.
lo: quando illicita queq; ⁊ immunda delectant: poteſt etiam home.4.
eſſe ⁊ in ea que conceditur voluptate carnali: ſic debemus in-
telligere ſuauitatem: quam χρηστοτητα greci vocāt: vt in
bonis ſpiritualibus deputetur: Propter hoc enim eam ⁊ bo-
nitatem noſtri appellare maluerunt. Nihil hic ergo aliud di-
ctum exiſtimo: ſuauitatem feciſti cuʒ ſeruo tuo: niſi feciſti vt
me delectaret ⁊ bonum. Quando enim delectat ⁊ bonū: ma-
gnum dei donum eſt: Quando autem bonū opus qd̄ lex im-
perat fit timore pene non amore iuſtitie: cum deus metuit
non amatur: ſeruiliter fit non liberaliter. Seruus autem nō Ioan.8.
manet in domo in eternū: filius manet in eternū: q: conſum- 1.Ioā.4.
mata charitas foras mittit timorem. Suauitatē itaq; feciſti
cum ſeruo tuo domine faciendo filiū qui ſeruus fuit: ſm elo- Ro.4.
quium tuum: hoc eſt ſm promiſſum tuū: vt ſm fidē firma ſit Al' † boni-
promiſſio omni ſemini. ⌊ † Suauitatem ⁊ † eruditionem ⁊ tatem. †
ſcientiam doce me ⌋ inquit: ⌊ † quoniā mādatis tuis credi- diſciplinā.
di. ⌋ Augeri ſibi iſta poſcit ⁊ perfici. Nam vtiq; q: iam dixe- † quia.
rat: Suauitatem feciſti cum ſeruo tuo: quomodo dicit ſuaui- B
tatem doce me: niſi vt ei gratia dei magis magiſq; abundet
vel innoteſcat dulcedine bonitatis? Habebant enim fidē qui Luce.17.
dixerunt: Domine auge nobis fidē. Et q̄diu viuit in hoc mū-
do proficientium eſt hec cantatio. Addidit aūt eruditionē
vel ſicut plures codices habent diſciplinā. Sed diſciplinam
quā greci appellant παιδειαν: vbi ſcripture noſtre ponere cō-
ſueuerunt: ibi intelligenda eſt per moleſtias eruditio: ſm il- puerb.3.
lud: Quem enim diligit dominus corripit: flagellat aūt om- Heb.12.
nem filium quē recipit. Hec autem apud eccleſiaſticas lite-
ras dici aſſolet diſciplina: interpretata de greco vbi legitur
παιδεια. Hoc eīm verbū in greco poſitum eſt in epiſtola ad he- Ibidem.
breos vbi latinus interpres ait: Oīs eīm diſciplina ad p̄ſens
non gaudij videtur eſſe ſed triſtitie: poſtea autem fructū pa- C
cificum his qui per eam certarunt reddet iuſtitie. Cum quo
ergo facit deus ſuauitatem: ideſt cui propitius inſpirat boni
delectationem: atq; vt apertius id explicē: cui donatur a deo Mat.22.
charitas dei: ⁊ propter deum charitaʒ proximi: profecto in-
ſtanter orare debet: quo tantum ſibi augeatur hoc donuʒ: vt
non ſolum pro illo contēnat delectationes ceteras: ſed etiaʒ
pro illo quaſlibet perferat paſſiones: Ita ſuauitati ſalubri-
ter additur diſciplina: Non enim quantulecumq; ſuauitati
vel bonitati: hoc eſt charitati ſancte poſcenda eſt ⁊ obtinen-
da: ſed tam magne vt ſub eius preſſura non poſſit extingui:
ſed ſicut ingens flamma ſub impetu venti quanto magis re-
primitur: tanto ardentius excitari. Ideo parum fuit dicere:
ſuauitatem feciſti cum ſeruo tuo: niſi rurſus repeteret vt eum
doceat ſuauitatem: tantam vtiq; vt diſciplinam p oīa patiē-
tiſſime ſuſtinere. Tertia ponitur ſcientia: quoniam ſi magni-
tudine ſua precedit ſcientia magnitudinem charitatis: non 1.Cor.8.
edificat ſed inflat. Cum ergo tanta fuerit charitas in boni-

tate ſuaui:vt tribulationibus nō poſſit extingui quas adhi
bet diſciplina:q: tunc vtilis erit ſcientia:qua innoteſcat etiā
1.Cor.2. ſibi homo quid ipſe meruerit:⁊ que a deo donata ſint ei:per
que poſſe ſe ſciat que ſe poſſe neſciebat:⁊ per ſeipſum omni
D no non poterat. Qđ autem nō ait:da mihi:ſed doce me:quo
modoſuauitas docetur ſi non detur? Quādoquidē multi qđ
eos non delectat ſciunt:⁊ quarum rerū habent cognitionem
non habent ſuauitatem? Suauitas enim diſci non poteſt: ni
ſi delectet. Item diſciplina que ſignificat emendatoriā tri
bulationē:accipiendo diſcitur:ideſt non audiendo vel legen
do vel cogitando:ſed experiendo. At vero ſciētia quā tertio
loco poſuit in his que ait:doce me:docendo datur. Nā quid
eſt aliud docere: q̄ ſcientiā dare? Et hec duo ita ſibi cōnexa
ſunt:vt alterum ſine altero eſſe nō poſſit. Nemo enim doce
tur niſi diſcat:⁊ nemo diſcit niſi doceatur. Et ideo ſi diſcipu
lus capax non ſit eorum que a doctore dicuntur: non poteſt
doctor dicere:ego eum docui:ſed ipſe non didicit:dicere au
tem poteſt:ego ei dixi qđ dicendum fuit:ſed ille non didicit
quia non percepit:nō comprehendit:non intellexit. Nā pro
E fecto et ille didiciſſet ſi iſte docuiſſet. Et ideo deus quando
vult docere:prius dat intellectū:ſine quo ea que ad diuinā
doctrinam pertinent homo non poteſt diſcere. Unde et iſte
paulo poſt dicit: Da mihi intellectū vt diſcam mādata tua.
Poteſt itaq; homo cum docere aliquē capit dicere illa que
dixit dominus diſcipulis ſuis poſteaq̄ reſurrexit a mortuis:
ſed facere qđ ille fecit non poteſt. Ait enim euangeliū: Tūc
Luce.24. aperuit eis ſenſum vt intelligerent ſcripturas:et dixit illis.
Quid autem illis dixerit:ibi legitur: Sed ideo ceperunt qđ
dixit:quia vnde caperent aperuit. Docet ergo deus ſuauita
tem inſpirando delectationem:docet diſciplinā:temperādo
tribulationem:docet ſcientiā inſinuando cognitionem. Cum
itaq; alia ſint que ideo diſcimus vt tantūmodo ſciamus:alia
vero vt etiā faciamus:quando deus ea docet:ſic docet vt ea
ſcienda ſciamus aperiendo veritatem:ſic docet vt faciendo
faciamus inſpirādo ſuauitatē. Neq; enī fruſtra ei dr̄. Doce me
Pš.142. vt faciā voluntatē tuā. Sic inquit doce vt faciā:nō tm̄mō vt
ſciam. Ipſa quippe recte facta fructus eſt noſter quē reddi
Pš.84. mus agricole noſtro. Sz ſcriptura dicit: Dñs dabit ſuauita
Pš.142. tē:⁊ terra noſtra dabit fructū ſuū. Que aūt iſta terra eſt:ni
ſi de qua dicit eidē ipſi q̄ dat ſuauitatē: Aīa mea velut terra
ſine aqua tibi? Qđ vero cum dixiſſet:ſuauitatē ⁊ diſciplinā ⁊
ſcientiam doce me: adiunxit atq; ait: Quoniam mandatis
F tuis credidi: Nō immerito queri poteſt cur non dixerit:obe
diui:ſed credidi. Alia enim ſunt mandata:alia ſunt promiſſa
Mandata facienda ſuſcipimus:vt accipere promiſſa merea
mur. Promiſſis ergo credimus:mandatis obtemperamus.
Quid eſt ego:mādatis tuis credidi:niſi credidi quod tu illa
mandaueris non aliquis homo:q̄uis per homines homini
bus miniſtrata ⁊ monſtrata ſint? Quia itaq; credidi tua eſſe
mādata:ipſa fides mea qua id credidi impetret abs te gra
tiam:qua faciam qđ mandaſti. Si enim homo mihi hec iube
ret forinſecus:nūquid vt etiam facerem qđ iubebat adiuua
ret intrinſecus? Doce ergo me ſuauitatem inſpirando chari
tatem:doce me diſciplinā donando patientiā:doce me ſcien
tiam illuminando intelligentiam: quoniam mandatis tuis
credidi. Te illa credidi mandaſſe qui deus es: ⁊ homini do
nas vnde facias eum facere quod mandas. Prius q̄ hu
miliarer inquit ego deliqui:propter verbū tuum: Uel
G ſicut alij expreſſius habent: propterea eloquium tuum cu
ſtodiui: Utiq; ne rurſum humiliarer. Quod ad illā humi
liationem melius refertur que facta eſt in adam:in quo om
Gen.3. nis creatura humana tanq̄ in radice vitiata:quoniam veri
tati ſubiecta eſſe non voluit:ſubiecta eſt vanitati. Qđ vaſis
Ro.9. ire pfuit experiri:vt delecta ⁊ deleta ſuperbia:diligat obe
dientia:et pereat non reditura miſeria. Suauis es dñe:
Uel ſicut plures habent: ſuauis es tu domine: Aliqui
etiā ſuauis es tu: Uel: bonus es tu: Sicut de hoc ver
Al' † boni bo ſuperius tractauimus: Et in tua † ſuauitate doce me
tate. iuſtificationes tuas. Uere vult facere iuſtificationes dei:
quādo eas in eius ſuauitate vult diſcere ab eo cui dixit: Sua
uis es tu domine. Deniq; ſequitur: Multiplicata eſt ſuper
me iniquitas ſuperborum: Eorum ſcilicet quibus non pro
fuit q̄ poſteaq̄ deliquit:humiliata eſt hūana natura. Ego

autem in toto corde † meo ſcrutabor mandata tua. Quā al' † nō hz.
talibet inquit abundet iniquitas:non in me refrigeſcet cha
ritas. Tanq̄ ille hoc dicit:qui in eius ſuauitate iuſtificatio Mat.24.
nes dei diſcit. Quanto magis enī ſuauia ſunt que iubet qui
iuuat:tanto magis ea ſcrutatur amans vt cognita faciat:⁊ fa
ciendo cognoſcat:quia perfectius cognoſcuntur cum fiunt. H
Coagulatum eſt † vt lac cor eorum. Quorum niſi ſuper Al' † ſicut.
borum:quorum ſuper ſe multiplicatam dixit iniquitatē? Ob
duruiſſe autem cor eorum vult intelligi hoc verbo ⁊ hoc loco.
Nam dicitur et in bono:ſicut in pſalmo ſexageſimoſeptimo
dicitur: Mons incaſeatus:mons vber:⁊ intelligit̄ gratia ple
nus. Nam ⁊ illic quidam coagulatus interpretati ſunt. Sed
vide quid ad ſe opponebat duricie cordis illorum. Ego ve
ro inquit legem tuam meditatus ſum. Quam legem?
Utiq; iuſtiſſimam et miſericordiſſimam:vnde illi dicitur: Et
lege tua miſerere mei. Superbis reſiſtit vt obdurentur:hu Jaco.4.
milibus autem dat gratiam:vt diligant obedientiam: et ne
recipiant excellētiam. Meditatione quippe legis huius vo
luntaria ſeruatur mihi humilitas:vt penalis euadat̄ humi
militas: De qua mox dicit. Bonum mihi † quoniā humi Al' † quia
liaſti me:vt diſcam iuſtificationes tuas. Uicinum aliquid I
et ſuperius iā dixerat: Prius q̄ humiliarer ego deliqui:pro
pterea eloquium tuum cuſtodiui. Ipſo quippe fructu oſten
dit q̄ bonum illi fuerit humiliari:Sed illic dixit ⁊ cauſam q̄
humilitatē penalē delinquendo preceſſerit: Qđ vero ibi ait
Propterea eloquium tuum cuſtodiui:hic autem:vt diſcā iu
ſtificationes tuas:ſatis ſignificaſſe mihi videtur hoc eſſe iſta
noſſe quod cuſtodire:hoc eſt cuſtodire qđ noſſe. Neq; enim
chriſtus non nouerat qđ arguebat: ⁊ tamen arguebat pecca 2.Cor.5.
tum:cum dictum de illo ſit q̄ non nouerat peccatum. Noue
rat ergo quadam notitia:⁊ rurſus quadā ignorantia nō no
uerat. Sic ⁊ iuſtificationes dei multi diſcunt ⁊ non diſcunt.
Nouerant enim eas quadam notitia:⁊ rurſus quadā igno
rantia:quoniam non faciunt qđ nouerunt:non nouerunt. Eo
modo hic ergo intelligendus eſt dixiſſe:vt diſcā iuſtificatio
nes tuas:ea notitia qua fiunt. He autem quia non fiunt niſi
per dilectionem:vbi qui facit habet delectationem propter
qđ dictum eſt: In tua ſuauitate doce me iuſtificationes tuas
ſequens verſus oſtendit vbi ait: † Bona mihi lex oris tui: al' † bonū.
ſuper milia auri ⁊ argenti: Ut amplius diligat charitas le Joch.
gem dei:q̄ diligit cupiditas milia auri ⁊ argenti.

Explicit Sermo decimuſſeptimus.

Incipit Sermo decimuſoctauus de verſu pſalmi: Ma
nus tue domine fecerunt me ⁊ † finxerunt me:da mihi intel
lectum vt diſcā mandata tua. Alii † plaſ

Quando deus hominem fecit ex puluere ⁊ animauit fla mauerunt
tu:non ibi cōmemoratum eſt q̄ manibus fecerit. Car Job.10.
itaq; quibuſdam viſum fuerit verbo deum feciſſe cetera:ho K
mines vero velut aliquid precipuum feciſſe manibus ſuis nō Gen.2.
video:niſi forte quia ex puluere formatum legitur hominis
corpus:non potuiſſe fieri niſi manibus arbitrantur:nec attē
dunt quod in euangelio de verbo dei ſcriptum eſt : Omnia Joan.8.
per ipſum facta ſunt:non poſſe conſtare ſi non per verbum
factum eſt etiam corpus humanum. Sed adhibent teſtimo
nium de hoc pſalmo:⁊ dicunt: Ecce vbi apertiſſime clamat ho
mo: Manus tue domine fecerunt me et finxerunt me:quaſi Pš.8.
non etiam aperte dictum ſit: Uidebo celos opera digitorum Pš.101.
tuorum:nec nimis aperte dictum ſit: Et opera manuum tua et.94.
rum ſunt celi:multoq; apertius:⁊ aridam terrā manus eius
finxerunt. Manus ergo dei ſunt poteſtas dei. Aut ſi plura
lis numerus eos mouet quia non dictum eſt:manus tua:ſed 1.Cor.1.
manus tue:accipiant manus dei virtutem ⁊ ſapientiam dei:
quod vtrunq; vnus dictus eſt chriſtus : Qui etiam intelligi Eſaie.53
tur brachium domini vbi legitur: Et brachium domini cui re
uelatum eſt: Aut accipiant manus domini filium ⁊ ſpiritum
ſanctum:quia ⁊ ſpirituſſanctus cooperator eſt patris ⁊ filij:
Unde ait Apoſtolus: Omnia hec operatur vnus atq; idem 1.Cor.12.
ſpiritus. Propterea quippe dixit: vnus atq; idem ſpiritus:
ne tot ſpiritus eius quot opera putarentur: q̄ non ſine pa
tre ⁊ filio ſpiritus operetur. Liberum eſt igitur quomodo in
telligantur manus dei:dum tamē nec ea que fecit manibus
verbo facere negetur:nec ea que fecit verbo: manibus face
re non putetur: Nec propter manus forma corporis:aut alia
manus ſi

manus ſiniſtra:alia dextra: nec propter verbum ſonus oris
aut motus animi tranſitorius operanti deo ineſſe credatur.
B Nec defuerunt qui duo iſta verba:fecerunt me:et finxerunt
me ſic diſtinguerent:vt animam deum feciſſe:corpus autem
Eſa.57. finxiſſe dicerent quia de anima dixit deus:Omnem flatum
Gen.2. ego feci:de corpore autem legitur:Et finxit deus hominem
de puluere terre:tanq̄ fiat quidem omne quod fingitur:nō
tamen fingatur omne quod fit:Et ideo animam factam po
tius dicunt eſſe q̄ fictam:quia non eſt corpꝰ ſed ſpiritꝰ:quaſi
non ſcriptum ſit:Qui finxit ſpiritum hominis in ipſo.Verū
tamen quando vtrumq̄ hoc verbum de homine in loco vno
ponitur:ꝛ vtrūq̄ hominis:ideſt ꝛ anima ꝛ corpus diuinitus
conditum non negatur:non ineleganter diſtribuūtur ſingu
lis ſingula:vt anima facta:corpus autem fictum intelligatur:
ſiue formatum:ſiue plaſmatum. Nam quidā interpretes no
luerunt dicere:finxerunt me:ſed plaſmauerunt me: magis
diligentes minus latine declinare de greco: q̄ dicere finxe
runt:qđ aliquando etiā de ſimulatione dici ſolet. Sed vtrū
Ibidem. hoc ſm adam dictum eſt:ex quo cū ſint omnes homines pro
pagati:quis hominum quando ille factus eſt:etiam ſe factū
non poteſt dicere originis ſeminiſq̄ ratione? An etiam ſcđm
hoc recte dici potuit:Manus tue fecerunt me et plaſmaue
runt me:ꝙ vnuſquiſq̄ non ſine opere dei etiam de parenti
bus fit ipſo creante:illis generantibus? Quoniam ſi ope
ratoria dei potentia rebus ſubtrahatur intereunt: nec aliquid
C omnino ſiue de mundi elemētis:ſiue de genitoribus:ſiue de
Hiere.1. ſeminibus naſcitur ſi ea non operetur deus. Propter qđ ait
propheta Hieremie: Prius q̄ te formarem in vtero noui te.
Sed nūquid ſine intellectu hominem fecit deꝰ:ſiue primū: ſiue
vnumquemq̄ naſcentium:vt nunc dicat ei:Manus tue fece
runt me:ꝛ plaſmauerunt me:da mihi intellectum? Nonne ip
ſi nature humane intellectus eſt inditus:vt eo diſcernatur a
pecore? Aut ſic eſt deformata peccando:vt etiā hoc in ea re
formandum ſit? Propter qđ ꝛ Apoſtolus omnibus ad rege
nerationem pertinentibus dicit: Renouamini ſpiritu men
tis veſtre:Et vtiq̄ intellectus in mente eſt. Hinc rurſus ait:
Renouamini in nouitate mentis veſtre. De his aūt qui hu
Ephe.4. ius regenerationis conſortes non erunt:hoc inquit dico ꝛ te
Ibidem. ſtificor in domino:vt non iam ambuletis ſicut ꝛ gentes am
bulant in vanitate mentis ſue:obſcurati intelligentia:aliena
ti a via dei per ignorantiam: que eſt in illis propter cecitatē
cordis eorum. Propter hoc igitur interiores oculos quorum
cecitas eſt deum non intelligere vt aperiantur:ꝛ magis ma
Act.17. giſq̄ ſerenentur:fide mundentur corda: Da mihi inquit in
tellectum vt diſcam mandata tua. Quāuis enim niſi aliquid
D intelligat nemo poſſit credere in deum:tamen ipſa fide qua
3.ſent.diſ. credit ſanatur:vt intelligat ampliora. Alia ſunt enim que ni
24. poſt ꝑ ſi intelligantur non credimus:ꝛ alia ſunt que niſi credamus
in medio. non intelligimus. Nam cum fides ſit ex auditu:auditus aūt
Ro.10. per verbum dei: quomodo credit predicanti fidē qui vt alia
taceam linguam ipſam quam loquitur non intelligit? Sed
niſi eſſent rurſus aliqua que intelligere nō poſſumus:niſi an
Eſaie.7. te credamus:propheta non diceret: Niſi credideritis nō in
telligetis. Proficit ergo noſter intellectꝰ ad intelligenda que
credat:ꝛ fides proficit ad credenda que intelligat: ꝛ eadem
ipſa vt magis magiſq̄ intelligātur in ipſo intellectu proficit
mens. Sed hoc non fit proprijs tanq̄ naturalibus viribus:
ſed deo adiuuante atq̄ donante: Sicut medicina fit non na
tura:vt vitiatus oculus vim cernendi recipiat. Qui ergo di
cit deo:Da mihi intellectū vt diſcā mādata tua:nō omnimō
expers eſt eſt velut pecus:nec ita q̄uis homo vt in eorū nume
Ephe.4. ro deputandus ſit:qui ambulant in vanitate mentis ſue:ob
ſcurati intelligentia alienati a via dei. Nā ſi talis eſſet nec
hoc diceret. Non autē paruus eſt intellectus noſſe a quo po
ſcendus eſt intellectus. Et cogitandū eſt quanto ſint altius
intelligenda diuina mandata:quādo ad ea diſcenda ſibi ad
huc dari intellectum petit qui iā ſic intelligit: ꝛ qui eloquia
E dei ſe cuſtodiſſe ante iam dixit. Qđ autem interpretati ſunt
noſtri:da mihi intellectū:breuiꝰ dixit grecus συνέτισόν με:
quia vno verbo complexus eſt:da mihi intellectum:quod eſt
συνέτισόν με:qđ latine vno verbo dici non poteſt:tanq̄ ſi non
poſſet latine dici:ſana me:ꝛ diceretur:da mihi ſanitatem: ſi
cut hic dictum eſt:da mihi intellectum:aut ſanum me fac:ſi
cut etiam hic dici poteſt:intelligētem me fac:qđ quidem po Daniel.8.
tuit ꝛ angelus facere. Nam dixit danieli:Veni intellectū da
re tibi:Et hoc verbum eſt in greco:qđ etiā hic eſt συνετίσαι:
tanq̄ ſi diceret latinus ſanitatem dare tibi:qđ grecus dixiſ
ſet ſanare te. Non enim circunloqueretur latinus interpres
dicendo intellectum dare tibi: ſed quemadmodū dici poteſt
a ſanitate ſanare te:ita dici poſſit ab intellectu intellectua
re te. Sed ſi poteſt hoc ꝛ angelus facere:quid eſt q̄ iſte hoc
a deo ſibi poſcit vt faciat? An quia deus angelo iuſſerat vt fa
ceret? Ita vere: Nam chriſtus intelligitur hoc iuſſiſſe ange
lo vt faceret eo loco:vbi ait propheta:Et factum eſt cum vi Ibidem.
derem ego daniel viſum:ꝛ querebam intellectum:ꝛ ecce ſte
tit in conſpectu meo vt viſus viri:et audiui vocem viri inter
Vbal ꝛ vocauit ꝛ dixit viat:Fac intelligere illum viſionē:Et
ibi in greco verbum hoc eſt qđ ꝛ hic:ideſt συνέτισον. Deus F
itaq̄ per ſeipſum:quia lux eſt que illuminat pias mentes:vt Joan.1.
ea que diuina dicuntur:vel oſtenduntur intelligant. Sed ſi
ad hoc miniſtro vtitur angelo:poteſt quidem aliquid agere
angelus in mentem hominis:vt capiat lucem dei:ꝛ per hanc
intelligat:Sed ita dicitur intellectum dare homini et quaſi
(vt ita dicam) intellectuare hominem quēadmodum quiſq̄
dicitur lucem dare domui:vel illuminare domū cui feneſtrā
facit:cum eam non ſua luce penetret ꝛ illuſtret:ſed tantum
modo aditum quo penetretur atq̄ illuſtretur aperiat: Sed
nec ſol qui per feneſtrā illuſtrat domum:ipſe creauit eandē
domum:aut hominem qui feneſtram fecit in domo:aut ipſe
illi iuſſit vt faceret:aut adiuuit ipſe facientē:aut aliquid egit
vt aperiretur qua ſuum lumen infunderet. Deus autē ꝛ ho
minis mentē rationabilem atq̄ intellectualem fecit:que poſ
ſet capere lumen eius:ꝛ angelū talem fecit qui operari poſ
ſet aliquid vnde ad capiendum lumen dei mens adiuuaretur
humana:ꝛ eandem ſic adiuuat mentem vt angelicā recipiat
operationem:ꝛ eam ſic illuminat de ſeipſo:vt non ſolum illa
que a veritate monſtrantur:ſed ipſam quoq̄ perficiendo per
ſpiciat veritatem. Sed quoniā res quidem neceſſarias quā
tum exiſtimo tam prolixa diſputatione tractauimus: dilatis
ſequentibus pſalmi huius verſibus:ſermonem iſtum iſto fi
ne claudamus.

¶ Explicit Sermo decimuſoctauus.

¶ Incipit Sermo decimuſnonus de verſu pſalmi: Qui ti
ment te videbūt me ꝛ iocundabuntur:vſq̄ ad Fiat cor meū
immaculatum in tuis iuſtificationibus vt non confundar. A

DOminus noſter ieſus in hoc pſalmo per prophetā ſi
bi petiuit intellectū dari a deo:ꝛ corpori ſuo qđ ē eccle
ſia ad dei mādata diſcēda. Cū ipſo vita eſt corporis eius:hoc
eſt populi eius abſcondita eſt in deo:ꝛ ipſe in eodem corpo
re ſuo indigentiam patitur:ꝛ poſcit qđ membris ſuis eſt ne
ceſſariū. Manus tue inquit fecerunt me ꝛ plaſmauerūt me:
da mihi intellectum vt diſcam mandata tua. Quia tu inquit
formaſti me:tu reforma: vt fiat in corpore chriſti qđ ait Apo
ſtolus: Reformamini in nouitate mentis veſtre. Qui timēt Ephe.4.
te inquit videbunt me ꝛ iocundabuntur: Vel ſicut ha B
bent alij codices: letabuntur:q2 in verba tua † ſperaui: al'† ſuper
Ideſt in ea que promiſiſti:vt ſint promiſſionis filij ſemen abrae ſperaui.
in quo benedicuntur omnes gentes. Qui ſunt autem qui ti Gen.12.
ment deum:ꝛ quem videbunt letabuntur:quoniam in verba et.26.
dei ſperauit? Si corpus chriſti eſt:ideſt eccleſia cuius eſt vox
iſta per chriſtum vel in ipſa ꝛ de ſeipſa tanq̄ de ſeipſo iſta vox
chriſti eſt. nunquid nō ipſi ſunt in eis qui timent deū? Quis
eſt ergo ille quem vident ꝛ iocundabuntur? An populus ipſe
ſe videt ꝛ iocundatur? Et ſic dictum eſt:Qui timent te vide
bunt me ꝛ letabuntur:quia in verba tua ſperaui:vel ſicut alij
diligentius expreſſerunt:ſuperſperaui:tanq̄ diceret:Qui ti
ment te videbunt me eccleſiam tuam:ꝛ iocundabuntur:q2 in
verba tua ſuperſperauit:cum ipſi ſint eccleſia qui vident ec
cleſiam ꝛ iocundantur? Sed cur non dixit:qui timent te vi
dent me ꝛ iocundantur:ſed timent te verbum preſentis tem
poris poſuit:videbunt autem ꝛ iocundabuntur futuri tēpo
ris verba ſunt? An quia in preſenti tempore timor eſt:q̄diu
temptatio eſt vita humana ſuper terram? Iocunditas autem Job.7.
quam voluit hic intelligi:tunc erit:quando iuſti fulgebunt in Mat.13.
regno patris ſui ſicut ſol. Hinc enim etiam illud in alio pſal
mo legitur:Quā multa multitudo dulcedinis tue dn̄e:quam Pſ.30.

Iohan. abſcondiſti timentibus te: Hunc ergo q̄diu timent nondum
vident: ſed videbunt ⁊ iocundabuntur: q: ⁊ illic ſequit̃: Per-
feciſti autem ſperantibus in te: ⁊ hic quia in verba tua ſpera-
ui: vel ſuperſperaui: vt in verbo ita cōpoſito: ⁊ curu interpre-
Ephe.3. tis diligentioris expreſſo: etiam illud intelligamus qd̄ dicit̃:
potens eſt deus facere ſupra q̄ petim⁹ et intelligimus: vt q:
ſupra q̄ petim⁹ ⁊ intelligim⁹ ſunt: par ſit ea ſperare: ſed debea-
mus ſuperſperare. Q: ergo adhuc timet eccleſia q̄ in hac vita
eſt: ⁊ nondū ſenſit in eo regno vbi erit eius ſecura iocundi-
tas: ſed inter periculoſas temptationes in hoc mundo labo-
1.Cor.10. rat vbi audit: Qui ſe putat ſtare: videat ne cadat: cōſiderās
Eccli.40. huius mortalitatis miſeriam in qua iugū graue ſuper filios
adam a die exitus de ventre matris eorū: ſic in omnibus per-
Gal.5. tenditur vſq; in diem ſepulture in matrem omnium: vt pro-
pter carnem concupiſcentem aduerſus ſpiritum etiam rege-
nerati gemere ſub eius grauitate cogantur: Hec ergo cōſide-
rans: Cognoui inquit domine quia † iuſtitia iudicia
al'† equitas. tua: ⁊ in veritate tua humiliaſti me. Fiat miſericordia tua vt
C conſoletur me ſm eloquium tuū ſeruo tuo. Miſericordia
et veritas ita diuino eloquio cōmendant̃: vt cū in multis in-
ueniantur locis: maxime in pſalmis' quodā etiam loco lega-
Ps.24. tur: Vniuerſe vie domini miſericordia ⁊ veritas. Et hic qui-
dem primo veritatem poſuit: q: humiliati ſumus in morte:
iudicante illo cuius iudicia iuſtitia eſt: deinde miſericordiam
qua inſtauramur ad vitam: promittente illo cuius beneficiū
gratia eſt. Ideo ait: Scd̄m eloquiū tuū ſeruo tuo: id eſt ſm
qd̄ pmiſiſti ſeruo tuo. Siue ergo regeneratio qua hic in dei
1.Cor.13. filios adoptamur: ſiue fides: ⁊ ſpes: ⁊ charitas: que tria edi-
ficantur in nobis: q̄uis de miſericordia dei veniant: tamē in
hac erūnoſa et procelloſa vita ſolatia ſunt miſeroꝝ: non gau-
dia beatorum: Ideo dictum eſt: Fiat miſericordia tua vt cō-
ſoletur me. Sed quia poſt hec et per hec etiam illa ventura
D ſunt: ⁊ ideo ſequitur: Veniant mihi miſerationes tue ⁊ vi-
uam. Tunc enim vere viuam: quando nihil potero timere
ne moriar. Ipſa enī ⁊ ſine vllo additamento dicit̃ vita: nec in-
telligitur niſi eterna vita: ⁊ beata: tanq̄ ſola dicenda ſit vita
in cuius comparatione iſta quā ducimus mors potius ſit ap-
pellanda q̄ vita: Quale illud eſt in euangelio: Si vis venire
Mat.19. ad vitam: ſerua mandata. Nunquid addidit eternam vel bea-
Ioan.5. tam? Item de reſurrectione carnis cum loqueretur: Qui be-
ne fecerunt inquit: in reſurrectionē vite. Neq; hic ait: eterne
ſeu beate. Sic ⁊ hic: Veniant inquit miſerationes tue ⁊ vi-
uaꝫ. Neq; hic ait. In eternū viuā: vel beate viuā: quaſi aliud
non ſit viuere q̄ ſine vllo fine: ⁊ ſine vlla miſeria viuere. Sed
hoc quo merito? Q: lex inq̄t tua meditatio mea eſt.
Gal.5. Hec meditatio niſi eſſet in fide que per dilectionem operat̃:
nunq̄ propter eam poſſet ad illā vitam quiſpiam peruenire.
Hoc dicendum putauit: ne quiſq; cū totam legem memorie
mandauerit eamq; creberrima recordatione cantauerit: nō
faciens qd̄ precepit: nec tamen viuens vt precepit: arbitretur
ſe feciſſe qd̄ legit: q: lex tua meditatio mea eſt: ⁊ hinc ſe ade-
pturum exiſtimet: qd̄ verbis ſuperioribus propter hoc meri-
tum poſtulauit: vbi dictū eſt: Veniāt ſuper me miſerationes
Mat.24. tue ⁊ viuam. Hec meditatio amantis eſt cogitatio: ⁊ tantum
amantis vt charitas non frigeſcat huius meditationis ſue
Mat.24. quantalibet abundantia conſtipetur iniquitatis aliene. De-
Al'† quia. niq; ſequitur ⁊ dicit: Confundantur ſuperbi † quoniaꝫ in-
E iuſte iniquitatem fecerunt in me: ego autē exercebor in mā-
datis tuis. Ecce qd̄ ait: meditatio legis dei: vel potius: me-
Als † mihi ditatio lex dei. Conuertantur inquit † ad me qui ti-
timentes. ment te: ⁊ q̄ † cognoſcunt teſtimonia tua. In nonnullis co-
† nouerūt dicibus inuenimus ⁊ grecis ⁊ latinis: Conuertant̃ mihi:
Qd̄ tantūdem valere exiſtimo: quantū ſi dicat̃ ad me. Sed
quis eſt iſte qui hoc dicit? Non enim quiſq̄ hominum hoc di-
cere audebit: aut ſi dicat audiendus eſt. Nimirū ergo ille eſt
qui etiam ſuperius interpoſuit proprietatē vocis ſue dicēs:
Particeps ego ſum omniuꝫ timentiū te: quia factus eſt par-
ticeps mortalitatis noſtre: vt et nos participes diuinitatis ip-
ſius fieremus. Nos vnius participes ad vitam: ad mortē ve-
ro particeps ille multorum. Ipſe eſt enim ad quem conuer-
tuntur timentes deum: ⁊ qui cognoſcunt dei teſtimonia: de
F illo per prophetas tanto ante predicta: in eius preſentia per
miracula paulo ante monſtrata. Fiat inquit cor meū
immaculatum in tuis iuſtificationibus: vt non confundar.
Redit ad vocem corporis ſui ſancti ſcꝫ populi ſui: ⁊ immacu-
latum fieri cor ſuum precatur: hoc eſt cor membrorū ſuorum
in iuſtificationibus dei: non in viribus eorum. Popoſcit enī
hoc: non preſumpſit. Qd̄ autem addidit: vt non confundar:
tale aliquid ⁊ in primis huius pſalmi verſibus inuenitur: vbi
dixit: Vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtifica-
tiones tuas: Tunc non confundar dū inſpicio in omnia man-
data tua. Quod ibi quia dixit vtinam: vno verbo ſignificauit
optantis: hoc iſto loco apertioribus verbis expreſſit orantis
dicendo: fiat cor meū immaculatum: vt nec in illa nec in iſta
ſententia q̄ vtraq; vna eſt: inueniat̃ audacia de libero arbitrio
cōtra gratiam confitentis. Quod autē ait ibi: Tunc non con-
fundar: hoc ait hic: vt non confundar. Fiat ergo cor meū im-
maculatum membrorum ⁊ corporis chriſti: gratia dei per ip-
ſum corporis caput: hoc eſt per ieſum chriſtum dominum no-
ſtrum: per regenerationis lauacrum: vbi abolita ſunt omnia
preterita peccata noſtra per ſpiritus adiutorium: per qd̄ cō- Gal.5.
cupiſcimus aduerſus carnem: ne vincamur in pugna noſtra:
per dominice orationis affectū: in qua dicimus: Dimitte no- Mat.6.
bis debita noſtra: Ita donata nobis regeneratione: adiuti
confeſſione: fuſa precatione: fiat cor noſtrum immaculatū vt
non confundamur: quia ⁊ hoc ad iuſtificationes dei pertinet
quando inter eius alia precepta precipitur: Dimittite et di- Luce.6.
mittetur vobis: date ⁊ dabitur vobis.

¶ Explicit Sermo decimusnonus.

¶ Incipit Sermo viceſimus de verſu pſalmi: Defecit in ſa- B
lutare tuum anima mea: vſq; ad Scd̄m miſericordiam tuaꝫ Caph.
viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oris tui.

Adiuuante domino iſtam magni huius pſalmi partem
conſiderandam exponendamq; ſuſcepimus: vbi dicit:
Defecit † in ſalutare tuum anima mea: ⁊ in verbum tuum Al' † in ſa-
† ſperaui. Non omnis defectus vel culpe putādus eſt eſſe lutari tuo.
vel pene. Eſt etiam defectus laudabilis vel optabilis. Nam † ſuperſperaui
cum ſint inter ſe duo iſta cōtraria: proficere ⁊ deficere: vſita-
tius profectus in bono accipitur: defectus in malo: quando
non additur vel ſubintelligitur in quid proficiatur vel defi-
ciatur. Cum vero additur: poteſt ⁊ malum eſſe proficere: bo-
nūq; deficere. Aperte quippe dixit Apoſtolus: Prophanas 1.Thi.6.
autem verborum nouitates euita: multum enim proficiūt ad 2.Thi.5.
impietatem. Ait ⁊ de quibuſdam: Proficient in peius. Ita ⁊
defectus a bono in malū malus eſt: a malo in bonum bonus
eſt. Bono quippe defectu dictū eſt: Deſiderat ⁊ deficit ani- Ps.83.
ma mea in atria domini. Sic ⁊ hic non ait: defecit a ſalutari
tuo: ſed defecit in ſalutare tuum: hoc eſt ad ſalutare tuū ani-
ma mea. Bonus eſt ergo iſte defectus. Indicat enim deſide-
rium boni: nondum quidem adepti: ſed auidiſſime ac vehe- B
mentiſſime concupiti. Sed quis hoc dicit: niſi genus electū: 1.Pet.2.
regale ſacerdotium: gens ſancta: populus acquiſitionis? Ab
origine generis humani vſq; ad huius ſeculi finem: in eis qui
ſuo quiq; tempore hic vixerunt: viuūt: victuri ſunt: deſiderāt
chriſtum: teſte ſanctiſſimo ſene ſymeone: Qui cū eum infan-
tem accepiſſet in manus: dixit: Nunc dimittis domine ſeruū Luce.2.
tuum ſecundum verbum tuum in pace: quoniā viderunt ocu-
li mei ſalutare tuum. Acceperat enim reſponſum diuinū: nō
ſe guſtaturum mortem: donec videret chriſtum domini. Qua-
le autem deſiderium fuit in iſto ſene: tale fuiſſe credendū eſt
in omnibus ſuperiorum temporum ſanctis. Unde et ipſe do- Mat.13.
minus diſcipulis ait: Multi prophete ⁊ reges voluerunt vi-
dere que vos videtis: ⁊ non viderunt: ⁊ audire que auditis:
et non audierunt: vt ex ipſorum etiam voce hoc loco agnoſci
tur: Defecit in ſalutare tuum anima mea. Nec tūc ergo quie-
uit hoc deſiderium ſanctorum: nec nunc quieſcit in chriſti cor-
pore qd̄ eſt eccleſia vſq; ad terminuꝫ ſeculi: donec veniat de- Aggei.2.
ſideratus cunctis gentibus: ſicut promittitur per prophetā: 2.Thi.4.
Propter qd̄ dicit Apoſtolus: Supereſt mihi corona iuſtitie:
quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex: non ſolū
autem mihi: ſed ⁊ omnibus qui diligūt manifeſtationē eius.
Hoc itaq; deſiderium de quo nunc agimus: de dilectione cō-
ſurgit manifeſtationis eius: De qua item dicit: Cum chriſtus Col.3.
apparuerit

apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos cū illo apparebitis in glo-
ria. Prima enim tēpora eccleſie ante virginis partū ſanctos
habuerūt qui deſiderarent incarnationis eius aduentū. Iſta
vero tēpora ex quo aſcendit in celū ſanctos habent qui deſi-
derent eius manifeſtationē ad viuos ⁊ mortuos iudicādos.
Neq; hoc eccleſie deſiderium ab initio vſq; in finē ſeculi re-
quieuit aliquantum: niſi q̄diu hic cum diſcipulis in carne cō-
uerſatus eſt: vt totius corporis chriſti in hac vita gemētis vox
cōuenientēr intelligatur: Defecit in ſalutare tuū anima mea:
⁊ in verbū tuum ſperaui: hoc eſt in p̄miſſum: quod ſpes facit:
Ro.8. vt per patiētiam expectetur qḋ a credentibus non videtur.
Etiā hic grecus illud verbum habet: qḋ quidam noſtri inter-
pretes ſuperſperaui trāſferre maluerunt: quia proculdubio
E plus futurū eſt q̄ dici poteſt. Defecerunt inquit oculi
mei in eloquiū tuū: dicētes: quando cōſolaberis me? Ecce
rurſus in oculis: ſed vtiq; interioribus laudabilis ⁊ felix ille
defectus: non veniens ex infirmitate animi: ſed ex fortitudi-
ne deſiderij in promiſſum dei. Hoc enim ait in eloquiū tuū.
Quomodo autē tales oculi dicunt: quando conſolaberis me:
niſi cū tali intentione ⁊ expectatione oratur ⁊ gemitur? Lingua
enim loqui nō oculi ſolēt: ſed oculorum quodāmodo vox eſt de-
ſideriū orationis. Verū in eo qḋ ait: quādo conſolaberis me:
Ps̄.6. tanq̄ moras ſe perpeti oſtendit. Unde eſt etiam illud: Et tu
dn̄e vſq; quo? Qḋ aut ideo fit vt dulcior veniat dilata iocun-
ditas: aut iſte ſenſus eſt deſiderantiū: cum ſpaciū temporis
Sap.11. etiam qḋ ſubuenienti breue eſt: longū eſt amanti. Nouit autē
dn̄s quid quando faciat: qui in menſura ⁊ numero ⁊ ponde-
re cuncta diſponit. Ardentibus autē ſpiritualibus deſiderijs:
carnalia deſideria ſine dubitatione frigeſcunt: Propter hoc
Al† Quia ſequitur Quomā factus ſum † tanq̄ vter in pruina: iuſti-
† ſicut. ficationes tuas non ſum oblitus. Nimirū enim per vtrem
D carnem mortis huius: per pruinā vero celeſte beneficiū vult
intelligi: quo carnis concupiſcentie velut frigore cohibente
torpeſcunt: Et fit hinc vt iuſtificationes dei de memoria nō
labantur: dum non cogitatur aliunde: quomō fit qḋ ait Apo-
Ro.13. ſtolus: Carnis prouidentiam ne feceritis in concupiſcentijs.
Ideo cum dixiſſet: quoniā factus ſum tanq̄ vter in pruina:
ſubiecit: Iuſtificationes tuas non ſum oblitus: hoc eſt ideo
non ſum oblitus: quia talis factus ſum. Feruor enim cupidi-
E tatis obtorpuit: vt ferueret memoria charitatis. Quot ſunt
Apocal.6. dies ſerui tui: quando facies de perſequentibus me iudiciū?
In Apocalypſi ē iſta vox martyrū: ⁊ eis imperatur patiētia
donec fratrū eorum numerus impleatur. De diebus ergo ſuis
interrogat corpus chriſti q̄ futuri ſunt in hoc ſeculo ⁊ ne quiſ-
q̄ putaret ante hic eccleſiam non futurā q̄ finis ſeculi vene-
rit: ⁊ aliquid temporis futurū in hoc ſeculo quo eccleſia iam
non ſit in terris: propterea cū queſiſſet de diebus ſuis: adiū-
xit etiam de iudicio: profecto demonſtrans vſq; ad iudicium
in quo de perſecutoribus eius eſt futura vindicta: ipſam quo-
q; in terris futurā. Si autem quēq̄ monet cur querat: qḋ cū
diſcipuli quererent: magiſter reſpondit: Non eſt veſtrū ſcire
Act.1. tēpora que pater poſuit in ſua poteſtate: cur non credamus
in iſto loco pſalmi huius eſſe prophetatū hoc ipſum illos fuiſ-
ſe queſituros: ⁊ eccleſie vocē que hic tanto ante predicta eſt
illorum interrogatione completā? Qḋ autē ſequitur: Narraue-
F runt mihi iniqui † delectatiōes: ſed nō † ita vt lex tua † do-
Al† fabu- mine: Eas ſic transferre voluerūt interpretes noſtri quas
lationes. greci ἀδολεσχίας vocant: qḋ vſq; adeo vno verbo nequaq̄
† nō habz. dici latine poteſt: vt aliq̄ delectationes: aliqui fabulationes
† nō habz. eas dicerent: vt nō immerito accipiatur eſſe quidē illas exerci-
tationes: ſed in ſermone cum quadā delectatione. Has vero
habent in diuerſis ſectis ac profeſſionibus ⁊ litere ſeculares
et iudeorum que deuteroſis nuncupatur: continēs preter diui-
narum canonem ſcripturarū milia fabularum: habet eas ⁊ he-
reticorum vana atq; errabunda loquacitas. Hos omnes in-
quos intelligi voluit: a quibus ſibi narratas dicit ἀδολεσχίας
idest exercitationes delectabiles verbis. Sed non inquit vt
lex tua domine: quia me in ea veritas nō verba delectant. De-
niq; adiungit. Omnia mandata tua veritas: † iniuſti per-
al† iniqui ſecuti ſunt me adiuua me. Et pendet totus de ſuperiori-
bus ſenſus: Quot ſunt dies ſerui tui: quando facies de per-
ſequentibus me iudicium. Ut enim perſequantur me narra-
uerunt mihi ſermonum ſuorum delectationes: ſed eis prepoſui
legē tuā: Que idō plus me delectauit: quia oīa mādata tua veri-
tas: Non ſicut in illorum abundet ſermonibus vanitas: Ac per
hoc iniuſte perſecuti ſunt me quia nō in me pſecuti ſunt niſi ve-
ritatē. Ergo adiuua me vt certē p̄ veritate vſq; ad mortē: quia ⁊
hoc tuū mandatū eſt: ⁊ ideo ⁊ hoc veritas eſt. Qḋ cum face-
ret eccleſia: paſſa eſt qḋ adiunxit: Paulominus cōſūmaue- B
runt me in terra: Multa ſcz ſtrage martyrum facta: dum
confitentur ⁊ predicant veritatem. Sed quia non fruſtra dictū
eſt: adiuua me: Ego autem inquit non † reliqui māda- al† dereli-
ta tua. Atq; vt poſſet perſeuerare vſq; in finem: Scḋm qui.
miſericordiam viuifica me: ⁊ cuſtodiā teſtimonia oris tui:
Que grecus habet martyria. Qḋ tacendū non fuit propter
dulciſſimum martyrum nomen: qui proculdubio quando tan-
ta perſequentiū crudelitas ſeuiebat vt eccleſia paulominus
conſummaretur in terra: nullo modo dei martyria cuſtodirent
niſi fieret eis qḋ hic oratum eſt: Sm̄ miſericordiā tuam viuifi-
ca me. Uiuificati ſunt enim ne amando vitam: negarent vitā
et negando vitam: amitterent vitam: Ac ſic qui pro vita veri-
tatem deſerere noluerunt: moriendo pro veritate vixerunt.

¶ Explicit Sermo viceſimus.

¶ Incipit Sermo viceſimusprimus de verſu pſalmi: In eter-
num domine permanet verbum tuum in celo: vſq; ad: Lacū
mandatum tuum valde.

HOmo qui loquitur in iſto pſalmo tanq̄ tederet eū mu- A
tabilitatis hominum: vnde vita iſta temptationibus ple-
na eſt: inter tribulationes ſuas propter quas ſupra dixerat:
Iniqui perſecuti ſunt me: et paulominus conſummauerunt Lameth.
me in terra: inflāmatus deſiderio celeſtis hieruſalem in ſu-
perna ſuſpexit ⁊ dixit: In eternū dn̄e permanet verbum
tuū in celo: Hoc eſt in angelis tuis cuſtodientibus eternā ſine
deſertione militiā. Sequens autē verſus poſt celū: pertinet
conſequenter ad terram. Unus enim verſus eſt eorum octo: iſta eo. pſ̄
qui ad iſtā literā pertinent. Singulis quippe literis hebreis ſer.32.D.
ſubdūtur octoni: donec pſalmi huius prolixitas terminetur. al† gene-
In generatione ⁊ † generatione veritas tua: fundaſti ter- rationem.
ram ⁊ permanet. Poſt celum enim terram contuitu fidelis B
mentis aſpiciens: inuenit in ea generationes que in celo nō
ſunt: ⁊ ait: In generatiōe ⁊ generatione veritas tua: ſiue om-
nes generationes iſta repetitione ſignificās a quibus nunq̄
defuit veritas dei in ſanctis eius: modo paucioribus: modo
pluribus: vt ſeſe temporū varietas habuit vel habebit: ſiue
duas quaſdam generationes intelligi volens vnam ſcz ad le-
gem et prophetas alteram vero ad euangelium pertinen-
tem. Cur autem nunq̄ etiam iſtis generationibus veritas
deſit: velut aperiens cauſam: Fundaſti inquit terram et 1.Cor.3.
permanet: eos qui in terra ſunt terram nuncupans. Funda-
mentum autem aliud nemo poteſt ponere preter id qḋ poſi-
tum eſt: qḋ eſt chriſtus ieſus. Neq; enī ⁊ illius generationis
ad legē prophetaſq; pertinentis fundamentū non erat chri- Ro.3.
ſtus: teſtimonium habens a lege ⁊ prophetis. Aut vero moy- Gal.4.
ſes ⁊ prophete filij deputandi ſunt in ſeruitutem generantis
ancille fuiſſe: non libere que eſt mater noſtra: cui mater ſion Ps̄.86.
dicet homo: ⁊ homo factus eſt in ea: ⁊ ipſe fundauit eā altiſſi-
mus? Ipſe eſt enī ⁊ apud patrem altiſſimus: ⁊ propter nos in
iſta matre factus humillimus: quia qui deus erat ſuper eam
homo factus eſt in ea. Hoc itaq; fundamēto dn̄e fundaſti ter-
ram ⁊ permanet: quia in tali fundamento conſtabilita: nō incli-
nabitur in ſeculū ſeculi: in eis vtiq; permanens quibus eo vi- Ps̄.103.
tam daturus eternā. Quos autē ancilla peperit ad vetus teſta-
mentū pertinentes: in cuius tamē figuris latebat nouū: nihil
aliud ſapiendo: q̄ promiſſa terrena non permanēt. Seruus Ioan.8.
enim non manet in domo in eternū: filius autē manet in eter- C
num. Ordinatione tua perſeuerat dies: Iſta quippe et
omnis dies: Et iſte eſt dies quē fecit dn̄s: exultemus ⁊ iocū- Ps̄.117.
demur in eo: ⁊ ſicut in die honeſte ambulemus. Quoniam
omnia ſeruiunt tibi. Omnia ſcz de quibus loquebatur: omnia
que pertinent ad hunc diē: ſeruiūt tibi. Impij quippe de qui-
bus dicitur: Nocte ſimilaui matrē veſtrā: nō ſeruiūt tibi. Dein- Oſee.4.
de reſpexit vnde liberaretur hec terra: vt fundata permaneat Al† forte.
atq; ſubiecit: Niſi q̄ lex tua meditatio mea eſt: tunc † for- Gal.5.
ſitan periſſem in humilitate mea. Iſta lex fidei eſt: nō ma-
nis fidei: ſed que per dilectionem operatur. Per hanc impe-
tratur gratia que fortes facit in tribulatiōe tēporali: ne pere-

ant in humilitate mortali. ⌊ In eternū nō obliuiſcar iuſtifi-
Alr† qm. cationes tuas: q2 in ipſis viuificaſti me. ⌋ Ecce vnde factum
eſt vt non periret in humilitate ſua. Nā deo noſtro nō viuifi-
cante: quid eſt homo qui ſe occidere potuit: viuificare autē
D non poteſt? Subiecit deinde ac dicit: ⌊ Tuus ſum ego ſaluū
Alr† qm. me fac: † q2 iuſtificationes tuas exquiſiui. ⌋ Non tranſeun-
ter intelligendū eſt: qđ dictum eſt: Tuus ſum ego. Quid eni
non eſt eius? An forte q2 in celis eſſe dicitur deus: ideo putā-
dum eſt aliquid nō eſſe eius in terra: cum clamet alius pſal-
Pš.23. mus: Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius: orbis terrarū: ⁊ omnes
qui habitāt in ea? Quid eſt ergo ꝙ iſte ita ſe quodāmodo fa-
miliarius deo cōmendandum putauit vt diceret: Tuus ſum
ego ſaluum me fac: niſi intelligi volens ꝙ malo ſuo ſuus eſſe
voluerit: qđ eſt inobedientie primū ⁊ maximū malū? Et tanꝙ
dicens meus eſſe volui: ⁊ perditū me feci. Tuus ſum inquit
ſaluū me fac: q2 iuſtificationes tuas exquiſiui: nō volūtates
meas quibus fui meus: ſed iuſtificationes tuas: vt eſſem iam
E tuus. ⌊ Me ⌋ inquit ⌊ expectauerunt peccatores vt perde-
al'†nō hʒ. rent me: teſtimonia † aūt tua intellexi. ⌋ Quid eſt: expecta-
uerunt vt perderent? An vero velut inſidijs obſederūt viā:
expectantes vt quando tranſiret occiderent? Nunquid ergo
morte corporis perire metuebat? Abſit. Et quid eſt me expe-
ctauerūt: niſi vt eis ad malū conſentiret? Tūc eni perderēt.
Unde eni nō periret dixit: teſtimonia tua intellexi. Sed fa-
miliarius hic ecclēſie auribus grecū verbū ſonat: martyria
tua intellexi: q2 ſcz me ſibi nō cōſentientē: etiā ſi occiderent:
tua martyria confitēs nō perirē. Sed illi qui vt perderēt ex-
pectabant q̄ conſentirē: torquebāt cū etiā cōfiterer: Nec tñ
qđ intellexerat relinquebat: intuens ⁊ videns vtiꝗ ſine fine
F finem: ⁊ ſi perſeueraret vſꝗ in finē. Deniꝗ ſecutus adiūxit.
al' †nimis. ⌊ Omnis cōſummationis vidi finē: latū mandatū tuū † val-
de. ⌋ Intrauerat quippe in ſanctuariū dei: ⁊ intellexerat in
Pš.72. nouiſſima. Omis aūt cōſummatio mihi videt hoc loco intel-
Eccli.4. ligenda vſꝗ ad mortē pro veritate certare: ⁊ pro vero ac ſum-
mo bono mala omnia tolerare: Cuius cōſummationis finis
eſt excellere in regno chriſti qđ nō habet finē: ⁊ habere ibi ſi-
ne morte: ſine dolore ⁊ cū magno honore vitā: morte huius
vite ac doloribꝰ ⁊ opprobrijs acquiſitā. Qđ aūt addidit: La-
tum mandatū tuū valde: nō intelligo niſi charitatem. Quid
enim profuiſſet quācūꝗ morte imminente: ⁊ inter quantacū-
ꝗ tormenta illa martyria cōfiteri: ſi charitas in cōfitente nō
1.Cor.13. eſſet? Audiamus Aplm: Et ſi tradidero inquit corpus meū
Ro.5. vt ardeā: charitatē aūt nō habeā: nihil mihi pdeſt. Charitas
aūt dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritūſanctū qui
datꝰ eſt nobis. In hac diffuſione latitudo eſt: in qua ſine an-
guſtijs via quoꝗ ambulatur anguſta: donante illo cui dictū
Pš.17. eſt. Dilataſti greſſus meos ſubter me: ⁊ nō ſunt infirmata ve-
ſtigia mea. Latū eſt ergo mandatū charitatis nimis: māda-
Mat.22. tum illud geminū quo iubet deus ⁊ proximus diligi. Quid
aūt latius: ꝙ vt ibi pendeat tota lex: ⁊ omnes prophete?

¶ Explicit Sermo viceſimaſprimus.

¶ Incipit Sermo viceſimuſſecundus: de verſu pſalmi Quō
dilexi legem tuā dñe: vſꝗ ad Propterea odio habui omnē
viam iniquitatis.

A Epe admonuimus laudabilē latitudinē: in qua nullas
cum mandata dei faciamus patimur anguſtias: intelli-
gendam eſſe charitatē: Propter qđ etiā in magno iſto pſal-
mo cū ſuperius dixiſſet: Latū mandatū tuū valde: in hoc ſe-
Idem. quenti verſu oſtendit vnde ſit latū: dicens: ⌊ Quō dilexi le-
gem tuā dñe. ⌋ Dilectio eſt igit latitudo mandati. Unde ꝗp-
pe fieri poteſt vt diligat qđ deus iubet diligi: ⁊ ipſa iuſſio nō
diligatur? Ipſa eſt enim lex: ⌊ Tota ⌋ inquit ⌊ die medita-
tio mea eſt. ⌋ Ecce quō eā dilexi vt tota die meditatio mea
eſſet: vel potius ſicut grecus habet: totā diē: vbi magis con-
tinuatio meditantis exprimitur. Id aūt intelligit per omne
tempus: qđ eſt ſemper. Tali expugnat dilectione cupiditas:
Gal.5. que ſepe faciendis legis iuſſionibus contradicit: concupiſcē-
te aduerſus ſpiritum carne: aduerſus quā ſpiritus concupiſ-
cens ita debet diligere legē dei: vt tota die meditatio eiꝰ ſit.
Ro.3. Dicit aūt Apoſtolus: Ubi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt.
Gal.3. Per quam legem? Factorum? Non: ſed per legem fidei. Hec
Mat.7. eſt fides que per dilectionē operatur: quoniā querendo: pe-
tendo: pulſando: impetrat ſpiritum bonū per quem dilectio

ipſa diffunditur in cordibus noſtris: Hoc eni ſpiritu dei qui- Ro.5.⁊.8.
cunꝗ aguntur: hi filij ſunt dei: Qui recipiuntur vt recūbant
cum abraam: iſaac ⁊ iacob in regno celorū: expulſo ſeruo qui Joan.8.
non manet in domo in eternū: ideſt iſrael ſm carnem: cui di-
ctum eſt: Cum videritis abraā: iſaac ⁊ iacob: ⁊ oēs prophe- Mat.8.
tas in regno dei: vos aūt expelli foras: ⁊ venient ab oriente:
⁊ occidente: ⁊ aquilone: ⁊ auſtro: ⁊ accūbent in regno dei. Et
ecce ſunt nouiſſimi qui erāt primi: ⁊ ſunt primi qui erant no-
uiſſimi. Gentes autem (ſicut altitudo electionis) que nō ſecta- Ro.9.
bantur iuſtitiam apprehenderunt iuſtitiā: iuſtitiā autē que
ex fide eſt: iſrael aūt perſequens legem iuſtitie in legē iuſti-
tie non peruenit. Quare? Quia nō ex fide: ſed quaſi ex ope- Ibidem.
ribus: offenderunt in lapidē offenſionis. Ita facti ſunt inimi-
ci huius ꝗ hic in prophetia loquit. At deinde cōiungit: ⌊ Su- B
per ⌋ inimicos meos † ſapere me feciſti † mandatū tuum: † Alr †pru-
quoniā in eternū mihi eſt. ⌋ Illi nāꝗ zelum dei habent: ſed dentem.
nō ſm ſcientiā. Ignorantes enim dei iuſtitiā: ⁊ ſuā querētes † mādato
conſtituere: iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Iſte vero qui ſuper tuo. †qua
ſuos iſtos inimicos ſapit: mandatū dei inuenire vult cū Apo- Ro.10.
ſtolo: non habens iuſtitiam ſuam que ex lege eſt: ſed iuſtitiā Phil.3.
per fidē chriſti que eſt ex deo: non q2 lex quā legunt inimici
eiꝰ nō eſt ex deo: ſed q2 eā nō ſapiunt ſicut iſte qui ſuper ini- Ro.9.
micos ſuos eam ſapit: coherendo lapidi in quem illi offende- Ro.10.
runt. Finis enim legis chriſtus ad iuſtitiā omni credēti: vt iu- Ro.3.
ſtificentur gratis per gratiā ipſius: non ſicut illi qui viribus
ſuis ſe legem facere exiſtimant: ⁊ ideo nō ex lege quidē dei:
ſed ſuam iuſtitiam conſtituere querunt: ſed quomodo filius Ro.10.
promiſſionis qui eſuriens ⁊ ſitiens iuſtitiā: petendo: queren- Mat.5.
do: pulſando quodāmodo a patre mēdicat: vt adoptatꝰ per Mat.7.
vnigenitum accipiat. Sic aūt mandatū dei quando ſapuiſſet:
niſi eū ipſe ſic ſapere feciſſet cui dicit: Super inimicos meos
ſapere me feciſti mandatū tuū? Inimici quippe eius illi ve- Gal.4.
lut ex agar in ſeruitutem generati: ex eodē mandato tēpora-
lia premia queſierunt: ⁊ ideo non fuit illis in eternū ſicut eſt
huic. Melius quippe intellexerunt qui interpretati ſunt in
eternam ꝗ qui in ſeculū: tanꝗ finito iſto ſeculo nullum iā le-
gis poſſet eſſe mandatū. Iam vero nullū erit: ſed in tabulis
viſibilibus libriſꝗ cōſcriptū: In tabulis vero cordis: dilectio
dei ⁊ proximi manebit in eternum. In quo mādato gemina-
to tota lex pēdet ⁊ prophete: eritꝗ premiū cuſtodiendi mā-
dati huius ipſe mandator: ⁊ premiū dilectionis ipſe dilectus
quando erit deus oīa in omnibus. Sed quid eſt hoc qđ ſe-
quitur? ⌊ Super oēs docētes me intellexi. ⌋ Quis eſt iſte C
qui ſuper omnes docentes ſe intellexit? Quis eſt inꝗ qui ſu-
per omnes prophetas: qui non ſolum loquendo eos qui ſecū
vixerunt: verumetiā ſcribēdo poſteros tam excellenti auto-
ritate docuerūt: audeat ſe intelligendo preponere? Salomo-
ni quidem cui tanta eſt donata ſapientia: vt etiā his homini- 3.Regū.3.
bus qui fuerunt ante illum videatur eſſe prelatus? Sed non
eſt credendum ipſum hic a patre ſuo dauid potuiſſe prophe-
tari: maxime q2 dici non poſſet ex perſona ſalomonis qđ hic
dicitur: Ab omni via maligna prohibui pedes meos: Porro
ſi qđ eſt acceptabilius: chriſtū pronunciat iſte propheta: nūc
a capite qđ eſt ipſe ſaluator: nūc ab eius corpore qđ eſt eccle-
ſia: verba prophetica digerens: ⁊ tanꝗ vnius loquentē faciēs
propter magnū illud ſacramentū: vbi dictū eſt: Erunt duo in Ephe.5.
carne vna: agnoſco eum plane qui ſuper omnes docentes ſe
intellexit: quando cum eſſet annorū duodecim remanſit puer
ieſus in hieruſalē: ⁊ a parentibus ſuis poſt triduū inuentus
eſt illic in tēplo ſedens inter doctores: audiens illos ⁊ inter- Luce.2.
rogans eos: vbi ſtupebant oēs qui eū audiebāt ſuper pru-
dentia ⁊ reſponſis eius. Nec immerito: qui per iſtū prophe-
tam tanto ante dixerat: ſuper oēs docētes me intellexi. Om-
nes enim vtiꝗ homines vult intelligi: non deū patrē: de quo
dicit ipſe filius: Sicut docuit me pater hec loquor. Qđ diffi- Joan.8.
cillime ex perſona verbi intelligitur: niſi quis vtcunꝗ cape-
re valeat id eſſe filium a patre doctum quod genitum. Cui
enim non eſt aliud eſſe: aliud doctum eſſe: ſed qđ illi eſt eſſe:
hoc eſt doctū eſſe: profecto a quo ei eſt eſſe: ab illo ſimul eſt
ei doctum eſſe. Ex perſona vero hominis vbi formam ſerui Phil.2.
accepit: facilius intelligitur a patre didiciſſe que dixit: i qua
forma ſerui conſtitutum maxime puerum potuerunt eū ho-
mines maioris etatis docendum putare: Sed ille quem pa-
ter docuit

D ter docuit:ſuper omnes docentes ſe intellexit. ⌊ Quia teſti
monia ⌋ inquit ⌊ tua meditatio eſt. ⌋ Ideo ſuper omnes do
centes ſe intelligebat:quia teſtimonia dei meditabatur: Que
Ioan.5. melius q̄ illi de ſeipſo nouerat qui dicebat:Uos miſiſtis ad
ioannem:et teſtimoniū perhibuit veritati:Ego autem non ab
homine teſtimoniū accipio:ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Il
le erat lucerna ardens et lucens:vos autē voluiſtis exultare
ad horā in luce eius:Ego autē habeo teſtimoniū maius ioā
ne. Talia teſtimonia meditabatur: quādo ſuper omnes do
centes ſe intellexit. Illi autem doctores non abſurde intelli
guntur etiā ipſi eſſe ſeniores:de quibus cōtinuo dicit:⌊ Su
al† ſenes. per † ſeniores intellexi. ⌋ Quod ideo mihi eo modo repeti
E tum videtur:vt nobis hec legentibus illa etas eius veniret
Luce.2. in mentē:que nobis cōmendatur et innotuit ex euangelio:qua
etate puerili inter maiores etate: hoc eſt iuniorum:inter ſenio
res ſedebat:et ſuper omnes docentes ſe intelligebat. Solēt
enim iunior et ſenior ad ſe inuicē dici minor et maior:et ſi neu
ter eorum ſenili acceſſit aut propinquauit etati:q̄q̄ ſi et ex
preſſum nomē ſeniorū in euangelio velimus inquirere ſupra
quos intellexit:inuenimus quando ei dixerunt ſcribe et pha
riſei. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorū?
Non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ecce
obiecta eſt ei tranſgreſſio traditionis ſeniorū. Sed qui ſuper
ſeniores intellexit:quid eis reſponderit audiamus. Quare
inquit et vos tranſgredimini mandatū dei:propter traditio
nem veſtram? Deinde paulopoſt:vt non ſolū ipſe qui eſt ca
Ibidem. put corporis:verumetiā corpus ipſum et membra eius ſuper
ſeniores illos intelligerent:quorum traditio de lauandis mani
bus ferebatur:conuocatis ad ſe turbis dixit eis:Audite:et in
telligite:tanq̄ diceret: Super ſeniores illos et vos intelligi
te:vt etiam de vobis illa prophetia clareat eſſe premiſſa:ſu
per ſeniores intellexi:nec ſolū capiti:verūetiam corpori: ac
ſic vniuerſo chriſto aptata cōueniat. Non qđ intrat in os:co
inquinat hominē:ſed quod procedit ex ore:hoc coinquinat ho
minem. Hoc ſeniores illi non intelligebant: qui de lauandis
manibus ſuauelut magna mandata tradiderunt. Ipſa quo
Mat.15. q̄ membra capitis huius ſuper ſeniores intelligētes:nondū
qđ ab eo dictū eſt intellexerant. Deniq̄ poſt pauca reſpon
dens petrus dixit ei:Ediſſere nobis parabolam iſtam. Pu
tabat adhuc eſſe parabolā:qđ dominus ſine figuris fuerat
Mat.15. elocutus. At ille dixit:Adhuc et vos ſine intellectu eſtis? Nō
intelligitis q̄ omne qđ in os intrat:in ventrē vadit : et in ſe
ceſſum emittitur? Que aūt procedunt de ore:de corde exeūt
et ea coinquinant hominē. Adhuc et vos ſine intellectu eſtis
et ſuper illos ſeniores non intelligitis? Sed plane iam nunc
audito tali magiſtro:capite noſtro:poteſt vnuſquiſq̄ noſtrū
dicere:ſuper ſeniores intellexi. Nam etiam corpori congruit
qđ ſecutus adiūxit:⌊ Quia mādata tua † exquiſiui. ⌋ Mā
Al† q̄ſiui. data tua nō mandata hominum:mādata tua non mandata
F ſeniorum:qui volentes eſſe legis doctores:non intelligūt ne
1.Thi.1. q̄ que loquuntur neq̄ de quibus affirmant. Merito de mā
datis dei que ſunt exquirenda vt ſuper ſeniores illos intelli
gantur:reſponſum eſt his qui eorum autoritatē veritati preferē
Mat.15. bant:et dictum eſt:Cur et vos tranſgredimini mandatum dei:
vt traditiones veſtras ſtatuatis? Iam vero qđ adiungitur:
non capiti videtur cōuenire ſed corpori. ⌊ Ab omni via mala
prohibui pedes meos:vt cuſtodiā verba tua. ⌋ Neq̄ enī ca
put illud noſtrū ipſe ſaluator corporis in aliquam malignā
viam carnali cupiditate ferebatur: vt ei neceſſe eſſet pedes
ſuos inde prohibere:quaſi illuc euntes motibus ſuis:qđ nos
facimus quando ea que ille non habuit:ne vias malignas te
neant:deſideria noſtra praua cohibemus. Sic enī verba dei
poſſumus cuſtodire ſi poſt noſtras non eamus concupiſcen
Eccli.18. tias malas:vt ad mala cōcupita pedes noſtri nō perueniāt:
Gal.5. ſed eos potius aduerſus carnē ſpiritu concupiſcente refre
nemus:ne nos raptos atq̄ ſubuerſos per malignas vias per
G trahant. ⌊ A iudicijs ⌋ inquit ⌊ tuis non declinaui: quoniā
tu leges poſuiſti mihi. ⌋ Dixit quid timuerit:vt ab omni via ma
ligna prohiberet pedes ſuos. Quid eſt enim: a iudicijs tuis
non declinaui:niſi qđ alio loco dicit:a iudicijs autem tuis ti
mui? Perſeueranter eis credidit:quia tu leges poſuiſti mihi.
Tu interior: in intimis meis:tu intus in corde legem poſuiſti
mihi ſpiritu tuo tanq̄ digito tuo:vt eam non tanq̄ ſeruus ſi

ne amore metuerem: ſed caſto amore vt filius diligerem: et
dilectione caſta timerem. Et ideo vide quid ſequitur. ⌊ Quā
dulcia faucibus meis verba tua: ⌋ vel qđ de greco eſt expreſſius
⌊ Eloquia tua ſuper mel † et fauū ori meo. ⌋ Hec eſt illa ſuaui al.† nō hꝫ.
tas quam deus dat vt terra noſtra det fructum ſuum:vt bo
num vere bene : ideſt non mali carnalis formidine:ſed boni
ſpiritualis delectatione faciamus. Nonnulli ſane codices nō
habent fauum:ſed plures habent mel. Melli aūt eſt ſimilis
aperta doctrina ſapientie:Fauo vero occulta doctrina ſapiē
tie:que de abſtruſioribus ſacramentis tanq̄ de cellis cereis
ore differentis velut mandentis exprimitur:Uerū ori cordis
non carnis eſt dulcis. Sed quid eſt quod ait:⌊ A mandatis H
tuis intellexi? ⌋ Aliud enī eſt mādata tua intellexi: aliud eſt
a mandatis tuis intellexi. Neſcio ergo quid aliud ſe ſignifi
cat intellexiſſe a mandatis dei:hoc eſt q̄tum mihi videtur fa
ciendo mandata dei perueniſſe ſe dicit ad earum rerum in
telligentiam quas concupiuerat ſcire: Propter qđ ſcriptum Eccli.1.
eſt:Concupiſti ſapientiā:ſerua mandata:et dominus prebet
illam tibi : Ne quiſq̄ prepoſterus anteq̄ habeat humilita
tem obedientie:velit ad altitudinē ſapientie peruenire:quā Eccli.3.
capere non poteſt niſi ordine venerit. Audiat ergo: Altiora
te ne queſieris:et fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed que pre
cepit tibi dominus illa cogita ſemper. Sic homo ad occultā
ſapientiā peruenit per obedientiā mandatorū. Cum autē di
xiſſet: Que tibi precepit dominus illa cogita: ideo addidit:
ſemper:quia et cuſtodienda eſt obedientia vt percipiatur ſa
pientia:et percepta ſapientia non eſt deſerenda obedientia.
Spiritualiū itaq̄ membrorum chriſti vox iſta eſt: A mandatis
tuis intellexi. Hoc enim recte dicit chriſti corpus in eis:qui
bus mandata ſeruantibus propter iſtam cuſtodiam mandato
rum prebetur vberior doctrina ſapientie. ⌊ Propterea: ⌋ in
quit: ⌊ † odio habui omnem viā iniquitatis. ⌋ Neceſſe eſt enī al† odiui.
vt oderit omnē iniquitatem amor iuſtitie: quia tanto maior
eſt quanto eum magis inflammat amplioris dulcedo ſapiē
tie:que prebetur ei qui obtemperat deo et a mandatis eius
intelligit.

¶ Explicit Sermo viceſimuſſecundus.

¶ Incipit Sermo viceſimuſtertius:de verſu pſalmi: Lucer
na pedibus meis verbum tuum et lumen:vſq̄ ad Inclinaui
cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter eternā
retributionem. A

SCrutandos atq̄ tractandos pro viribus quas deus do Nun.
nat:nunc iſtos verſus pſalmi huius aggredimur: Quo
rum primus eſt: ⌊ Lucerna pedibus meis verbum tuū:et lu
men ſemitis meis. ⌋ Qđ eſt lucerna:hoc repetitum eſt lumē
quod pedibus meis:hoc ſemitis meis. Quid eſt ergo verbū
tuum? Nunquid nam illud qđ in principio erat deus apud
deum:verbum ſcꝫ per qđ facta ſunt omnia? Non eſt ita. Nā Ioan.1.
illud verbum lumen eſt:ſed lucerna nō eſt. Lucerna quippe
creatura eſt non creator: que participatione incōmutabilis
lucis accenditur: Hoc erat Ioannes:de quo dicit verbū deus: Ioan.5.
Ille erat lucerna ardens et lucens. Sed lumen eſt et lucerna:
et tamen in comparatione verbi:de quo dictū eſt:deus erat Ioan.1.
verbum:non erat ille lumen:ſed miſſus eſt vt teſtimonium
perhiberet de lumine. Erat enim lumen verū:non quod illu
minatur vt homo:ſed qđ illuminat omnem hominē. Niſi au
tem et lucerna et lumen eſſet:non diceret apoſtolis: Uos eſtis
lumen mundi: Quo audito ne id ſe putarent eſſe qđ ille qui Mat.5.
hoc dixerat:nam et de ſeipſo quodam loco dixit:Ego ſum lu Ioā.8.
men mundi:ait ille de illis: Non poteſt ciuitas abſcondi ſu Mat.5.
pra montem conſtituta:neq̄ accendunt lucernam et ponunt
eam ſub modio:ſed ſupra candelabrū vt luceat omnibus qui Ibidem.
in domo ſunt:ſic luceat lumen veſtrum coram hominibus:vt
ſcirent ſe tanq̄ lucernas de illo lumine quod immutabiliter
lucet accenſas. Nulla quippe creatura q̄uis rationalis et in
tellectualis a ſeipſa illuminatur:ſed participatione ſempi
terne veritatis accenditur:etiam ſi aliquando dies vocatur:
non dies dominus:ſed quem fecit dominus. Et ideo adhuc
ſubdidit: Accedite ad eum et illuminamini. Propter quam Pſ.33.
participationem inquantum homo eſt ipſe mediator lucer
na in Apocalypſi nuncupatur: Sed ſingularis eſt iſta ſuſce
ptio. De nullo enim ſanctorum dici diſtinctus potuit : aut Ioan.1.
dici vllo modo fas eſt: verbum caro factum eſt : niſi de vno

1.Thio.2. mediatore dei ⁊ hominū. Cum igitur lumen dicatur vnige-
nitum verbum equale gignenti: lumen dicatur ⁊ homo ab il-
Joan.5. lo verbo illuminatus qui dicitur ⁊ lucerna: ſicut Joannes: ſi-
Mat.5. cut apoſtoli: nec vllus eorum homo ſit verbum: ⁊ illud verbū
B a quo illuminati ſunt lucerna non ſit: Quid eſt hoc verbū qđ
ita lumen dicitur vt lucerna ſit: ait enim: Lucerna pedibus
meis verbum tuum: ⁊ lumen ſemitis meis: niſi verbū intelli-
gamus qđ factū eſt ad prophetas: vel qđ predicatū eſt per
apoſtolos? Non verbum chriſtū: ſed verbū chriſti: de quo ſcri-
Ro.10. ptum eſt: Fides ex auditu: auditus aūt per verbum chriſti.
2.Pet.1. Nā ⁊ verbū propheticū lucerne cōparās apoſtolꝰ petrꝰ: Ha-
bemus inquit certiorem propheticū ſermonem cui benefaci-
tis: intendentes velut lucerne lucenti in obſcuro loco. Quod
itaqꝫ hic ait: Lucerna pedibus meis verbum tuū ⁊ lumen ſe-
C mitis meis: verbum eſt qđ ſcripturis ſanctis omnibus cōti-
netur. ⌊ Juraui: ⌋ inquit: ⌊ ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitie
tue: ⌋ Tanqꝫ bene ambulans ad illā lucernas: ⁊ rectas ſemi-
tas habēs. Sequenti aūt verbo illud qđ antecedit expoſitū
eſt. Quaſi enī quereremus quid eſſet iuraui: adiunxit: ⁊ ſta-
tui. Hoc enim appellauit iuramentū: qđ ſtatuit per ſacramē-
tū: q2 ita debet eſſe meus ſtra in cuſtodiēdis iudicijs iuſtitie
dei: vt ſit omnino pro iuratione qđ ſtatuit. Fide autē cuſto-
diuntur iudicia iuſtitie dei: cum ſub deo iuſto iudice: nec re-
cte factum infructuoſum: nec peccatū creditur impunitum.
Sed pro hac fide q2 mitat grauiſſima mala corpus pertu-
al†quaqꝫ lit chriſti: ⌊ Humiliatus ſum: ⌋ inquit: ⌊ vſqꝫ †valde. ⌋ Nō
aūt ait: humiliaſti me: vt humilitatem que in precepto eſt in-
telligere ſit neceſſe: ſed ait humiliatus ſum vſqꝫ valde: maxi-
mam ſc3 paſſus perſecutionē pro eo qꝫ iurauit ⁊ ſtatuit cuſto-
dire iudicia iuſtitie dei. Et ne in tanta humiliatione fides ip-
ſa deficeret: adiūxit: ⌊ Dñe viuifica me ſecundū verbū tuū: ⌋
Hoc eſt ſm promiſſum tuū. Nam et verbū promiſſor dei lu-
cerna eſt pedibus: ⁊ lumē ſemitis. Sic⁊ ſuperius vt eū deus
viuificet: orauit in humiliatione perſecutionis: vbi ait: Pau-
lominus cōſummauerūt me in terra: ego aūt non dereliqui
mandata tua: ſm miſericordiā tuā viuifica me: ⁊ cuſtodiam
teſtimonia tua: id eſt martyria oris tui. Ubi intelligit ſi ipſe
Luce.21. non viuificet donando patientiā: propter qđ dictū eſt: In ve-
Ps.61. ſtra patientia poſſidebitis animas veſtras: ⁊ de quo dictum
eſt: Qm̄ ab ipſo eſt patientia mea: nō corpus in perſecutio-
ne mortificari ſed animā: nō cuſtodiendo martyria ſed iudi-
D cia iuſtitie dei. ⌊ Uoluntaria oris mei beneplacita fac dñe: ⌋
Hoc eſt placeant tibi: noli reprobare ſed approba. Bene au-
tem intelliguntur oris voluntaria ſacrificia laudis confeſſio-
Ps.53. ne charitatis: nō timore neceſſitatis oblata: Unde dictū eſt:
voluntarie ſacrificabo tibi. Sed quid eſt qđ adiungit. ⌊ Et
iudicia tua doce me? ⌋ Nonne ipſe in verſibus ſuperioribus
dixerat: A iudicijs tuis nō declinaui? Quō iſtud ſi ea nō no-
uerat? Porro ſi nouerat: quomō hic dicit: Et iudicia tua do-
ce me? An ſicut illud eſt: ſuauitatē feciſti cū ſeruo tuo: ⁊ poſt-
ea dicit: ſuauitatē doce me? Qđ ita expoſuimus vt intellige-
remus verba proficientis: ⁊ addi ſibi ad id quod acceperat
poſtulantis. ⌊ Anima mea in manibus tuis ſemper. ⌋ Non-
nulli codices habēt in manibus meis: ſed plures: in tuis: Et
Sap.3.⁊.7. hoc quidē planū eſt. Juſtoꝝ enī anime in manu dei ſunt: In
al†legem cuius manu ſunt ⁊ nos ⁊ ſermones noſtri. ⌊ Et †legis: ⌋ inqt:
tuam. ⌊ tue nō ſum oblitus: ⌋ Tanqꝫ ad nō obliuiſcendā dei legē
manibus ipſius adiuuet eius memoria: vbi eſt eius aīa. Aīa
vero mea in manibus meis: quō intelligat: ignoro. Juſti qp-
pe iſta verba ſunt nō iniuſti: redeūtis ad patrē nō diſceden-
tis a patre. Nā pōt videri ille iunior filius aīam ſuā in mani-
Luce.15. bus ſuis habere voluiſſe qñ dixit patri: Da mihi ſubſtantiā
meā q̄ me tangit. Sed ideo mortuus erat ideo perierat. An
forte ita dictū eſt: aīa mea in manibus meis: tanqꝫ eā viuifi-
Ps.24. candā offerret deo? Unde alibi dr: Ad te leuaui aīam meā. ⌋
Dixerat enī ⁊ hic ſuperius: viuifica me. ⌊ Poſuerunt: ⌋ inqt
Al†de. ⌊ peccatores laqueū mihi: ⁊ † a mandatis tuis nō erraui. ⌋
E Uñ hoc niſi q2 eius aīa in manibus dei: vel in ſuis viuificāda
offert deo? ⌊ Hereditate acq̄ſiui teſtimonia tua in eternū. ⌋
Nōnulli vno vbo volētes dicere qđ vno vbo in greco poſitū
eſt: hereditaui interp̄tati ſunt. Qđ ⁊ ſi latinū eſſe poſſet: ma-
gis ſignificaret eū qui dedit hereditatē qꝫ eū qui accepit: vt
ſic eſſet hereditaui quō ditaui. Melius ergo duobus verbis
inſinuat integer ſenſus: ſiue dicat hereditate poſſedi: ſiue di-
catur hereditate acq̄ſiui: Nō hereditatē ſed hereditate. Si
aūt querit qđ acquiſierit hereditate: teſtimonia inquit tua:
Quid volēs intelligi: niſi vt teſtis dei fieret: eiuſqꝫ teſtimo-
nia cōfiteret: id eſt vt martyr dei fieret: atqꝫ eius martyria di-
ceret: ſicut martyres dicunt a patre ſibi cuius donū eſt eſſe
collatū? Multi quippe pati voluerūt: neqꝫ potuerūt? Nulli
tñ potuerūt niſi qui voluerūt: Quia nō potuiſſent ſi fidei dei
teſtimonia negare voluiſſent: Sed etiā ipſoꝝ preparata eſt
volūtas a dño. Ideo hec hereditate ſe acquiſiſſe iſte teſtat:
⁊ hoc in eternū. quia nō eſt in eis gloria temporalis hominū
vana querentiū: ſed eterna gloria eſt breui tēpore patiētiū
⁊ ſine fine regnantiū: Unde ſequit: ⌊ † Quoniā exultatio cor- Al.†Or.
dis mei ſunt. ⌋ Et ſi afflictio corpis: exultatio tñ cordis. De- F
inde ſubiecit: ⌊ Inclinaui cor meū ad faciēdas iuſtificatio-
nes tuas in eternū: propter retributionē. ⌋ Qui dicit: inclina-
ui cor meū: ipſe iā dixerat: inclina cor meū in teſtimonia tua:
vt intelligamus ſimul hoc eſſe ⁊ diuini muneris ⁊ proprie vo-
luntatis. Sed nunqđ in eternū facturi ſumus iuſtificationes
dei? Opera illa quidē q̄ operamur circa proximoꝝ neceſſitates
eterna eſſe nō poſſunt: ſicut nec ipſe neceſſitates: Sed ſi nō
diligendo iſta facimus: nulla eſt iuſtificatio. Si aūt diligēdo
eterna: eſt ipſa dilectio: eiqꝫ eterna ē parata retributio: Pro-
pter quā retributionē dicit ſe inclinaſſe cor ſuū ad faciendas
iuſtificationes dei: vt in eternū diligens: in eternum merea-
tur habere quod diligit.

❡ Explicit Sermo viceſimuſtertius.

❡ Incipit Sermo. xxiiij. de verſu pſalmi: Iniquos odio ha-
bui: vſqꝫ ad id Propterea dilexi teſtimonia tua ſemper.

Pſalmi huius locus de quo inuoluitate dei diſputaturi A
ſumus: ſic incipit: ⌊ Iniquos odio habui: ⁊ legē tuā di- Sāmech.
lexi. ⌋ Nō ait: Iniquos odio habui: ⁊ iuſtos dilexi: aut iniq-
tatem odio habui: ⁊ legē tuā dilexi: ſed cū dixiſſet: Iniquos ס
odio habui: expoſuit quare: addendo: ⁊ legē tuā dilexi: vt de-
monſtraret: nō ſe in hominibus iniquis odiſſe naturā qua homi-
nes ſunt: ſed iniquitatē qua legi quā diligit inimici ſunt. Deinde
ſequit. ⌊ Adiutor meꝰ ⁊ ſusceptor meus es tu. ⌋ Adiutor ad
bona facienda: ſusceptor ad mala euadēda. Qđ aūt adiūgit: Al†ſer.
⌊ In verbū tuū ſuperſperaui: ⌋ Tanqꝫ filius promiſſionis lo- B
quitur. Sed quid ſibi vult verſus qui ſequit: ⌊ Declinate a
me maligni: ⁊ ſcrutabor mādata dei mei. ⌋ Nō enī ait: faciā:
ſed ſcrutabor. Ut ergo perfecte ea diligēterqꝫ nouerit: mali-
gnos a ſe declinare deſiderat: eoſqꝫ etiā cōpellendo a ſe abi-
git. Nam maligni exercent ad faciēda mandata: a ſcrutādis
aūt auocāt: nō ſolū cū perſequunt: aut litigare nobiſcū volūt:
verūetiam cū obſequunt ⁊ honorant: ⁊ tamē cū ſuis vitioſis
negocioſis cupiditatibus adiuuādis vt occupemur: ⁊ eis no-
ſtra tēpora impēdamus efflagitant: aut certe infirmos pre-
munt: vt cauſas ſuas ad nos deferre cōpellant: Quibus dice- Luce.12.
re nō audemus: Dic hō: quis me cōſtituit iudicē aut diuiſorē
inter vos? Cōſtituit enī talibus cauſis eccliaſticos apl's cogni- 1.Cor.6.
tores in foro: prohibens iurgare chriſtianos. Nec illis quidē
qui nō aliena rapiūt ſed ſua cupide repetūt: dicimus: Caue-
te ab omni cupiditate: cōſtituētes eis ante oculos hominē cui Luce.12.
dictū eſt: Stulte hac nocte auferet a te aīa tua: que prepara-
ſti cuius erunt: q2 qñ dicimus: nō recedūt nec declināt a no-
bis: ſed inſtant: vrgēt: precant: tumultuant: extorquēt: vt ip-
ſis potius ad iſta que diligunt qꝫ ſcrutandis dei mandatis q̄
diligimus occupemur. O quanto tedio turbariū turbulenta-
rum: ⁊ quāto deſiderio diuinoꝝ eloquioꝝ dictū eſt: Declina-
te a me maligni: ⁊ ſcrutabor mādata dei mei. Ignoſcāt obe-
dientes fideles: qui pro ſuis ſecularibus cauſis raro nos que-
runt: ⁊ iudicijs noſtris faciliime acquieſcūt: nec nos cōterunt
litigando: ſed obtēperando potius cōſolant. Certe propter
eos qui ⁊ inter ſe pertinaciter agunt: et qñ bonos premunt:
noſtra iudicata contemnūt: faciuntqꝫ nobis perire tēpora re-
bus eroganda diuinis: certe tanqꝫ propter iſtos ⁊ nobis liceat
exclamare in hac voce corporis chriſti: Declinate a me mali-
gni ⁊ ſcrutabor mandata dei mei. Deinde poſteaqꝫ velut ab
oculis cordis ſui muſcas irruentes abegit: redit ad eum cui
dicebat: Adiutor meus ⁊ ſusceptor meus es tu: in verbū tuū
ſperaui: precemqꝫ continuans: ⌊ Suſcipe me: ⌋ inquit: ⌊ ſe- C
cundum eloquium tuum ⁊ viuam: et † ne confundas me ab Al†non
expectatione

expectatione mea.] Qui iaȝ dixerat: ſuſceptor meus: poſcit
magis magiſq́ȝ ſuſcipi: ⁊ ad illud propter qđ tolerauerat tā
multa moleſta perduci: verius ibi ſe ꝙ̄ in iſtis humanorū re
rum ſomnijs fidens eſſe victurum. Sic enim de futuro dictū
Ro.8. eſt: vt viuam: tanꝙ̄ in hoc corpore mortuo non viuatur. Cor
pus enim mortuum eſt propter peccatum: Et expectātes re
demptionem corporis noſtri: ſpe ſalui facti ſumus: ⁊ qđ non
Ro.5. videmus ſperantes: per patientiam expectamus. Sed ſpes
nō confundit: ſi charitas dei diffunditur in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Propter que lar
gius accipienda clamatur ad patrem: ne cōfundas me ab ex
pectatione mea. Et tanꝙ̄ ei reſponſum fuerit in ſilētio: ſi nō
vis confundi ab expectatione tua: nō intermittas meditari
iuſtificationes meas: ſentiens iſtam meditationem plerūq́ȝ
anime languoribus impediri: [Adiuua me:] inquit: [⁊ ſal
uus ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Spre
D uiſti omnes:] Uel qđ de greco diligētius videt expreſſum:
Al's † iuſti [Ad nihilum deduxiſti omnes diſcedentes a † iuſtificatio
tijs. nibus tuis: quia iniuſta cogitatio eorū.] Ideo ergo clama
uit: Adiuua me: ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus
tuis ſemper: quia in nihilum redigit deus omnes diſcedētes
a iuſtificationibus ſuis. Quare autem diſcedunt? Quia in
iuſta eſt inquit cogitatio eorum. Ibi acceditur: ibi diſcedit.
Omnia opera vel mala vel bona: a cogitatione procedunt.
In cogitatione quiſq́ȝ innocens: in cogitatiōe reus eſt: Pro
Sap.1. pter qđ ſcriptū eſt: Cogitatio ſancta ſeruabit te. Et alibi le
Ro.2. gitur: In cogitationibus impij interrogatio erit. Et apoſto
lus: Cogitationibus ait accuſantibus aut etiā excuſantibus.
Ubi autem felix eſt: qui in cogitatione miſer eſt? Aut quomo
do ibi nō miſer eſt: ꝗ ad nihilum redactus eſt? Magna quip
Pſ.42. pe eſt ſterilitas iniquitas: Merito dictū eſt: Confundantur
E iniqui facientes vane: id eſt inaniter: tanꝙ̄ redacti in nihilū.
Al's † repu Sequitur in pſalmo. [Preuaricantes † deputaui: vel puta
tani. ui: vel exiſtimaui omnes peccatores terre:] Multi enim mo
dis noſtri interpretati ſunt vnum verbum grecum: quod eſt
ελογισαμην: ſed proſit: Alta eſt iſta ſententia: ⁊ ſi adiuuerit do
minus operoſius diſputatione alia penetranda eſt. Nam qđ
Al's † ideo. additū eſt. [† Propterea dilexi teſtimonia tua † ſemper:]
al. † nō h3. Multo amplius eam profundā facit. Dicit enim apoſtolus:
Ro.4. Lex iram operatur. Huiuſq́ȝ dicti rationem reddens: vbi enī
non eſt lex inquit nec preuaricatio: ita oſtendens nō omnes
eſſe preuaricatores. Non enī omnes habent legem. Nō aūt
Ro.2. omnes habere legem: alio loco euidentius ait: Qui ſine lege
peccauerunt ſine lege peribunt. Quid ſibi ergo vult: preua
ricatores deputaui omēs peccatores terre? Sed hic queſtio
nem propoſuiſſe ſuffecerit: alio ſi deus donauerit ſermone
tractandā: ne huius prolixitas eam cogat anguſtius explica
ri: ꝙ̄ vt bene poſſit quod explicatur intelligi.

¶ Explicit Sermo viceſimuſquartus.

¶ Incipit Sermo viceſimuſquintus de verſu pſalmi: Pre
uaricantes reputaui omnes peccatores terre vſq́ȝ ad A iudi
cijs enim tuis timui.

A

Querimus ſi deo largiente inuenire poſſimus quomo
do intelligendū ſit quod in iſto pſalmo magno dictuȝ
eſt: Preuaricatores: vel potius preuaricantes. Grecus enim
παραβαινοντας ait: non παραβατας Querimus ergo quō
Al's † repu intelligendū ſit: [Preuaricantes † deputaui omnes pecca
tani. tores terre.] Propter qđ ait aplſ: Ubi enim lex nō eſt: nec
Ro.4. preuaricatio. Hoc aūt dixit cuȝ a lege promiſſa diſtingueret.
Ibidem. Nā vt de ſuperioribus ſenſus plenior colligat: nō enī per le
gem inquit promiſſio abrae aut ſemini eius vt heres eſſet mū
di: ſed per iuſtitiā fidei. Si enī qui per legem heredes ſunt:
exinanita eſt fides: ⁊ euacuata eſt promiſſio: Lex enī irā ope
ratur. Ubi enī non eſt lex nec preuaricatio. Idō ex fide: vt ſm
gratiā firma ſit promiſſio omni ſemini: non ei tantū qđ ex le
ge eſt: ſed ⁊ ei qđ ex fide eſt abrahā: qui eſt pater oīm noſtrū.
Cur hoc aplſ ait: niſi vt oſtenderet legē ſine promiſſionis gra
tia: nō ſolū nō auferre verū ⁊ augere peccatū? Uñ ⁊ illud eſt:
Ro.5. Lex ſubintrauit vt abūdaret delictū. Sed qꝛ oīa per gra
tiam dimittunt: nō ſolū ꝗ ſine lege: verūetiā ꝗ in lege cōmiſ
Ibidem. ſa ſunt: ideo ibi ſecutus adiunxit: Ubi aūt abūdauit delictū:
ſuperabūdauit ⁊ gratia. Nō itaq́ȝ preuaricātes deputat om

nes peccatores aplſ: ſed eos tm̄ preuaricantes deputat qui Ro.4.
trāſgrediunt legē. Ubi enī non eſt lex inquit: nec preuarica B
tio: Ac per hoc ſm aplm: omnis quidē preuaricator eſt pecca
tor: qꝛ peccat in lege: ſed nō omis peccator eſt preuaricator:
qꝛ peccant aliqui ſine lege: Ubi aūt nō eſt lex: nec preuarica
tio. Porro ſi nemo ſine lege peccaret: nō idem ipſe aplſ di
ceret: Quicūq́ȝ ſine lege peccauerūt: ſine lege peribūt. Scdm Ro.2.
vero iſtū pſalmū: ſi preuaricantes ſunt omēs peccatores ter
re: nullū eſt vtiq́ȝ ſine preuaricatione peccatū. Nulla eſt autē
preuaricatio ſine lege: nullū eſt igit niſi in lege peccatū. Qui
ergo dicit: Preuaricātes deputaui omnes peccatores terre:
nullos eſſe omnino niſi qui legē tranſgreſſi ſunt vult intelligi
peccatores: ⁊ ob hoc aduerſat ille qui dixit: Quicunq́ȝ ſine le
ge peccauerunt: ſine lege peribūt. Scdm illud quippe ſunt
aliqui peccatores: q̄uis non ſint preuaricatores: id eſt qui ſi
ne lege peccauerunt. Ubi enim non eſt lex: nec preuaricatio. Ro.4.
Scdm iſtū aūt nullus eſt ſine preuaricatiōe peccator: qꝛ pre
uaricātes deputat omēs peccatores terre. Nullus ergo ſm
iſtum ſine lege peccauit: qꝛ vbi non eſt lex: nec preuaricatio.
An forte dicturi ſumus verū quidem eſſe qđ nec preuaricatio Ibidem.
ſit vbi nō eſt lex: ſed verū non eſſe quod aliqui ſine lege pec Ro.2.
cauerint: aut verū quidē eſſe aliquos ſine lege peccaſſe: ſed
verū nō eſſe vbi lex nō eſt: preuaricationē eſſe nō poſſe? Ad
vtrūq́ȝ aplſus dixit: Uerū eſt ergo vtrūq́ȝ: qꝛ vtrūq́ȝ per aplm
veritas dixit. Quō ergo erit verū quod in pſalmo iſto eadē C
procul dubio veritas dixerat: Preuaricantes deputaui omēs
peccatores terre? Reſpondet enim nobis. Qui ſunt ergo illi
qui ſm apoſtolū ſine lege peccauerūt? Non enī et eis quiſꝙ̄
preuaricans deputandus eſt: cū ſm eundē apoſtolū: Preua Ro.4.
ricatio non ſit vbi lex non eſt. Sed nimirū cum diceret apo Ro.2.
ſtolus: Quicunq́ȝ ſine lege peccauerūt ſine lege peribūt: de
illa lege aiebat quā deus dedit per moyſen famulum ſuū po
pulo ſuo iſrael: Hoc ipſa que circūſtant verba eius oſtēdunt.
Diſputabat enī de iudeis ⁊ grecis: id eſt gētibus nō ad cir
cūciſionē. ſed ad preputiū pertinētibus: ideo ſine lege eos di
cens: qꝛ nō acceperint legē quā ſe accepiſſe gloriabant iudei: Ibidem
Unde illis ait. Si autē tu iudeus cognominaris: ⁊ requieſcis
in lege ⁊ glorиaris in deo. Deniq́ȝ vnde ad hāc ſententiā vene
rit intuēdū eſt: vt diceret: Quicūq́ȝ ſine lege peccauerūt: ſine
lege peribūt. Ira inq̄t ⁊ indignatio: tribulatio: ⁊ anguſtia in
omnē aīam hoīs operātis malū: iudei primū ⁊ greci: Gloria
aūt ⁊ honor ⁊ pax omni operanti bonū: iudeo primū ⁊ greco.
Nō eſt enī pſonarū acceptio apud deū. Ad hec addidit vnde
nūc queſtio eſt ⁊ ait. Quicūq́ȝ enī ſine lege peccauerūt: ſine
lege peribūt: ⁊ quicūq́ȝ in lege peccauerunt: per legē iudica
buntur. Hos vtiq́ȝ iudeos: illos autem grecos volens intel
ligi: quoniā de his agebat: vtroſq́ȝ ſub peccato eſſe demon Ibidem.
ſtrans vt egere ſe gratia vtriq́ȝ fateantur. Propter qđ dicit:
Non enim eſt diſtinctio: Omnes enim peccauerunt ⁊ egent
gloria dei: iuſtificati gratis per gratiā ipſius: per redemptio
nem que eſt in chriſto ieſu. Quos itaq́ȝ dicit omnes peccaſſe
niſi iudeos ⁊ grecos: de quibus dixerat: Non enim eſt diſtin
ctio? Nā ⁊ de his paulo ante: Cauſati enim ſumus inquit iu
deos ⁊ grecos omnes ſub peccato eſſe: Ac per hoc quicunq́ȝ
ſine lege peccauerant: illa ſcȝ de qua iudei gloriabātur: ſine D
lege peribunt: et quicunq́ȝ in lege peccauerunt: id eſt ipſi iu Luce.19.
dei per legem iudicabuntur: Nec ideo non peribunt: niſi cre
dant in eum qui venit querere quod perierat. Nō nulli quip
pe etiam catholici tractatores in his apoſtoli verbis aliter ꝙ̄ Ro.2.
ſe res habet: parum attendendo ſapuerunt: vt dicerent illos
perire qui ſine lege peccauerunt: hos autem qui in lege pec
cauerunt iudicari tm̄modo non perire: tanꝙ̄ per penas tran 1.Cor.3.
ſitorias credant eſſe purgandi: ſicut ille de quo dictum: Ipſe
aūt ſaluus erit ſic tamē quaſi per ignē. Sed hoc merito fun
damenti bene intelligit: de quo agebat aplſ vt hoc diceret.
Superius quippe dixerat: vt ſapiens architectus fundamē Ibidem.
tum poſui: alius ſuperedificat: Unuſquiſq́ȝ autē videat quo
modo ſuperedificet. Fundamentum enim aliud nemo poteſt
ponere preter id quod poſitum eſt: qđ eſt chriſtus ieſus: ⁊ ce
tera vſq́ȝ ad eundem locum vbi eum dixit per ignem ſaluari Ļ ôcor. 4.
qui ſuper hoc fundamentum: non aurum: argentum: lapides ſent. diſ. 21
precioſos: ſed ligna: fenū: ſtipulā edificat: nō tamē reſpuit ne In illo.]
recipiat nec receptum deſerit fundamentum: idq́ȝ omnibus

carnalibus ſuis quibus capitur atq; ſuccūbit delectationib⁹
anteponit: cum ad hunc articulum ventum fuerit vt aut ille
deſerantur aut chriſtus: vbi ſi non anteponitur chriſtus non
ille eſt fundamentum. Omnibus quippe ſtructure poſterio-
ribus partibus: anteponit̄ fundamentū: Nec cogitaſſe exiſti-
Ro.2. mo eos qui ſenſerunt non perire: de quibus dictum eſt: Per
legem iudicabuntur: niſi quia fundamentū habent chriſtū.
Parum ergo attenderunt quod demonſtrauimus: atq; ipſa
ſcriptura clamat: de iudeis hoc apoſtolū dicere: qui ſine fun-
damento ſunt chriſto. Quis autem chriſtianus dixerit non
Mat.15. perire iudeum ſi non credat in chriſtum: ſed tantūmodo iu-
dicari: cū chriſtus ipſe ad eandem gentē propter oues que
Mat.10. inde perierūt ſe miſſum eſſe teſtet̄: remiſſius τ tolerabilius
E dicat futurū ſodomitis in die iudicij: qui vtiq; ſine lege pe-
Ro.2. rierūt: ꝗ ciuitati iudee que in eū non credidit tanta virtute
mirabilia facientem? Si ergo apoſtolus ſm legē quā deus
per moyſen populo iſrael dedit: ceteris aūt gentibus nō de-
dit: ſine lege dixit eſſe ceteras gētes: quid intellecturi ſum⁹
in iſto pſalmo dictū eſſe: Preuaricātes eſtimaui omnes pec-
catores terre: niſi intelligamus aliquam legem nō per moy-
ſen datam: ſm quā ſunt preuaricātes ceterarum gentiū pec-
Ro.4 catores? Ubi enim lex non eſt: nec preuaricatio. Que iſta lex
Ro.2. eſt: niſi forte illa de qua idem dicit apoſtolus: Gentes que le-
gem nō habent: naturaliter que legis ſunt faciunt: hi legem
Ibidem. non habentes ipſi ſibi ſunt lex? Scdm hoc ergo qḋ dicit: le-
gem non habentes: ſine lege peccauerunt: ſine lege peribūt
ſm id vero qḋ ait: ipſi ſibi ſunt lex: non immerito preuarica-
tores eſtimant̄ oēs peccatores terre. Nullus enim eſt qui
faciat alteri iniuriam: niſi qui fieri ſibi nolit: Et in hoc tranſ-
greditur nature legem: quam non ſinitur ignorare dū id qḋ
facit non vult pati. Nūquid autem lex iſta naturalis nō erat
in populo iſrael? Erat plane: quoniā τ ipſi homines erāt. Si-
ne lege autem naturali eſſent: ſi preter naturam humani ge-
neris eē potuiſſent. Multomagis ergo preuaricatores facti
ſunt lege diuina: qua naturalis illa ſiue inſtaurata: ſiue aucta:
F ſiue firmata eſt. Iā vero ſi in omnib⁹ peccatoribus terre nō
Ro.5. incongrue deputantur et paruuli propter originalis vincula
peccati: etiam ipſi in ſimilitudine preuaricationis ade: ad il-
lam preuaricationem pertinere monſtrantur: que data lege
Geñ.3. in paradiſo prima ꝯmiſſa eſt: Ac per hoc recte nullo prorſus
Ro.2. excepto: preuaricatores eſtimantur omnes peccatores ter-
re. Omnes autem peccauerunt et egent gloria dei. Omnes
igitur preuaricantes gratia ſaluatoris inuenit: alios magis:
alios minus. Quanto enim legis maior in quocunq; cogni-
tio: tanto minor peccati excuſatio: Quanto minor pecca-
ti excuſatio: tanto manifeſtior preuaricatio. Reſtabat er-
go vt omnibus non ſua ſed dei: idest a deo donata iuſti-
Ro.3. tia ſubueniret. Unde ait apoſtolus: Per legem cognitio
Ibidem. peccati. Non ergo ablatio ſed cognitio. Nunc autē ſine lege
G inquit iuſticia dei manifeſtata eſt: teſtificata per legē τ pro-
al† Ideo. phetas. Proinde etiam iſte ſubiungit: ⌊ † Propterea: ⌋ in-
quit: ⌊ dilexi teſtimonia tua: ⌋ Tanꝗ diceret: Quoniā lex
ſiue in paradiſo data: ſiue naturaliter inſita: ſiue in literis pro-
mulgata: preuaricatores fecit omnes peccatores terre: pro-
pterea dilexi teſtimonia tua: que ſunt in lege tua de gratia
tua: vt non ſit in me iuſtitia mea ſed tua. Lex enī ad hoc pro-
deſt vt mittat ad gratiam: Non ſolum enim quod atteſtatur
manifeſtande iuſtitie dei que ſine lege eſt: verūetiam hoc ip-
2.Cor.3. ſo ꝙ preuaricantes fecit: ita vt etiam quos litera occidit: ad
viuificantem ſpiritum confugere timore compellat: per quē
peccatorum deleatur vniuerſitas: τ recte factorum charitas
inſpiretur. Propterea inquit dilexi teſtimonia tua. Quidā
codices habent ſemper: quidam non habent. Sed ſi eſt ſic:
accipiendum eſt ſemper: vt ſic intelligatur: ꝗdiu hic viuitur.
Hic ſunt enim teſtimonia neceſſaria de lege τ prophetis at-
teſtātia iuſtitie dei qua iuſtificamur gratis: hic ſunt τ noſtra
teſtimonia neceſſaria: pro quibus ipſam que hic agitur vitā
martyres finierūt. Cognita itaq; dei gratia que ſola liberat
H a preuaricatiōe: que legis cognitiōe cōmittitur: orādo dicit.
al† nō h̄z. ⌊ Confige † clauis † a timore tuo carnes meas. ⌋ Sic enī
al† nō h̄z. expreſſius interpretati ſunt quidam noſtri: qḋ grece vno ver-
bo dici potuit: idest Καθήλωσον: ⌋ Hoc alij confige dicere vo-
luerunt: nec addiderunt clauis: atq; ita dum volunt vno ver-
bo grecū vnum latinum interpretādo reddere: ſententiā mi-
nus explicauerunt: quī in eo quod eſt confige non ſonant cla-
ui: Καθήλωσον autem ſine clauis intelligi nō poteſt: nec niſi
duobus verbis latine dici poteſt: ſicut dictū eſt Confige cla-
uis. Ubi quid vult intelligi: niſi qḋ ait apoſtolus: Mihi autē
abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti: per quem Gal.6.
mihi mundus crucifixus eſt: τ ego mundo? Et iterum in chri-
ſto inquit confixus ſum cruci: Uiuo autem iam non ego: vi- Gal.2.
uit vero in me chriſtus. Qḋ quid eſt aliud: niſi non eſt in me Phil.3.
iuſtitia mea: que ex lege eſt: in qua p̄uaricator effectus ſum:
ſed iuſtitia dei: idest que mihi ex deo eſt: nō ex me? Sic quip-
pe in me viuit non ego ſed chriſtus: qui factus eſt nobis ſa-
pientia a deo: τ iuſtitia: τ ſanctificatio: τ redemptio: vt quēad- 1.Cor.1.
modū ſcriptum eſt: Qui gloriatur: in domino glorietur. Itē Hiere.9.
dicit: Qui autē ſunt ieſu chriſti: carnem ſuam crucifixerunt Gal.5.
cum paſſionibus τ concupiſcentijs. Cum hic dictum ſit ꝙ ip-
ſi crucifixerunt carnem ſuā: in iſto tamen pſalmo deus roga-
tur vt id faciat: cui dicit̄: Confige clauis a timore tuo carnes
meas: vt intelligamus etiā id quod recte facimus gratie dei
eſſe attribuendū: qui in nobis operatur τ velle τ operari pro Phil.2.
bona voluntate. Sed quid ſibi vult quod cum dixiſſet: Con-
fige clauis a timore tuo carnes meas: addidit: ⌊ A iudicijs
enim tuis timui? ⌋ Quid eſt cōfige a timore tuo? Timui enī.
Si enim iā timuerat vel timebat: cur adhuc vt a timore ſuo I
deus crucifigeret carnes ſuas orabat? An addi ſibi volebat
timorem: vt tantum timeret quantū ſufficeret crucifigendis
ſuis carnibus: idest cōcupiſcentijs: affectibuſq; carnalibus?
tanꝗ dicens: Perfice in me timorem tuum: timui enim a iu-
dicijs tuis? Sed eſt hic alius altior ſenſus quātum deus do- K
nat ſcrutato ſinu ſcripture huius eruendus. Confige inquit Pō.18.
clauis a timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui:
hoc eſt a timore tuo caſto: qui permanet in ſeculū ſeculi: car-
nalia mea deſideria comprimantur: a iudicijs enim tuis ti-
mui: cum mihi lex minaretur penam: que mihi non poterat
dare iuſtitiam. Sed hunc timorem quo pena metuitur con-
ſummata charitas foras mittit: que non timore pene: ſed de- 1.Ioan.4.
lectatione iuſtitie liberos reddit. Timor namq; iſte quo non Super ca
amatur iuſtitia ſed timetur pena: ſeruilis eſt: quia carnalis nonicam.
eſt: τ ideo non crucifigit carnem Uiuit enim peccandi volū- Ioh̄·trac.
tas: que tunc apparet in opere quando ſperatur impunitas 9.L.
Cum vero pena creditur ſecutura: latenter viuit: viuit tamē.
Mallet enim licere τ dolet non licere qḋ lex vetat: quia non
ſpiritaliter delectatur eius bono: ſed carnaliter malum me-
tuit quod minatur. Timore autem caſto ipſa que hunc timo- Pō.18.
rem foras mittit: peccare timet charitas etiā ſi ſequatur im- 1.Ioan.4
punitas quia nec impunitatem iudicat ſecuturam: quando
amore iuſtitie peccatum ipſum deputat penam. Tali timore
carnes crucifiguntur: quoniam carnales delectationes que
legis litera vetantur potius ꝗ vitantur: ſpiritualium bono-
rum delectatione vincuntur: τ eadem vſq; ad perfectionem
creſcente victoria perimuntur. Ergo confige clauis inquit a
timore tuo carnes meas: a iudicijs enī tuis timui: hoc eſt da
mihi caſtum timorem: ad quem petēdum me tanꝗ pedago-
gus timor legis ille pduxit: quo timore a iudicijs tuis timui.

¶ Explicit Sermo viceſimuſquintus.

¶ Incipit Sermo viceſimuſſextus de verſu pſalmi: Feci iu-
dicium τ iuſticiā: ne tradas me calūniantib⁹ me τ reliqua.

Eyn. ע

Iſtos magni pſalmi huius verſus conſiderandos nūc
ſuſcepimus atq; tractandos: ⌊ Feci iudicium τ iuſtitiā
† ne tradas me † nocentibus me. ⌋ Non mirum eſt eum fe-
ciſſe iudicium τ iuſtitiam: qui ſuperius popoſcerat a timore
dei vtiq; caſto cōfigi clauis carnes ſuas: hoc eſt carnales cō- Als † non.
cupiſcentias: que ſolent quo minus rectum ſit noſtrum im- † calūnian
pedire iudicium. Quamuis autem ſiue rectum ſiue prauum tibus.
in noſtri ſermonis vſu iudiciū nūcupetur: vnde hominibus Pō.18.
in euangelio dicitur: Nolite iudicare perſonaliter: ſed rectū Ioan.7.
iudicium iudicate: tamen hoc loco ita poſitum eſt iudicium:
tanꝗ ſi hoc rectum non fuerit: non debeat iudicium nomina-
ri: alioquin non ſufficeret dicere: feci iudicium: ſed diceretur De tpe ſ.
feci rectū iudiciū. Hoc genere locatus eſt dñs ieſus: vbi ait: 236.L:
Reliquiſtis grauiora legis: iudicium: τ miſericordiā: τ fidē. Mat.23.

Et hic enī

Et hic enim iudicium ſic poſitum eſt: tanq̃ non ſit iudicium
ſi peruerſum eſt. Et multis diuinarum ſcripturarũ locis ita
Pſ.100. ponitur: quale illud eſt: Miſericordiã ⁊ iudicium cantabo ti
Eſa.5. bi domine: Et illud apud Eſaiam: Expectaui vt faceret iudi
cium: fecit autem iniquitatem: non ait: expectaui vt faceret
iudiciu iuſtum: fecit autem iniquũ: ſed tanq̃ ideo iã iudiciũ
B ſit: q: iuſtũ eſt: nec ſit iudiciũ qd iniuſtũ eſt. Iuſtitia vero nõ
ſolet dici bona iuſtitia vel mala iuſtitia: ſicut aliquando dici
tur bonum malum ve iudiciũ: ſed eo ipſo iam bona eſt: quia
iuſtitia eſt. Sic ergo habet conſuetudo loquendi: vt dicatur
et bonum iudiciũ: ⁊ malum iudicium: quemadmodũ habet
vt dicatur: ⁊ bonus iudex: ⁊ malus iudex. Sic autem non di
citur bona iuſtitia vel mala iuſtitia: ſicut non dicitur bonus
iuſtus vel malus iuſtus: quia cõtinuo bonus quiſq; ſi iuſtus.
2.ſent.diſ. Iuſtitia ergo virtus eſt animi magna p̃cipueq; laudabilis:
27.ca.1. de qua nunc eſt copioſius diſputandi neceſſitas. Iudicium
vero quando non niſi in bono ponitur: diſtinctior loquendi
ratio huius virtutis eſt operatio. Qui enim habet iuſtitiam
recte iudicat: immo ſcd̃m iſtam locutionem qui habet iuſti
tiam iudicat: q: nec iudicat ſi non recte iudicat. Iuſtitie no
mine hoc loco non ipſa virtus: ſed opus eius ſignificatũ eſt.
Ro.4. Quis enim fecit in homine iuſtitiã: niſi qui iuſtificat impiũ?
Hoc eſt per gratiã ſuã ex impio facit iuſtum. Unde ait Apo
Ro.3. ſtolus: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Facit ergo iu
ſtitiam: id eſt opus iuſtitie: qui habet in ſe iuſtitiã: id eſt opus
C gratie. Feci inquit iudicium ⁊ iuſtitiam: ne tradas me nocẽ
tibus me: id eſt feci iudicium iuſtum: ne tradas me illis qui
propterea me perſequuntur. Nam etiam quidã codices ha
bent: ne tradas me perſequentibus me. Qđ enim grece di
ctum eſt τοις αντιδικουσι: quidam interpretati ſunt nocen
tibus: quidam perſequentibus: quidam calũniantibus. Mi
ror autem omnium quos in promptu habere potui codicum
nunq̃ me legiſſe aduerſantibus: cum ſine cõtrouerſia quod
grece αντιδικος: hoc latine aduerſarius appellatur. Orãs
itaq; ne tradatur a domino aduerſantibus ſibi: quid orat: ni
Mat.6. ſi qđ oramus cum dicimus: Ne nos inferas in temptationẽ?
1.theſſa.3. Aduerſarius eſt enim de quo dicit Apoſtolus: Ne forte tem
ptauerit vos qui temptat: Et tradit deus quem deſerit. Eũ
Pſ.29. quippe ille non decipit quem iſte non deſerit: in voluntate ſua
preſtans decori domino virtutem. Ab illo autem qui dixe
Ibidem. rat in abundantia ſua: non mouebor in eternum: auertit fa
ciem ſuam ⁊ factus eſt conturbatus: ſibiq; monſtratus. Qui
Pſ.18. quis igitur a timore dei caſto crucifixas habet carnes ſuas:
et nulla carnali corruptus illecebra facit iudicium opuſq; iu
ſtitie: orare debet ne aduerſantibus tradatur: id eſt ne timẽ
do perpeti mala: ad facienda mala perſequentibus cedat. A
quo enim accipit victoriam concupiſcentie ne voluptate per
trahatur: ab illo etiam robur patientie ne dolore frangatur
quoniam de quo dicitur: Dominus dabit ſuauitatem: de illo
Pſ.84. etiam dicitur: Ab ipſo eſt enim patientia mea. Deniq; ſequi
al' † ſuſcipe tur: ⌊ Excipe ſeruum tuum in † bono: † vt non calumnien
† bonum. tur me ſuperbi. ⌋ Illi impellunt vt cadam in malum: tu ex
al. † nõ hz. cipe in bonum. Qui autem interpretati ſunt non calumnien
tur me: grecam locutionem ſecuti ſunt latine lingue minus
vſitatam. An forte hanc habet vim cum dicitur: non calum
nientur me quam haberet ſi diceretur: non me capiant calũ
niando? Multe autem poſſunt intelligi calumnie ſuperbor:
a quibus humilitas chriſtiana deſpicitur: ſed illa vel maxima
eſt: ſi homines hoc loco accipiuntur ſuperbi: qui a nobis mor
tuum calumnientur coli. Humilitas quippe ipſa chriſtiana
chriſti morte inſinuatur: cõmendaturq; diuinitus. Hec autẽ
calumnia vtriſq; infidelibus: id eſt iudeis gentibuſq; cõmu
nis eſt. Habent calumnias ſuas etiam heretici ſingulis qui
buſq; hereſibus proprias: Habent ⁊ ſchiſmatici: quos omnes
ſuperbia de membrorum chriſti compage precidit. Ipſius
autem diaboli calumnia quanta vel qualis ſit: qua calũnia
tus eſt iuſto dicens: Nunquid gratis colit iob deum? Quo
Iob.1. rum omnium calumnie ſuperborum tanq̃ colubrorum vene
na dicuntur: cum vigilantiſſima ⁊ diligentiſſima pietate chri
ſtus crucifixus attendit: Propter quod prefigurandũ moy
numeri.21 ſes deo miſerante ac iubente exaltauit in eremo ſimilitudi
Ioan.3. nem ſerpentis in ligno: vt ſimilitudo carnis peccati crucifi
genda prefiguraretur in chriſto. Hanc intuentes ſalutiferã

crucem: omne calumniantium ſuperborũ virus expellimus.
Quam prorſus etiam iſte quodãmodo valde intente intuẽs
ait: ⌊ Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: ⁊ in eloquium E
iuſtitie tue. ⌋ Chriſtum quippe ipſum deus propter ſimilitu Ro.8.
dinem carnis peccati: peccatũ pro nobis fecit: vt nos ſimus
iuſtitia dei in ipſo. In huius igitur eloquium iuſtitie dei de
feciſſe dixit ardenter oculos ſuos ⁊ ſitienter intuendo: dum
memor infirmitatis humane: diuinam chriſti deſiderat gra
tiam. Propter quod ſequitur: ⌊ Fac cum ſeruo tuo ſecundũ
miſericordiam tuam: ⌋ Non vtiq; ſecundum iuſtitiã meam.
⌊ Et iuſtificationes: ⌋ inquit: ⌊ tuas doce me: ⌋ Illas pro
culdubio quibus deus facit iuſtos: non ipſi ſe. ⌊ Seruus tuus
ſum ego. ⌋ Neq; enim bene mihi ceſſit quando eſſe volui li
ber meus: non ſeruus tuus. ⌊ Da mihi intellectum: vt † ſciã al' † diſcã.
teſtimonia tua. ⌋ Nunq̃ intermittenda eſt iſta petitio. Non
enim ſufficit accepiſſe intellectum ⁊ dei teſtimonia didiciſſe:
niſi ſemper accipiatur: et quodãmodo ſemper bibat de fonte
lucis eterne. Teſtimonia quippe dei quanto ſit quiſq; intel
ligentior: tanto magis magiſq; ſciũtur. ⌊ Tempus: ⌋ inquit: F
⌊ faciendi domino: ⌋ Id enim plures codices habent: nõ vt
quidã ⌊ domine. ⌋ Quod ergo tempus vel quid faciẽdi vo
luit intelligi domino? Illud quidem quod pauloante dixe
rat: Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuã: hoc fa
ciendi tempus domino. Quid eſt autem: niſi gratia que in
chriſto ſuo tempore reuelata eſt? De quo tempore ait apoſto
lus: Cum autem venit plenitudo temporis miſit deus filiũ Gal. 4.
ſuum. Propter qđ alibi etiam teſtimoniũ ſuum propheticũ Eſa.49.
adiungens: vbi dixit: Tempore placito exaudiui te: et in die 2.Cor.6.
ſalutis adiuui te: Ecce nunc inquit tempus acceptabile: Ec
ce nunc dies ſalutis. Sed quid eſt q' tanq̃ volens oſtendere
tempus domino eſſe faciendi: continuo ſubiunxit: ⌊ Diſſipa
uerunt legem tuam: ⌋ Uelut propterea tempus eſſet facien Ro.10.
di domino: quia eius legem diſſipauerunt ſuperbi: qui igno
rantes dei iuſtitiam et ſuam querentes ſtatuere: iuſtitie dei
non ſunt ſubiecti? Quid eſt enim: diſſipauerunt legem tuam
niſi preuaricationis iniquitate: eius integritatem non cuſto
dierunt? Oportebat ergo vt ſuperbis ⁊ de libertate ſui arbi
trij preſumentibus lex daretur: qua preuaricata quicũq; cõ
puncti humiliarentur: non iam per legem ſed per fidem ad
ſubuenientem currerent gratiam. Diſſipata ergo lege tem
pus fuit vt per vnigenitum filium dei miſericordia mittere
tur. Lex enim ſubintrauit vt abundaret delictum: quo deli Ro.5.
cto lex diſſipata eſt: ⁊ oportuno iam tempore chriſtus adue Ibidem.
nit: vt vbi abũdauit delictũ ſuperabũdaret gratia. ⌊ Ideo: ⌋ G
inquit: ⌊ dilexi mandata tua: ſuper aurum ⁊ topazion. ⌋ Id
agit gratia: vt dilectione impleantur mandata dei: que timo Ibidem.
re non poterant. Gratia quippe dei diffunditur charitas in
cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt nobis. Pro
pter qđ ⁊ ipſe dominus dicit: Non veni legem ſoluere: ſed ad Mat.5.
implere. Et idem Apoſtolus: Plenitudo legis charitas eſt: Ro.13.
Ideo ſuper aurum ⁊ topazion. Hoc enim ⁊ in alio pſalmo le
gimus: Super aurum ⁊ lapidem precioſum multum: Topa Pſ.18.
zion quippe lapidem multum perhibent eſſe precioſum. In
teſtamento autem veteri latentem gratiam tanq̃ velo inter
poſito non intelligentes: quod ſignificabatur quando in fa
ciem moyſi intendere non valebant: propter mercedem ter Exod.34.
renam atq; carnalem dei mandata facere conabantur: neq; 2.Cor.3.
faciebant: quia non ipſa ſed aliud diligebant: Unde illa non
erant opera volentium: ſed onera potius inuitorũ. Cum ve
ro ipſa mandata diliguntur ſuper aurum et lapidem precio
ſum multũ: omnis pre ipſis mandatis terrena vilis eſt mer
ces: nec vlla ex parte cõparantur: quecunq; alia hominis bo H
na his bonis quibus ipſe ſit bonus homo. ⌊ Propterea: ⌋ al' † dirige
inquit: ⌊ ad oĩa mãdata tua † corrigebar. ⌋ Utiq; corrigebar bar.
quia diligebam: atq; illis rectis vt etiam ipſe rectus fierem: al' † cor di
dilectione cohærebam. Iam illud quod adiungit conſequẽs rigebam.
erat. ⌊ Omnẽ: ⌋ inquit: ⌊ viam † iniquitatis odio habui. ⌋ al' † iniquã
Unde enim fieri poterat vt iniquam viã non odiſſet diligens
rectam? Nam ſicut aurum ⁊ lapidem precioſum ſi diligeret:
odiſſet profecto quicquid ei talium rerum damnum poſſet
inferre: Ita quoniam dei mandata diligebat: qui iniquita
tis viam odio habuit: quemadmodũ aliquod immaniſſimũ
marini itineris ſaxum declinabat: vbi tam precioſarum rerũ

neceſſe eſt pati naufragiū. Qōvt non contingat longe inde
velificat: qui in ligno crucis cum mandatorum diuinorum
mercibus nauigat.

B ¶ Explicit Sermo viceſimuſſextus.

Pe. ¶ Incipit Sermo viceſimuſſeptimus de verſu pſalmi: Mi
rabilia teſtimonia tua domine ꝛc.

D Verba pſalmi hec ſunt: de quibus adiuuante dño diſpu
tauri ſumus: ⌊ Mirabilia teſtimonia tua †: † ꝑpter
hoc ſcrutata eſt ea anima mea. ⌋ Quis enumerat ſaltē ge
Al's † dñe. neratim teſtimonia dei? Celū ꝛ terra viſibilia opera eius: di
† ideo. cant: quodāmodo teſtimoniū bonitatis ꝛ magnitudinis eı':
et ipſe curſus frequens vſitatuſq; nature: quo temporū rapa
citas voluitur: In rerū quarūcunq; generibus: q̄uis tempo
ralibus atq; mortalibus que certe conſuetudine viluerant:
ſi pius conſiderator aduertat: perhibent teſtimoniū creato
ri. Quid aūt hoꝝ eſt quod non ſit mirabile: ſi vnūquodq; nō
vſu ſed ratione metiamur? Si vero tanq̄ ſubvnius contēpla
Abac. 3. tionis aſpectu velut audeamus cuncta contueri: nonne fit in
nobis quod ait propheta: Conſideraui opera tua ꝛ expaui?
Et tamen iſte nō eſt ipſa rerū admiratione perterritus: ſed
etiā potius dixit eſſe cauſam: cur ea debuerit ſcrutari: q: mi
B ra ſunt. Cū enim dixiſſet: Mirabilia teſtimonia tua: ſecutus
adiunxit: propter hoc ſcrutata eſt ea aīa mea: quaſi factus
ſit ipſe ꝑ inueſtigandi difficultatē curioſior. Quāto enī que
q; res abſtruſiores habet cauſas: tāto eſt mirabilior. Si er
go nobis homo talis occurrat: qui propter hoc dicat ſe ſcru
tari teſtimonia dei: q: mirabilia ſunt: eis plena ſit eis: ꝛ que
Eccli. 3. conſpicitur: ꝛ que non conſpicit vniuerſa creatura: nōne cō
peſcimus eum dicentes: Altiora te ne queſieris: ꝛ fortiora te
ne ſcrutatus fueris: ſed que precepit tibi dñs illa cogita ſem
per? Sed ſi nobis reſpondeat ꝛ dicat: Hec ipſa que precepit
dominus: ꝛ que iubet vt cogitentur: mirabilia ſunt eius teſti
monia: eum quippe dñm: q: iubet: ꝛ bonū ꝛ magnū: q: talia
iubet: eſſe teſtantur: nunquid audebimus hominē ab eorum
ſcrutatione reuocare: ac nō potius vt ſedulo id agat: ꝛ tante
rei operā quantā poteſt impēdat hortabimur? An forte dei
precepta teſtimonia quidem bonitatis eius eſſe fatebimur:
ſed mirabilia eſſe negabimus? Quid enim mirū ſi bona im
perat bonus dñs? Immovero idipſū eſt omnino mirandū:
et cur ita ſit perſcrutandū: q̄ cū deus bonus bona preceper
rit: eis tamen dederit bonā legē: quos eadem lex viuificare
Gal. 3. non poſſet: nec vlla eſſet ex bona lege iuſticia. Si enim data
eſſet lex que poſſet viuificare: omnino ex lege eſſet iuſticia.
Cur ergo data eſt que viuificare non poſſet: et ex qua eſſet
nulla iuſticia? Nempe mirandū eſt: nēpe ſtupendū. Hec ſunt
Eccli. 3. ergo mirabilia teſtimonia dei: ꝑpter hoc huius anima ſcru
tata eſt ea: quoniā deinde debilis nō ei dici poſſit: Fortiora
te ne ſcrutatus fueris: ꝛ que precepit tibi dñs illa cogita ſem
per. Ipſa ſunt enim que precepit nobis dominus: ꝛ ideo co
C gitanda ſunt ſemper. Potius itaq; videamus huius anima
al' † decla que ſcrutata eſt quid inuenerit. ⌊ † Manifeſtatio: ⌋ inquit
ratio ſer ⌊ verborum tuoꝝ illuminat: ꝛ † intelligere facit paruulos. ⌋
monum. Quid eſt paruulus: niſi humilis ꝛ infirmus? Noli ergo ſuper
† itellectū bire: noli de tua que nulla eſt virtute preſumere: ꝛ intelliges
dat puulis quare ſit a bono deo bona lex data: que tamen viuificare nō
Gal. 4. poſſit. Ad hoc enim data eſt: vt te de magno paruulum face
ret: vt te ad faciendam legem vires de tuo non habere mō
ſtraret: ac ſic inops indignus ꝛ egenus ad gratiam confuge
Ps. 6. res ꝛ clamares: Miſerere mei domine quoniā infirmus ſum
Hoc ergo ſcrutando intellexit hic paruulus: quod minimus
apoſtolorum paulus: idest paruulus oſtendit: ideo datā le
Gal. 3. gem que viuificare non poſſet: quia concluſit ſcriptura om
nia ſub peccato: vt promiſſio ex fide ieſu chriſti daretur cre
dentibus. Ita domine: ita fac miſericors domine: Impera
quod non poſſit impleri: immo impera qđ non niſi per tuā
Ro. 3. gratiam poſſit impleri: vt cū homines per ſuas vires id ad
implere nequiuerint: omne os obſtruatur ꝛ nemo ſibi ma
gnus videatur. Sint omnes paruuli: ꝛ reus fiat omnis mū
dus tibi: quia non iuſtificabitur ex lege omnis caro corā te
Ibidem. deo. Per legem enim cognitio peccati: Nunc autem ſine le
ge iuſticia tua manifeſtata eſt: teſtimonium habens a lege ꝛ
prophetis. Hec ſunt mirabilia teſtimonia tua: que ſcrutata
eſt anima paruuli huius: ꝛ ideo inuenit quia humiliatus eſt:

et paruulus factus eſt. Quis enim facit mādata tua ſicut fa
cienda ſunt: idest ex fide que per dilectionem dei operatur: Gal. 5.
niſi eius in corde per ſpiritū ſanctum ipſa dilectio diffundat? Ro. 5.
Hoc etiam iſte paruulus confitetur. ⌊ Os meum: ⌋ inquit: D
⌊ aperui ꝛ attraxi ſpiritū: quia mandata tua deſiderabā. ⌋
Quid deſiderabat: niſi facere mādata diuina? Sed nō erat
vnde faceret infirmus fortia: et paruulus magna. Aperuit
os confitens q̄ per ſe ipſe non faceret: ꝛ attraxit vnde face
ret. Aperuit os petendo: querendo: pulſando: ꝛ ſitiens hau Mat. 7.
ſit ſpiritum bonū: vnde faceret quod per ſeipſum non pote Ro. 7.
rat: mandatum ſanctum ꝛ iuſtum ꝛ bonum. Si enī nos cum Mat. 7.
ſimus mali: nouimus bona data dare filijs noſtris: quanto
magis pater noſter de celo dabit ſpiritū bonum petentibus Ro. 8.
eum? Non enim qui ſpiritu ſuo agunt: ſed quotquot ſpiritu
dei aguntur: hi filij ſunt dei: nō quia ipſi nihil agūt: ſed ne ni
hil boni agant a bono aguntur vt agant. Nam tanto magis
efficitur quiſq; filius bonus: quāto largius ei datur a patre
ſpiritus bonus. Deniq; iſte adhuc petit: Os quidem ape
ruit et attraxit ſpiritum: ſed adhuc ad patrem pulſat ꝛ que E
rit. Bibit: ſed quanto ſuauius ſenſit: tanto ardentius adhuc
ſitit. Audi verba ſitiētis: ⌊ † Reſpice in me ꝛ miſerere mei: al' † aſpice.
ſm iudicium diligentiū nomen tuum: ⌋ Idest ſm iudicium
quod in eos feciſti: qui diligunt nomen tuum: quoniā vt dili
gerent te: prius dilexiſti eos. Sic enim Joannes apoſtolus: 1. Joan. 4.
Nos diligimus inquit deum: Et velut cauſa quereretur qua Ibidem.
re nos diligere fecit: adiunxit. Quoniā ipſe prior dilexit nos.
Uide et iſte quid apertiſſime dicat: ⌊ Greſſus meos dirige Al' † iniuſti
ſm eloquium tuū: ꝛ non dominet mei omnis † iniquitas. ⌋ cia.
Ubi quid aliud dicit: q̄ rectū et liberū me fac ſm promiſſum
tuū? Quanto enim magis regnat in vnoquoq; dei charitas:
tāto minus ei dominat iniquitas: Quid ergo aliud petit: q̄
vt donāte deo diligat deū? Diligēdo enī deū: diligit ſeipſum
vt diligere ſalubriter poſſit ꝛ proximū ſicut ſeipſum. In qui Mat. 22.
bus preceptis tota lex pendet et prophete. Quid igit orat:
niſi vt precepta que deus imponit iubēdo: impleri faciat ad F
iuuando? Sed quid eſt quod dicit: ⌊ Redime me a calūnijs
hominū: vt cuſtodiā mādata tua? ⌋ Si vera illi homines cri
mina obijciūt nō calūniant: Si falſa: quid eſt q̄ ſe redimi de
ſiderat a calūnijs: idest a criminib' falſis: que illi nocere non
poſſunt? Crimen quippe falſum quod eſt calūnia: reum non
facit hominē: niſi apud iudicē hominē. Ubi autē deus iudex
eſt: nullus falſo crimine leditur: q: non cui obijcit: ſed obijciē
ti potius imputat. An hic eccleſie preſignat oratio ꝛ vniuerſi
populi chriſtiani qui redemptus eſt a calūnijs hominū: qui
bus exagitabantur vſquequaq; chriſtiani? Sed nunquid pro
pterea dei mandata non cuſtodit? Nonne inter ipſas calum
nias quādo feruebant: multo glorioſius populus ſanctus in
tribulationibus dei mandata ſeruabat: cū ad perpetrandas
impietates perſequētibus nō cedebat? Sed nimirū hoc eſt:
Redime me a calūnijs hominū: vt cuſtodiam mandata tua:
Tu age infuſo ſpū tuo: ne me calūnie hominū terroribus vin
cant: ꝛ a tuis mandatis ad ſua mala facta traducant. Si enī
hoc mecū egeris: idest hoc modo me ab eorum calūnijs: ne
criminationes eorum falſas quas obijciunt pertimeſcā: cum
patientia donata redemeris: inter ipſas calūnias cuſtodiā
mandata tua. ⌊ Faciem tuam ⌋ inquit: ⌊ illumina ſuper ſer G
uum tuū: ⌋ Idest tuā manifeſta ſubueniendo ꝛ opitulando Al's † doce
preſentiā: ⌊ Et † docendo iuſtificationes tuas. ⌋ Doce vtiq; me.
q̄ vt faciā qđ euidentius alibi legit. Doce me vt faciā volun Ps. 142.
tatem tuā. Qui enim audiunt: licet memoria teneant quod
audiunt: nequaq̄ didiciſſe putandi ſunt: ſi non faciunt: Veri Joan. 6.
tatis nāq; verbū eſt: Omnis qui audiuit a patre ꝛ didicit: ve
nit ad me. Qui ergo nō facit: idest nō venit: non didicit. Re
colens aūt iſte dolorē penitentie preuaricationis ſue: ⌊ Exi Al' † decur
tus aquarum ⌋ inquit: ⌊ † deſcenderunt oculi mei: q: nō cu rerunt.
ſtodierunt legem tuam: ⌋ Idest ipſi oculi mei. Nam in qui
buſdam codicib' ꝛ hoc legit: q: nō cuſtodiui legē tuā: Deſcē
derunt ergo exitus aquarū: idest effuſiones lachrymarū. Et
ea locutione qua dicere potuit: Mōtes deſcenderūt pedes
mei: ꝛ ſi nō diceret per mōtes vel in mōtes: ea locutione di
citur ſcalas deſcēdit: etſi nō dicat per ſcalas: aut piſcinā de
ſcendit: ꝛ ſi nō dicat in piſcinā. Et bene ait: deſcenderūt: hu
militate, ſcȝ penitendi. Aſcenderāt enī: quando per ſuperbiā
contumacem

contumacem erecti fuerant ⁊ elati. Surſum enim ſibi eſſe vi
Ro.10. debantur: quando ignorantes dei iuſticiā conſtituere volebāt
ſuam: In qua fatigati ⁊ legis preuaricatione confuſi: ab illa
elatione deſcenderunt flendo: vt iuſticiā dei potius impetra
rent petendo. Sunt codices qui non habent deſcenderunt:
ſed ⌊tranſierunt:⌋ tanq̄ exaggeranter diceret trāſiiſſe ſe flē
do fontes aquarū: vt hoc intelligamus exitus aquarū: plus
fleuiſſe q̄ manant aque de ſuis exitibus. Cur aūt nō cuſtodi
ta lege ſic fletur: niſi vt impetret gratia que penitentis de
let iniquitatem: ⁊ credentis adiuuat voluntatem?

¶ Explicit Sermo viceſimuſſeptimus.

¶ Incipit Sermo viceſimuſoctauus.

A DIxerat ſuperius qui cātat hunc pſalmū: Exitus aqua
rum deſcenderunt oculi mei: qm̄ nō cuſtodierūt legē
tuā: vbi ſe multū fleuiſſe teſtatus eſt p̄uaricationē ſuā. Pro
inde velut rationē reddens: cur multū flere debuerit: ⁊ ſuū
Zadik. grauiter dolere peccatū. ⌊Iuſtus es:⌋ inquit: ⌊dn̄e: ⁊ re
ctum iudiciū tuū. Mandaſti iuſticiā teſtimonia tua: ⁊ verita
tem tuā valde.⌋ Hec itaq̄ iuſticia dei rectūq̄ iudiciū ⁊ ve
ritas: omni eſt metuenda peccanti. Huc enim dānant diuini
tus quicūq̄ damnant: nec eſt oīno qui de ſua dānatione cō
tra deū iuſtum recte conqueri poſſit. Inde fletus rectus eſt
penitentis: qm̄ ſi cor eius impenitēs damnaret: iuſtiſſime vti
q̄ damnaret. Sane iuſticiā dicit teſtimonia dei. Iuſtū q̄p
pe ſe probat mandando iuſticiā. Eſt enī hec veritas vt deus
B teſtimonijs talibus innoteſcat. Sed quid eſt quod ſequitur:
al' † tabeſ ⌊† Tabefecit me zelus meus:⌋ Uel ſicut alij codices habēt
cere me fe ⌊zelus tuus?⌋ Habent nōnulli etiā ⌊domus tue:⌋ Et nō
cit. tabefecit me: ſed ⌊comedit me.⌋ Qd̄ et alio pſalmo quan
Ps̄.68. tum mihi videt putandū eſt emendandū: vbi ſcriptū eſt: Ze
Ioan.2. lus tue comedit me: Qd̄ cōmemoratū etiā in euāgelio noui
mus. Similē tñ aliquid eſt tabefecit ei qd̄ ibi eſt comedit.
Zelus aūt meus qd̄ plures codices habēt: nullā ingerit que
ſtionē. Quid enī mirū eſt: ſi zelo ſuo quiſq̄ tabeſcit? Qd̄ ve
ro habent aliqui: zelus tuus: ſignificat hominē deo zelante:
2.Cor.11. nō ſibi: ſed nō repugnat ſi ipſe dicat ⁊ meus. Nā quid aliud
dicit apoſtolus: Emulor enī vos deo emulatione dei? Nā di
cendo: Emulor vos: quid niſi emulationē demonſtrat ſuā?
Sed, q2 dixit deo: id eſt nō ſibi ſed deo: ideo addidit: emula
tione dei. Hāc quippe ſuo ſpiritu fidelib' ſuis inſpirat deus:
Ibidem. Amoris enī eſt nō liuoris. Quū que fuit cauſa vt hoc apoſtol'
diceret? Aptaui enī vos inquit vni viro virginē caſtā: exhibe
re chriſto. Timeo aūt ne ſicut ſerpens euā ſeduxit verſutia
ſua: ſic ⁊ veſtre mentes corrūpant a ſimplicitate ⁊ caſtitate q̄
eſt in chriſto. Comedebat eū zelus dom' dei: quā tamē zela
bat chriſto nō ſibi. Sponſus enī ſibi zelat ſponſam ſuā: ami
cus vūt ſponſi: non eā ſibi zelare debet ſed ſpōſo. Bonus er
Alias † ver go ⁊ huius intelligendus eſt zelus. Cauſam nāq̄ ſubiūgit ⁊
ba mea. dicit: ⌊Quia obliti ſunt † verbor̄ tuor̄ inimici mei:⌋ Retri
buebant ergo mala pro bonis: qm̄ zelabat illos deo tam ve
hementer ⁊ ardēter: vt eo zelo tabefactū ſe diceret: Illi aūt
ob hoc in ipſum inimicitias exercebāt: q2 vtiq̄ vt deū ama
rent volebat: quos amādo zelabat. Nō ingratus enī gratie
dei: per quā fuerat ex inimico recōciliatus deo: etiā ipſe ſuos
diligebat inimicos: ⁊ eos zelabat deo: dolens ⁊ tabeſcens q̄
eſſent verbor̄ dei eius obliti. Deinde cōſiderans ipſe in ver
C bis dei: qua flāma dilectionis arderet: ⌊Ignitū:⌋ inquit:
Al' † vehe eloquiū tuum † valde: ⁊ ſeruus tuus dilexit illud.⌋ Merito
menter. zelabat in ſuis inimicis cor impenitēs: qui fuerāt obliti ver
al' † adoleſ borum dei. Ad hoc enim flagrabat eos adducere: qd̄ ipſe fla
centulus. grantiſſime diligebat. ⌊† Iunior ego ſum:⌋ inquit: ⌊⁊ cō
temptus: iuſtificationes tuas nō ſum oblitus:⌋ Nō ſicut ini
mici mei qui obliti ſunt verbor̄ tuor̄. Videt aūt minor etate
nō oblitus iuſtificationes dei dolere pro inimicis ſuis etate
maiorib' qui obliti ſunt. Nā quid eſt: iunior ego nō ſum ob
litus: niſi illi maiores obliti ſunt? νεώτερος: eſt enim grecū:
qd̄ eſt etiam in illo loco vbi dictū eſt: In quo corrigit iunior
viā ſuā: Hoc aūt nomē cōparatiuū eſt: ⁊ ideo bene intelligit
in cōparatione maioris. Duos ergo pp̄los hic agnoſcamus:
Gen.25. qui etiā in Rebecce vtero luctabant: qb̄ nō ex operib' ſed ex
Ro.9. vocāte dictū eſt ei: Maior ſeruiet minori. Sed cōtēptū ſe di
1.Cor.1. cit hic iunior: ideo factus eſt maior: q2 ignobilia ⁊ contēptibi
Mat.20. lia mundi elegit deus: ⁊ ea q̄ nō ſunt tanq̄ ſint: vt q̄ ſunt eua

cuentur: Et ecce ſunt nouiſſimi q̄ erāt primi: ⁊ primi q̄ erant
nouiſſimi. Nec immerito obliti ſunt verbor̄ dei qui ſuā iuſti
tiam cōſtituere voluerūt ignorātes iuſticiā dei: Iſte aūt mi Ro.10.
nor nō eſt oblitus: q2 nō ſuā voluit habere iuſticiā ſed dei. De
qua etiā nūc dicit: ⌊Iuſticia tua iuſticia in eternū: ⁊ lex tua
veritas.⌋ Quō enī nō veritas lex: per quā cognitio peccati:
et que teſtimoniū perhibet iuſticie dei? Sic enī dicit apl's:
Iuſticia dei manifeſta eſt: teſtificata per legē ⁊ prophetas. Ro.3.
Propter hāc paſſus eſt perſecutionē iunior a maiore: vt dice D
ret iunior qd̄ ſequit: ⌊Tribulatio ⁊: † neceſſitas inuenerunt al' † angu
me: mādata tua meditatio mea eſt.⌋ Seuiāt: perſequant: ſtia.
dū tñ mādata dei nō relinquant: ⁊ ex ipſis mādatis etiā qui
ſeuiunt diligant. ⌊† Iuſticia teſtimonia tua in eternū intel al' † equitas
lectum da mihi et viuā.⌋ Intellectū poſcit iſte iunior: quē ſi
nō haberet: nō ſuper ſeniores intelligeret: Sed eū poſcit in
tribulatiōe ⁊ neceſſitate: quo intelligat q̄ ſit contēnendū qd̄
ei poſſunt auferre perſequētes inimici: a quib' ſe dicit eſſe cō
temptū. Ideo dixit: ⁊ viuā: q2 ſi eouſq̄ tribulatio neceſſitas
q̄ peruenerit: vt per inimicor̄ perſequentiū manus vita iſta
finiatur: viuet in eternū qui tēporalibus preponit iuſticiam:
que manet in eternum: Que iuſticia in tribulatione ⁊ neceſſi
tate martyria ſunt dei: hoc eſt teſtimonia: pro quibus ſunt
martyres coronati.

¶ Explicit Sermo viceſimuſoctauus.

¶ Incipit Sermo viceſimuſnonus de eo qd̄ ſequit: Exclā
maui in toto corde: exaudi me dn̄e ⁊c. A

CLamor ad dn̄m qui fit ab orātib': ſi ſonitu corpalis vo
cis fiat: nō intento in dn̄m corde: q̄s dubitet inaniter
fieri: Si aūt fiat corde: etiā ſilente corpis voce: aliū quēlibet
hoīem pōt latere: nō deum. Siue ergo cū voce carnis qn̄ id
opus eſt: ſiue cū ſilentio ad deū cū oramus: corde clamandū
eſt. Eſt aūt clamor cordis: magna cogitationis intentio. Qui
cū eſt in oratione: magnū exprimit deſiderātis ⁊ petētis affe
ctum: vt nō deſperet effectū. Tūc porro i toto corde clamat:
qn̄ aliūde nō cogitat. Tales orationes rare ſunt multis: crebre Aug.
aūt paucis: Utrū vo cuiq̄: neſcio. Talē ſuā cōmemorat oratio
nem q̄ cātat hic pſalmū dicēs: ⌊Clamaui in toto corde meo
exaudi me dn̄e.⌋ Cui enī rei ſuus clamor proficiat: adiūxit:
⌊Iuſtificationes tuas † exquirā.⌋ Ad hoc ergo clamauit
in toto corde ſuo: ⁊ hoc ſibi deſiderauit a dn̄o exaudiēte pre al' † requirā.
ſtari: vt iuſtificationes eius exq̄rat. Proinde qd̄ vt faciamus B
iubet: vt exquiramus orat. Quā lōge eſt adhuc a faciēte qui
exquirit? Nō enī eſt cōſequēs vt q̄ exquirit inueniat: aut qui
inuenit: faciat. Nō aūt pōt niſi inuenerit: facere: ⁊ niſi queſie
rit: inuenire. Sed magnā ſpē dn̄s ieſus dedit dicēdo: Queri
te ⁊ inuenietis. Rurſus aūt dicit ſapiētia (q̄ quid eſt niſi ip Mat.7.
ſe?) Querēt me mali: ⁊ nō inuenient. Nō ergo malis ſ; bonis Prouer.1.
dictū eſt: Querite ⁊ inuenietis: Immo vo eis dictū eſt qbus Mat.7.
eodē loco paulo poſt: Si ergo vos inquit cū ſitis mali: noſtis
bona data dare filijs veſtris: Quō igit malis dicit: Querite
et inuenietis: cū rurſus dicat: Querēt me mali ⁊ nō inuenient
An aliud eos dn̄s q̄ ſapientiā querere volebat: qm̄ eos inuē
turos: ſi quererēt, pmittebat? In ea q̄ppe ſunt oīa q̄ ab eis q̄
beati eſſe cupiūt inquirēda ſunt. Ibi ergo ſunt ⁊ iuſtificatio
nes dei. Quapropter reſtat vt intelligamus non oēs malos
nō inuenire ſapientiā ſi q̄ſierint: ſed eos q̄ in tantū ſunt mali
vt odirent eā. Sic enī ⁊ dixit: Querēt me mali ⁊ nō inuenient s. ps̄. 118.
me. Oderūt enī ſapientiā. Iō ergo nō inueniūt: q2 oderunt. tracta. 1. e.
Sed rurſus ſi oderūt. quō querūt niſi q2 nō eā querūt pp̄ter
ipſam: ſed pp̄ter aliquid qd̄ mali amāt: ⁊ ad hoc ſe facilius pu
tant peruēturos per ipſam? Multi enī ſunt q̄ dicta ſapiētie
ſtudioſiſſime inquirūt: eāq̄ in doctrina nō inuita voliūt habe
re: vt nō per mores quos iubet ſapiētia perueniāt ad dei lu
cem: qd̄ eſt ipſa ſapiētia: ſed per ſermones quos habet ſapiē
tia perueniāt ad hominū laudes: qd̄ eſt vana gloria. Nō er
go ſapientiā querūt: ⁊ quādo eā querūt: q2 nō querūt ipſam:
alioquin viuerent: ſcd̄m ipſam: ſed volunt verbis eius infla
ri: Et quanto magis inflātur: tanto magis efficiuntur extra
ipſam. Iſte autem hoc ipſum poſcens a domino quod eū iu
bet facere dominus: vt ipſe in illo etiā quod imperat opere Phil.2.
tur: Deus eſt enim qui operatur in nobis: ⁊ velle et operari
pro bona voluntate: Clamaui inquit in toto corde meo ex
audi me dn̄e: iuſtificationes tuas exquirā: vtiq̄ faciēdas

C non tant ĩmodo ſciendas:ne ſimilis ſiam illi ſeruo duro:qui
al'† ad te. etiam ſi intellexerit non obaudiet. ⌊ Clamaui † ſaluum me
fac: ⌋ Uel ſicut nõnulli codices habẽt ⁊ greci ⁊ latini: ⌊ Cla
maui te:⁊ ſaluũ me fac. ⌋ Quid eſt clamaui te:niſi clamãdo
Alſ† et. inuocaui te? Sed cum dixiſſet:ſaluũ me fac:quid adiunxit?
Alſ† man ⌊† Ut cuſtodiam † teſtimonia tua. ⌋ Ne te ſcʒ per infirmi
data. tatem negem: Salus quippe anime facit vt fiat qd̃ faciendũ
eſſe cognoſcitur:⁊ vſqʒ ad mortẽ corporis:ſi hoc flagitat ex
trema tẽptatio pro teſtimoniorum diuinorum veritate certet.
Ubi autem non eſt ſalus:ſuccũbit infirmitas:⁊ deſeritur ve
D ritas. Sed qd̃ ſequitur habet aliquid obſcuritatis:quod ali
Al'† in ma quanto diutius exponendũ eſt ⌊ Preueni † intẽpeſta nocte
turitate. et clamaui. ⌋ Plures codices non habent:intẽpeſta nocte:
ſed ⌊ Immaturitate. ⌋ Uix autẽ vnus inuentus eſt qui ha
beret geminatam prepoſitionẽ:ideſt ⌊ In immaturitate. ⌋
Immaturitas itaqʒ in hoc loco nocturnũ tẽpus eſt: qd̃ non
eſt maturũ:ideſt oportunũ vt agatur aliquid vigilando: Qd̃
etiã vulgo dici ſolet:hora importuna. Nox quoqʒ intẽpeſta:
ideſt media:quando quieſcendũ eſt:Hinc proculdubio nũcu
pata eſt:q2 importuna eſt actionibus vigilãtiũ. Tempeſtiuũ
enim:dixerunt veteres oportunũ: Et intempeſtiuũ:importu
num: A tempore ducto vocabulo: Non ab illa tẽpeſtate:que
conſuetudine latine lingue celi perturbatio iam vocat̃: Quãs
q̃ iſto verbo libenter vtuntur hiſtorici:vt dicant ea tẽpeſtas
te:qd̃ volunt eo tẽpore intelligi: Et qd̃ ait locutor egregius:
Uide hec tam clara repente tempeſtas: Non celũ nimbis
ventiſve turbatũ:ſed magis ſubita ⁊ ſplẽdida ſerenitate ful
gidum ſignificauit hoc nomine. Qd̃ ergo grece dictum eſt:
εν ἀωρίᾳ:non vno verbo ſed duobus:ideſt prepoſitione ⁊ no
mine.hoc interpretes noſtri quidã dixerunt:intempeſta no
cte: Plures immaturitate:nõ duobus verbis ſed vno:cuius
vocabuli nominatiuus eſt:immaturitas. Nõnulli vero in duo
bus verbis:ſicut grecus poſuit in immaturitate ἀωρίᾳ quip
pe immaturitas eſt: εν ἀωρίᾳ in immaturitate: Tanq̃ ſi vel
let etiaʒ ille qui dixit intempeſta nocte:prepoſitione dicere
geminata in intẽpeſta:vt vna prepoſitio ſignificet in qua ho
ra; altera pertineat ad cõpoſitionem nominis. Nihil ſane in
tereſſet ad ſententiã: vtrũ quis dicat egiſſe ſe aliquid gallicã
tu:an in gallicantu. Ita nihil intereſſet. vtrum intẽpeſta no
cte:an vero in intẽpeſta nocte:ideſt in nocte intempeſta cla
maſſe ſe diceret. Grecus tamen in nocte intẽpeſta dixit:qd̃
idem valet ſi dicatur:in immaturitate:ideſt in tẽpore noctur
no et immaturo. Hactenus de obſcuro verbo fuerit diſpu
E tatum: Nunc videamus quis ipſe ſit ſenſus. Preueni inquit
al'† in vba nocte intempeſta:⁊ clamaui: ⌊ † In verbis tuis ſperaui. ⌋
tua ſuper Si hoc ad vnũquẽqʒ fideliũ referamus:⁊ ad proprietatẽ rei
ſperaui. geſte:ſepe cõtingit vt tali noctis tempore vigilet amor dei;
⁊ magno vrgẽte orationis affectu nõ expectet̃:ſed preuenia
tur:qd̃ poſt gallicantũ cõſueuit eſſe tẽpus orandi: Si autem
accipiamus hoc totũ ſeculũ noctẽ; vtiqʒ intẽpeſta nocte cla
mamus ad deũ : ⁊ preuenim⁹ maturitatẽ tẽporis:in quo no
Pſ.94. bis redditur⁹ ẽ qd̃ promiſit. ſicut alibi legit̃: Preueniamus
Bal.4. faciẽ eius in cõfeſſione: Q̃q̃ ſi velimus intelligere immatu
ritaʒ tempus noctis huius anteq̃ veniſſet plenitudo tẽporis;
ideſt ipſa maturitas;quãdo chriſtus manifeſtaret̃ in carne:
nec tunc eccleſia tacuit:ſed preueniens iſtã maturitatẽ pro
Gen.12. phetando clamauit:⁊ in verbis dei ſperauit potentis facere
F qd̃ promiſit:vt in ſemine abrae benedicerẽtur omnes gẽtes.
Alſ† te di Ipſa ⁊ qd̃ ſequit̃ dicit: ⌊ Preuenerunt oculi mei ad † matu
luculo. tinum:vt meditarer eloquia tua. ⌋ Ponamus enim matuti
Eſa.9. num quando qui ſedebant in vmbra mortis:lux orta eſt eis.
Nonne in ſanctis qui prius erant in terra ad hoc matutinuʒ
oculi eccleſie preuenerunt:q2 hoc futurũ antea preuiderunt:
vt meditarent̃ eloquia dei que tunc erat ⁊ in lege ac prophe
tis ⁊ hec futura nunciabant? ⌊ Uocẽ meam: ⌋ inquit: ⌊ exau
Al'† audi. di dñe ſm miſericordiã tuã:⁊ ſm iudiciũ tuũ viuifica me. ⌋
Primo enim deus ſm miſericordiã aufert a peccatoribus pe
nam:eiſqʒ poſtea iuſtis ſm iudiciũ dabit vitaʒ:quia non fru
ſtra illi hoc ordine dicitur: Miſericordiã ⁊ iudiciũ cantabo ti
Pſ.100. bi dñe: Quis ⁊ ipſum tẽpus miſericordie non eſt ſine iudicio
et econtra:de quo dicit Apoſtolus: Si enĩ noſipſos iudica
1.Cor.11. remus a dño nõ iudicaremur: Cũ iudicamur aũt a dño corri
1.Pet.4 pimur:ne cũ mundo damnemur. Et eius coapoſtolus: Tem

pus eſt inquit vt iudiciũ incipiat a domo dñi: Et ſi initium a
nobis:qualis finis erit eis qui non credũt dñi euangelio? Et
vltimũ tẽpus iudicij nõ erit ſine miſericordia: q2 coronat te:
ait pſalmus:in miſeratione ⁊ miſericordia. Iudiciũ aũt ſine Pſ.102.
miſericordia:ſed ſiniſtris qui nõ fecerũt miſericordiã: ⌊ Ap Jaco.2.
propinquauerũt: ⌋ inquit: ⌊ perſequẽtes me † iniquitate: ⌋ al'† iniqui
Uel ſicut nonnulli codices habent: ⌊ Inique. ⌋ Tunc ap tati.
propinquant qui perſequũtur:quando vſqʒ ad carnem cru G
ciandam perimendamqʒ perueniunt. Unde pſalmus viceſi
muſprimus vbi paſſio dñi pphetata eſt: Ne diſcedas inquit
a me:qm̃ tribulatio proxima eſt:cũ ea dicantur que nõ immi
nente:ſed iaʒ preſente ipſa paſſione perpeſſus eſt: Sed pro
ximam dixit tribulationẽ que fiebat in carne. Nihil eſt quip
pe anime propius carne quã geſtat. Propinquauerunt ergo
perſequentes:affligẽdo eorũ carnẽ quos perſequebãt̃. Sed
attẽde quod ſequit̃: ⌊ A lege autẽ tua lõge facti ſunt. ⌋ Quã
to magis propinquauerũt perſequẽdis iuſtis:tanto lõge facti
ſunt a iuſtitia. Sed quid nocuerũt eis quibus perſequendo
propinquauerũt:qm̃ interior eſt propinquatio dñi eorũ a quo
nullatenus deſerunt̃? Deniqʒ ſequit̃. ⌊ Prope es tu dñe: et H
omnes vie tue veritas. ⌋ Etiã in tribulationibus ſuis q̃ eas
non immerito patiunt̃ tribuere deo veritatẽ:ſanctorũ eſt vſi Heſter.14.
tata confeſſio. Ita regina heſter:ita ſanctus daniel:ita tres Dan.3.
viri in camino:ita eorũ ſanctitatis alij ſocij confitent̃. Queri
aũt nõ poteſt quõ h̃ dictũ ſit: Omnes vie tue veritas:cum in
alio pſalmo legat̃: Uniuerſe vie dñi miſericordia et veritas. Pſ.24.
Sed erga ſanctos ⁊ vniuerſe vie dñi miſericordia:⁊ vniuer
ſe vie dñi veritas:q2 ⁊ in iudicãdo ſubuenit:atqʒ ita nõ deeſt
miſericordia:⁊ in miſerando id exhibet qd̃ promiſit:ne veri
tas deſit. Ergo omnes aũt ⁊ quos liberat ⁊ quos dãnat:oẽs
vie dñi mia ⁊ veritas:q2 vbi non miſeretur vindicte veritas I
exhibet̃. Multos quippe immeritos liberat:immeritũ autẽ al'† nõ hʒ.
neminẽ dãnat. ⌊ † Ab initio cognoui: ⌋ inquit: ⌊ de teſtimo
nijs tuis:q2 ĩ eternũ fundaſti ea. ⌋ Qd̃ grec⁹ ait: κατ᾽ ἀρχὰς.
aliqui noſtri ab initio:aliqui initio:aliqui ĩ initijs interp̃tati
ſunt. Sed qui pluraliter hoc dicere maluerũt:grecã locutio
nem ſecuti ſunt. Latine aũt lingue illud potius vſitatũ eſt:vt
ab initio vel in initio dicat̃:qm̃ κατ᾽ ἀρχὰς grece q̃ſi pluralis
ter:ſed aduerbialiter dicit̃: quale eſt apud nos cũ dicimus:
alias hoc facio:pluralem numerũ feminini generis dicere vi
demur:ſed aduerbiũ eſt:⁊ ſignificat alio tẽpore. Quid eſt er
go ab initio cognoui:vel potius vt ⁊ nos aduerbialiter id di
camus: Initio cognoui de teſtimonijs tuis:quia in eternum
fundaſti ea? Teſtimonia dñi in eternũ ab illo dicit eſſe funda
ta:⁊ hoc ſe initio cognouiſſe teſtat̃: nec aliũde cognouiſſe q̃
de ipſis vtiqʒ teſtimonijs. Que ſunt iſta teſtimonia:niſi qui
bus teſtatus eſt deus daturũ ſe regnum ſuis filijs ſempiter
num? Et q2 hoc in vnigenito ſe daturũ eſſe teſtat⁹ eſt:de quo
dictũ eſt: Et regni eius non erit finis : ipſa teſtimonia dicit in Luce.1.
eternum eſſe fundata:q2 id qd̃ per ea deus promiſit: eternũ
eſt. Nã per ſe ipſa teſtimonia tunc nõ erunt neceſſaria:quan
do res ipſa videbit̃ propter quã credenda nũc teſtimonia re
quiruntur. Et ideo bene intelligit̃ dictũ: fundaſti ea:quia in 1.Cor.3.
chriſto vera monſtrant̃. Fundamentũ enim aliud nemo po
teſt ponere preter id qd̃ poſitũ eſt:qd̃ eſt chriſtus ieſus. Un
de hoc ergo iſte initio cognouit:niſi q2 eccleſia loquitur que Gen.4.
terris nõ defuit ab initio generis hũani cuius primitie abel
ſanctus eſt immolatus ⁊ ipſe in teſtimoniũ futuri ſanguinis
mediatoris ab impio fratre fundendi? Nam ⁊ illud ab initio Gen.2.
dictũ eſt: Erunt duo in carne vna. Qd̃ magnũ ſacramentum Ephe.5.
apſls Paulus exponẽs: Ego inquit dico in xp̃o ⁊ in eccleſia.

¶ Explicit Sermo viceſimuſnonus.

¶ Incipit Sermo.xxx.de verſu pſalmi: Uide humili
tatem meam ⁊ eripe me ⁊c. A

NEmo in chriſti corpore cõſtitutus a ſe alienã arbitret̃
eſſe hãc vocẽ: Qm̃ reuera totũ chriſti corp⁹ in hac hũi
litate poſitũ dicit: Unde ⁊ pſalmi hui⁹ incipit lectio:de qua nũc Reg.
diſputare ſuſcepim⁹. ⌊ Uide hũilitatẽ meã ⁊ eripe me:q2 legẽ
tuã nõ ſum oblitus. ⌋ Hoc loco nullã dei legẽ cõuenientius in
telligim⁹:niſi qua imobiliter fixũ eſt:vt ois q̇ ſe exaltat hũi
liet̃: ⁊ ois q̇ ſe hũiliat:exaltet̃. Sup̃b⁹ ergo malis vt hũliet̃ Luce.14.
innectit̃:hũilis a malis vt exaltet̃ eripit̃. ⌊ Iudica: ⌋ inq̃t iu et.18.
diciũ meũ:⁊ redime me. ⌋ Superior quodãmõ ſnia repetita ẽ.
Qd̃ enim,

Quod enim ait:Uide humilitatem meam:hoc eſt:in dica iu
dicium meū:Et qđ ait:eripe me:hoc eſt:⁊ redime me:Qđ
vero ſupra dictum eſt:Quia legē tuā nō ſum oblitus : huic
cōgruit qđ infra eſt:⌊Propter eloquiū tuū viuifica me.⌋
Ipſum enī eloquium eſt lex dei: quā non eſt oblitus vt iſe
B exaltandus humiliaret.Ad ipſam vero exaltationem per
Al.† nō hꝫ tinet quod ait viuifica me:qꝛ ſanctorum exaltatio vita eter
na eſt.⌊Longe † eſt:⌋ inquit:⌊a peccatoribus ſalus: qꝛ
iuſtificationes tuas nō exquiſierūt.⌋Quis enī te diſcernit
o tu qui dixiſti:Longe eſt a peccatoribus ſalus?Quis te diſ
cernit a peccatoribus:vt nō a te longe ſit:ſed tecū ſit ſal⁹?
Hoc te nempe diſcernit:qꝛ id qđ iſti nō egerūt:ipſe feciſti:
1. Corin.4 hoc eſt dei iuſtificationes exquiſiſti.Quid enī habes quod
nō accepiſti?Nōne tu es qui pauloante dicebas : Clamaui
in toto corde meo:exaudi me dn̄e iuſtificationes tuas req̄
ram?Ergo ab illo ad quem clamaſti:vt eas exquireres ac
cepiſti. Ipſe te igitur diſcernit ab eis:a quibus propterea
longe eſt ſalus:qꝛ iuſtificationes dei nō exquiſierunt.Uidit
hoc etiam ipſe:Neqꝫ enī ego viderē: niſi in ipſo eſſem.Cor
poris enim xp̄i verba iſta ſunt:cuius membra ſumus.Uidit
Al.† miſe hoc inquam:cōtinuoqꝫ ſubiecit.⌊† Miſerationes tue mul
ricordie. te domine:⌋ Etiam hoc ergo qđ exquirimus iuſtificatiōes
tuas:pertinet ad miſerationes tuas.⌊Scđm iudicium tuū
C viuifica me.⌋ Noui enī quia ⁊ iudicium tuum ſine tua mi
Al.† q̄ pſe ſeratione non erit ſuper me.⌊Multi † perſequētes me et
quuntur. †tribulantes me:a teſtimonijs tuis nō declinaui.⌋ Factū
†tribulant eſt : nouimus:recolimus:agnoſcimus . Purpurata eſt vni
uerſa terra ſanguine martyrum.Floret celum coronis mar
tyrum:ornate ſunt eccleſie memorijs martyrum : inſignita
ſunt tempora natalibus martyrum : crebreſcunt ſanitates
meritis martyrum.Unde hoc:niſi quia impletum eſt quod
predictū eſt de homine iſto toto terrarū orbe diffuſo:Mul
ti perſequentes me ⁊ tribulantes me:a teſtimonijs tuis nō
declinaui?Agnoſcimus:⁊ gratias agimus dn̄o deo noſtro.
Ps.123. Tu nāqꝫ homo:tu in alio pſalmo:tu ipſe dixiſti:Niſi qꝛ dn̄s
erat in nobis:fortaſſe viuos abſorbuiſſent nos. Ecce quare
ab eius teſtimonijs nō declinaſti:⁊ ad palmam ſuperne vo
cationis inter manus multorum perſequētiū tribulātiūqꝫ
Al.† preuari veniſti.⌊Uidi:⌋inquit:⌊† inſenſatos ⁊ tabeſcebam:⌋ Uel
cantes. ſicut alij codices habent:⌊Uidi nō obſeruātes pactum.⌋
Et hoc plures habent.Sed qui ſunt qui pactum nō obſer
uauerunt:niſi qui declinauerunt a teſtimonijs dei:tribula
tiones multorum perſequētium nō ferentes? Hoc eſt autē
pactū:vt qui vicerit coronetur. Hoc pactum nō obſeruaue
runt qui pſecutiones non tolerantes: a teſtimonijs dei ne
gādo declinauerunt.Hos ergo iſte vidit et tabeſcebat : qꝛ
diligebat .Zelus ille enim bonus eſt:de amore veniēs: non
liuore.In quo enī nō ſeruauerūt pactum:ſecutus adiunxit:
⌊Quia eloquia tua nō cuſtodierunt.⌋Ea quippe in tribu
lationibus negauerūt . Et cōmēdat ſe iſte differens ab eis
D ac dicit:⌊Uide quoniam mādata tua dilexi.⌋ Non ait:elo
quia vel teſtimonia tua non negaui:quod martyres facere
cogebantur:⁊ nō faciētes intolerabilia patiebātur:ſed hoc
dixit vbi fructus eſt,omnium paſſionum:qꝛ ſi tradidero cor
pus meum vt ardeā:charitatem aūt nō habeam:nihil mihi
1.Corin.13. prodeſt.Hāc iſte cōmendās ait:Uide qm̄ mādata tua dile
xi.Deniqꝫ deinde poſtulauit premium:⌊Domine in tua mi
ſericordia viuifica me.⌋ Iſti mortificant: tu viuifica. Sed
ſi premium ponitur in miſericordia quod reddere debet iu
ſtitia:q̄tomagis impenſa eſt miſericordia vt obtineret cui
premiū debetur ipſa victoria?⌊Principiū:⌋ inquit:⌊ver
borum tuorum veritas : in eternum omnia iudicia iuſtitie
tue.⌋ A veritate inquit tua verba procedunt : ⁊ ideo vera
cia ſunt:⁊ neminem fallunt:quibus prenūciatur vita iuſto:
pena impio.Hec ſunt quippe in eternū iudicia iuſtitie dei.

¶ Explicit ſermo triceſimus.

¶ Incipit ſermo,triceſimusprimus:de verſu pſalmi: Prin
cipes perſecuti ſunt me gratis ⁊c.

A Quas pſecutiones a regibus terre corpus xp̄i:hoc eſt
ſancta eccleſia ptulerit:nouimus:Agnoſcamus ergo
hic etiam eius verba dicentis:⌊Principes pſecuti ſunt me Schin.
gratis:⁊ a verbis tuis formidauit cor meum.⌋ Quid enim ש
chriſtiani leſerāt regna terrena:q̄uis eis regna celorum pro
miſerit rex eorum?Quid inquā leſerāt regna terrena? Num
quid eorum rex milites ſuos phibuit impēdere ⁊ exhibere
que debebantur regibus terre? Nōne de hoc ſibi calūniam
molientibus iudeis ait: Reddite ceſari que ceſaris ſunt:⁊ Math.22
deo que dei ſunt? Nōne tributum de ore piſcis etiā ipſe p et.17.
ſoluit? Nōne precurſor eius militibus regni huius quid fa
cere deberent p eterna ſalute querētibus nō ait.Cingulū
ſoluite:arma pijcite:regem veſtrum deſerite vt poſſitis do
mino militare:ſed ait:Neminem concuſſeritis:nulli calum Luce.3.
niam feceritis:ſufficiat vobis ſtipendium veſtrū? Nōne vn⁹
militum eius ⁊ dilectiſſimus comes eius:cōmilitonib⁹ ſuis:
⁊ quodāmodo xp̄i prouincialibus dixit: Omnis anima pote Roma.13.
ſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit? Et paulopoſt ait: Red Ibidem.
dite omnibus debita:cui tributum:tributum : cui vectigal:
vectigal:cui timorem:timorē:cui honorē: honorē : Nemini
quicq̄ debeatis:niſi vt inuicē diligatis. Nōne precepit vt p 1.Timo.2.
ipſis etiam regibus oraret eccleſia? Quid ergo?eos chriſtia
ni offenderunt? Quod debitum non reddiderunt? In quo
chriſtiani non ſunt terrenis regibus obſecuti? Ergo terreni
reges:chriſtianos gratis perſecuti ſunt. Sed quod ſubiecit
attende. Et a verbis tuis formidauit cor meum. Habuerūt
quidem et illi verba minantia:expello:proſcribo:occido:vn
guibus torqueo : ignibus torreo:beſtijs ſubigo:membra di
lanio:ſed tua me potius verba terruerunt: Nolite timere Math.10
eos qui corpus occidunt:et poſtea non habent quid faciāt:
ſed eum timete qui habet poteſtatem et corpus ⁊ animam
perdere in gehēnā. Ab his verbis tuis formidauit cor meū:
Et contempſi hominem perſecutorē meū:⁊ vici diabolū ſe
ductorem meū.Deniqꝫ ſequitur:⌊† Exultabo ego ſup eloꝫ B
quia tua:ſicut qui inuenit ſpolia multa.⌋ Per ea verba vi Al.† leta
cit:a quib⁹ formidauit.Uictis enī ſpolia detrahūtur:ſicut vi bor.
ct⁹ ⁊ ſpoliat⁹ eſt ille de quo dicit in euāgelio: Nemo intrat in Math.12
domū fortis:vt vaſa eius diripiat:niſi prius alligauerit for
tem. Sed ſpolia multa inuenta ſunt:quādo patiētiam mi
rati martyrum:etiā q̄ pſecuti ſunt crediderūt:⁊ qui regē no
ſtrum detrimentum militū eius ſunt dānificare moliti: ab
illo ſunt inſup acquiſiti. Quiſquis ergo a verbis dei : ne in
certamine vincatur formidat:ſup ea dem verba victor exul
tat. Nam ne putarem⁹ et illa formidine odium verborū dei
potuiſſe ſurripere:q̄uis iam dixerit : Exultaui ſup eloquia
tua:qđ vtiqꝫ nō diceret ſi odiret ea:tamē adhuc addit ⁊ di
cit⌊† Iniuſtitiā odio habui et abominatus ſum:legem aūt
tuam dilexi.⌋ Nempe a verbis eius illa formido nō fecit Al.† iniq
eorūdem verborū odiū:ſed integrā tenuit charitatē. Neqꝫ tatem.
enī lex dei nō ſunt verba ⁊ eloquia dei? Abſit ergo vt timo
re pereat amor:vbi caſtus eſt timor. Sic patres a filijs pijs
⁊ timentur ⁊ amātur: ſic pudica coniunx virum ⁊ timet ne
ab illo deſeratur:⁊ amat vt fruatur. Si ergo ⁊ pater homo:
⁊ cōiunx homo:⁊ timeri ⁊ amari debet: multomagis pater
noſter qui in celis eſt:⁊ ille ſpōſus:nō carne pre filijs hoim:
ſed virtute formoſus. A quibus enī diligitur lex dei : niſi a Ps.44.
quibus diligitur deus? Et quid habet bonis filijs triſte lex
patris? An qm̄ quem diligit corripit:⁊ flagellat omnē filium
quem recipit? At qui hec iudicia reſpuit:pmiſſa nō recipit. Hebreo.12
Paterna ergo iudicia laudentur ⁊ in flagello:ſi pmiſſa dili
gantur in premio. Ita plane fecit iſte qui dicit. ⌊Septies C
in die † laudaui te:ſup iudicia iuſtitie tue.⌋ Septies in die Al † laudē
qđ ait:ſignificat ſemp.Solet eſſe quippe iſte numerus vni dixi.
uerſitatis indicium:pꝑter qđ ſex diebus diuine operatiōis
ſeptim⁹ adiectus eſt quietis. Et p ſeptē dies currētes ⁊ re Gen.2.
currētes:tpa vniuerſa voluūtur. Nec ob aliud dictum eſt:
Septies cadet iuſtus ⁊ reſurget: id eſt nō perit iuſtus mo Prouer.24
dis omnibus humiliatus:ſed nō preuaricatus:alioquin:nō
erit iuſtus: Nam pro omni genere tribulatiōis qua in cōſpe
ctu hoim deijcit:poſitū eſt ſepties cadit: Et p eo qđ ex ipſis
oibus tribulationibus pficit:poſitū eſt:reſurget. Satis illu
ſtrat in eo libro cōſequēs ſentētia precedētem. Ibi enī ſeqt
Impij aūt infirmabūtur in malis:hoc ē itaqꝫ iuſto ſepties
cadere ⁊ reſurgere:in oibus malis non infirmari. Merito Ibidem.
igit ſepties in die laudauit eccleſia deū ſup iudicia iuſtitie 1.Pet.4.

ipſius:quia cum tempus eſſet vt iudicium inciperet a do-
D mo domini:in omnibus tribulationibus ſuis non infirmata
Alſ.†illis ſed coronis martyrum glorificata eſt. ⌊ Pax multa:inquit:
diligentibus legem tuam:⁊ non eſt†eis ſcandalum. ⌋Utrū
ipſa lex diligentibus ſe ſcandalum non eſt:an diligentibus
eam nullum eſt vndecunq̧ ſcandalum? Sed vtrumq̧ recte
intelligitur. Qui enim diligit dei legem:etiā quod in ea nō
intelligit honorat: Et quod ei ſonare videt̄ abſurde:ſe pot⁹
nō intelligere:⁊ aliquid magnū latere ibi iudicat. Ideo lex
dei non eſt ei ſcandalum. Ut autem nullū ſcandalū omnino
patiatur:non ſic homines ſancte cuiuſq̧ profeſſionis atten-
dat:vt fides eius ex eorum moribus pendeat:ne aliquibus
cadentibus quos pro magno habebat:ipſe ſcādalo pereat:
ſed ipſam dei legem diligat:et erit ei pax multa:nullūq̧ ſcā-
E dalum. Securus enim diligit eā:in qua etiā ſi multi peccāt
peccare ipſe non nouit. ⌊ Expectabā:inquit:ſalutare tuum
domine:et mandata tua dilexi. ⌋ Quid enim iuſtis profuiſ-
ſet ſi ab antiq̄s:dei dilexiſſent mādata:niſi eos chriſt⁹ q̄ eſt
dei ſalutare liberaſſet:cuius etiā ſpiritu impertito mādata
dei diligere potuerunt? Si ergo antiqui iuſti expectabāt ſa-
lutare dei:quia mandata ei⁹ dilexerāt:quāto magis neceſſa-
rius erat chriſt⁹ qui eſt ieſus:hoc eſt ſalutare dei ſalutis faciē-
dis eis qui mādata eius nō dilexerunt? Poteſt iſta etiā ſan-
Col. 3. ctis iſtorum tēporum:ex quo gratia reuelata euangeliū p̄di-
catur cōgruere ꝓphetia. Expectāt eni chriſtū qui mandata
E dei diligūt:vt cū xp̄o apparuerit vita noſtra:tūc et nos appa-
Al.†vehe- reamus cū illo in gloria. ⌊ Cuſtodiuit:inquit:anima mea te-
menter. ſtimonia tua:et dilexit ea†valde: ⌋ Uel ſicut nonnulli codi-
ces habent:dilexit: Ut ſubaudiatur anima mea. Cuſtodiun-
tur teſtimonia dei:dum non negantur: Hoc eſt martyrū of-
1.Corin.13. ficium:quia teſtimonia grece:martyria nuncupantur. Sed
quia pro teſtimoniis dei etiā flāmis cōcremari ſine charita-
te nihil ꝓdeſt:ïō addidit:⁊ dilexit ea valde. Supra aūt ꝓdixe-
rat:mādata tua dilexi:deinde ſequēti v̄ſu:teſtimonia tua;⁊
cuſtodiui et dilexi:poſtea⁊ mādata tua et teſtimonia tua cu-
Al.† Ser- ſtodiuit: Ait enim: ⌊ †Cuſtodiui mandata tua ⁊ teſtimonia
uaui. tua. ⌋ Qui enim diligit:ipſe veraciter libenterq̧ cuſtodit.
Plerumq̧ enim dum mandata dei cuſtodiuntur:fiunt ini-
mici cōtra quorū voluntatē cuſtodiunt̄. Tunc vero fortiter ⁊
teſtimonia cuſtodienda ſunt:ne perſequentib⁹ inimicis ne-
gentur. Cū ergo ſe iſte vtrūq̧ feciſſe dixiſſet:deo tribuit vñ
B fecit:adiungendo atq̧ dicendo: ⌊ Quia omnes vie mee in
Al.†nō h̄z conſpectu tuo†domine. ⌋ Ideo inquit cuſtodiui mandata
tua et teſtimonia tua.quia omnes vie mee in conſpectu tuo
Tanq̄ diceret: Si auertiſſes a me faciē tuā:fierē cōturbat⁹
nec tua mandata ⁊ teſtimonia cuſtodirē. Cuſtodiui ergo:q̧
omnes vie mee in cōſpectu tuo. Propitio quippe ⁊ adiuuā-
te cōſpectu voluit intelligi deū videre vias ſuas: ſicut ora-
Ps. 26. uit qui dixit: Ne auertas faciē tuā a me. Nā vtiq̧ facies do-
Ps. 33. mini eſt et ſuper facientes mala:ſed vt perdat de terra me-
moriam eorum. Non ſic profecto iſte dixit vias ſuas ab il-
lo videri:ſed ſicut nouit dñs vias iuſtorū:et ſicut ait moyſi:
Exo. 33. Scio te pre omnib⁹. Nā ſi hoc eū nō adiuuaret gradiētē:q̧
eius vie omnes ſunt in conſpectu dei:non diceret ideo ſe cu-
ſtodiſſe mandata et teſtimonia eius:quia oēs vie ſue ſunt
Ps. 2. in conſpectu domini. Nouit enim audire: Seruite dño in ti-
more:et exultate ei cū tremore:apprehēdite diſciplinam ne
Philip. 2. qñ iraſcat̄ dñs:et pereatis de via iuſta: Quia niſi i cōſpectu
domini eſſet:via iuſta nō eſſet. Nā hunc timorē ⁊ tremorem
Ibidem. apoſtol⁹ etiā paulus imponit eis quib⁹ dicit: Cū timore et
tremore veſtrā ipſorum ſalutē operamini. Et cur hoc dixe-
rit aperiēs: De⁹ eſt enim inq̄t qui operatur in vobis:⁊ velle
Prouer. 4 ⁊ operari pro bona volūtate. Ad hoc ſunt ergo in cōſpectu
domini vie iuſtorū:vt dirigat greſſus eorū:qm̄ ipſe ſunt vie
dñi:de quib⁹ ſcriptū eſt in Prouerbijs: Uias autē que a dex-
Matth. 7. tris ſunt nouit dñs: Peruerſe ſunt aūt inq̄t q̄ a ſiniſtris ſunt
vt intelligeremus q̄ eas nō nouerit dñs:ꝓpter qḋ peruerſis
dicturus eſt: Non noui vos. Porro vt oſtēderet quo fructu
vias q̄ a dextris ſunt:id eſt iuſtoꝝ nouerit dñs:ꝓtinus ſubie-
Prouer. 3. cit. Ipſe enim rectos faciet curſus tuos:⁊ itinera tua in pa-
ce producet. Ecce quare ait etiā iſte: Cuſtodiui mādata tua
et teſtimonia tua. Et velut quereremus hoc vnde potuerit:
quia omnes inquit vie mee in conſpectu tuo domine.

¶ Explicit ſermo triceſimuſprimus.

¶ Incipit ſermo.xxxij.de verſu pſalmi: Appropinquet ora-
tio mea in conſpectu tuo domine ⁊c.

Uocem nunc orantis audiamus: Quoniam quis oret A
forte nouimus:et nos ipſos ſi reprobi non ſum⁹:in mē- Tau.
bris hui⁹ orātis agnoſcim⁹. ⌊ Appropinquet†oratio mea in
ↄſpectu tuo dñe: ⌋ Id eſt oratio mea q̄ fit i cōſpectu tuo ap-
propinquet tibi. Prope eſt eni dñs his qui obtriuerunt cor.
⌊ †Scḋm eloquiū tuū da mihi intellectū. ⌋ Promiſſum pe- Al.† depre-
tit. Nā hoc ait ſm eloquiū tuū:tanq̄ diceret:ſm pmiſſū tuū catio.
Promiſit eni hoc dñs vbi ait: Intellectū dabo tibi. ⌊ In- Al.†iuxta
tret poſtulatio mea in cōſpectu tuo†dñe:ſm eloquiū tuum Ps. 31.
eripe me. ⌋ Repetit quodāmodo qḋ petiuit. Nā qḋ prius Al.†nō h̄z
dixerat: Appropinquet oratio mea in ↄſpectu tuo dñe:huic
ſimile eſt qḋ ait poſteri⁹:intret poſtulatio mea in cōſpectu
tuo dñe:⁊ qḋ prius:ſm eloquium tuū da mihi intellectum:
huic cōgruit qḋ poſterius:ſm eloquium tuū:eripe me. Acci-
piēdo quippe intellectū eripit̄:qui p ſeipſum nō intelligēdo
decipitur. ⌊ Eructabūt: ⌋ inquit: ⌊ labia mea hymnū:cū do-
cueris me iuſtificatiōes tuas. ⌋ Nouim⁹ quēadmodū doceat
eos deus q̄ ſunt docibiles deo: Omnis eni q̄ audiuit a patre
⁊ didicit:venit ad eum q̄ iuſtificat impiū:vt nō ſolū memo- Ioā. 6.
ria retinēdo:verūetiā faciēdo cuſtodiat iuſtificationes dei. Roma. 4.
Sic eni qui gloriatur:nō in ſeipſo ſed in dño glorietur:hym-
nuſq̧ eructatur. Sed iā q̧ didicit ⁊ laudauit doctorē deum
deinde vult docere. ⌊ †Pronūciauit: ⌋ inq̄t: ⌊ lingua mea 1.Corin.1.
†eloquia tua:q̧ oia mandata tua†iudicia. ⌋ Cū hec ſe p- B
nunciaturū dicit:vtiq̧ miniſter fit verbi. Quāuis eni deus Alſ† pro-
doceat intrinſecus:tamē fides ex auditu eſt. Et quō audiūt nunciabit.
niſi ꝑdicāte? Neq̧ eni q̧ de⁹ dat incremētū:ideo nō eſt plā- Al.†eloq̄a
tādū neq̧ rigādū. Scit eni q̄ pericula ſecutura ſint a cōtra- tuum.
dicētibus ⁊ pſequētibus:cū fuerit pnūciato: eloquioꝝ dei: Al.†eq̄tas
ꝓpter qḋ adiūxit: ⌊ Fiat man⁹ tua vt† ſaluū me facias:† Ro. 10.
q̧ mādata tua elegi: ⌋ Ut nō timerē: Nec ſolū ne cor meum 1. Corin. 2.
timeret:ſed lingua etiam pnunciaret eloquia tua : manda- Al.†ſaluet
ta tua elegi:timoremq̧ amore compreſſi. Fiat ergo manus †quoniam
tua vt ſaluum me de manu facias aliena. Sic autē de⁹ ſal-
uos martyres fecit:cū eos i aīa nō pmiſit occidi. Nā ſm car-
nem vana ſalus hoīs. Pōt ⁊ ſic accipi:fiat man⁹ tua:vt ma- Ps. 59.
nus dei xp̄s intelligat̄:iuxta illud Eſaie: Et brachiū dñi cui
reuelatū eſt? Nō eni erat fact⁹ vnigenit⁹ : cū p eū facta ſint Eſa. 53.
oia:ſed fact⁹ eſt ex ſemine dauid:vt eſſet ieſus:id eſt ſalua- Roma. 1.
tor q̄ iā erat creator. Sed cū familiare ſit ſcripture:fiat ma-
nus tua:⁊ facta eſt manus dñi:neſcio vtrū poſſit hic ſenſus
in eis locis oīb⁹ obtineri. Sane vbi audimus qḋ ſequitur.
⌊ Cōcupiui ſalutare tuū dñe: ⌋ Etiā nolētib⁹ oīb⁹ inimicis
ſalutare dei nobis xp̄s occurrat. Ipm ſe cōcupiſſe iuſti an- C
tiqui veraciſſime cōfitētur: Ipm cōcupiuit eccleſia vēturū
de viſcerib⁹ matris. Ipm cōcupiuit eccleſia vēturū ad dex-
teram pr̄is. Subiūgit̄ aūt huic ſentētie: ⌊ Et lex tua medi-
tatio mea eſt: ⌋ Quia lex ꝑhibet teſtimoniū xp̄o. Sꝫ in hac
fide cū corde creditur ad iuſtitiā:ore aūt cōfeſſio fit ad ſalu- Roma. 10.
tem:fremāt gentes:ppl̄i meditētur inania: occidat̄ certe ca- Ps. 2.
ro eū p̄dicat te. ⌊ Uiuet aīa mea ⁊ laudabit te:⁊ iudicia tua
adiuuabūt me. ⌋ Iudicia quippe illa ſunt:q̄ xp̄s erat vt inci-
perēt a domo dñi: Sꝫ adiuuabūt me inq̄t. Et q̄s nō videat 1. Pet. 4.
quātū adiuuerit eccleſiā ſanguis eccleſie? q̄ta ex illa ſemēte
ſeges toto orbe ſurrexerit? Nouiſſime ꝑrius apit ſe:⁊ q̄ pſo-
na p totū pſalmū loq̄batur oſtēdit. ⌊ Erraui: ⌋ inq̄t: ⌊ ſicut
ouis † pdita:q̄re ſeruū tuū q̧ mādata tua nō ſum oblit⁹. ⌋ Alſ †que
Nōnulli codices nō habēt q̄re: ſed ⌊ viuifica. ⌋ Una quippe perije.
ſyllaba intereſt:qua inter ſe in greco diſtāt: ζητησον et ζωοποιησον:
vñ ⁊ ipi codices greci variāt. Sꝫ qḋlibet hoꝝ ſit:ouis pdita
q̄rat̄:ouis pdita viuificet̄:ꝓpter quā paſtor ei⁹ nonaginta no-
uē dimiſit in mōtib⁹:⁊ eā q̄rētē iudaicis lacerat⁹ eſt vepib⁹ Matth. 18
Sꝫ adhuc q̄rit̄:adhuc q̄ratur:ex pte inuēta adhuc q̄rat̄. Ex
ea nāq̧ pte qua dicit iſte:mādata tua nō ſum oblit⁹:inuēta D
eſt:ſꝫ p eos q̄ mādata dei eligūt:colligūt:diligūt:adhuc q̄ri- Apologia
tur:⁊ p ſui paſtoris ſanguinē fuſum atq̧ diſperſum in oībus auguſtini ꝺ
gentibus inuenitur. Ut potui quātū a dño adiutus ſū pſal- expoſitiōe
mum iſtū magnū ꝑtractaui ⁊ expoſui; Qḋ pfecto melius ps. 118.
ſapiētiores

ſapientiores:doctioreſq; fecerūt:ſiue facturi ſunt. Nec ideo
tñ ei noſtrū deeſſe debuit miniſteriū:maxime id de me flaſ
Supra eo. gitātibus fratribus:quib⁹ ſum debitor hui⁹ officij. Qđ aūt
pſ. tractaſ de alphabeto hebreo:vbi octoni verſus ſingulis ſubiacēt lit
tu.21.A teris:atq; ita pſalmus tot⁹ cōtexitur:nihil dixi nō ſit mirū:
qm̄ nihil qđ ad iſtud ꝓprie ptineret inueni. Nō eñ ſolus ha
bet has litteras. Illud ſane ſciant qui hoc in greca ꝛ latina
ſcriptura(qm̄ nō illic ſeruatū eſt)inuenire nō pñt:oēs octo
nos verſus in hebraicis codicibus ab ea que illis preponit
littera incipere:ſicut nobis ab eis qui illas nouerūt litteras
indicatum eſt. Qđ multo diligentius factū eſt: ꝙ noſtri vel
latine vel punice quos abecedarios vocant pſalmos facere
cōſueuerūt. Nō eñ oēs verſus donec claudat periodus ſed
ſolos primos:ab eadē littera incipiūt quā preponunt.

¶ Explicit tractatus de pſ̄. cxviij.

¶ Incipit tractatus de pſ̄. cxix. Qui eſt primus Cantici
graduum.

A Breuis pſalm⁹ eſt et valde vtilis ad cantandū nobis:
quē modo nobis cantatū audiuimus:et cantando re
ſpondimus. Nō diu laborabitis in audiendo:nec infructuo
ſe laborabitis in operādo. Eſt eñ ſicut eius titul⁹ ꝑnotatur:
Canticum graduum: Grece ſcriptum eſt: ἀναβαθμῶν.
Gradus vel deſcendentiū ſunt vel aſcendentiū. Sed grad⁹
qui modo in his pſalmis poſiti ſunt:aſcendētes ſignificāt.
Intelligamus ergo tanꝙ aſcenſuri:nec aſcenſiones pedib⁹
corporalibus queramus:ſed ſicut in alio pſalmo ſcriptū eſt:
pſ.83. Aſcenſiones in corde eius diſpoſuit:in conualle plorationis
in locū quē diſpoſuit. Dixit aſcēſiones: Vbi? Id eſt in corde.
Unde? A cōualle plorationis. Et iam quo aſcēdatur tācꝙ de
ficit ſermo human⁹:nec explicari pōt:forte nec cogitari. Auſ
1. Corin.2. diſtis modo cū Apl's legeref: Qđ oculus nō vidit:nec auris
audiuit:nec in cor hoīs aſcēdit. In cor hoīs nō aſcendit:cor
cor hoīs illuc aſcēdat. Ergo qꝛ oculus nō vidit:nec auris au
diuit:nec in cor hoīs aſcēdit:quomodo dici poſſet:quo aſcēſ
pſ.83. dendū eſt? Ideo cū dici nō poſſit:ait: In locū quē diſpoſuit.
Quid tibi plus dictur⁹ ſum? Ait hō p quē ſpūſanct⁹ loqbaf:
in locū:talē ad locū talē:qđqđ dixero:terrenā cogitas:hūmo
repis:carnē portas:corp⁹ qđ corrūpif aggrauat aīam:ꝛ depri
Sa.9. mit terrena inhabitatio ſenſū multa cogitātē. Cui loquar?
Quis audiatur⁹ ē? Quis capiet? Vbi erim⁹ poſt hāc vitā:ſi in
corde aſcēderim⁹? Quia er͂ð nemo ſperat aliquem ineffabi
lem beatitudinis locū:quē ſibi diſpoſuit ꝗ aſcēſiones etiam
pſ.83. in corde ſuo diſpoſuit. Sed vbi? In cōualle plorationis. Cō
B uallis humilitatē ſignificat:mōs celſitudinē ſignificat. Eſt
mons quo aſcendam⁹ ſpiritualis quedā celſitudo. Et ꝗs eſt
iſte mōs quo aſcēdim⁹:niſi dñs ieſus chriſt⁹? Ipſe tibi fecit
patiēdo cōuallē plorationis qui fecit manēdo mōtē aſcēſio
Ioā.1. nis. Quid eſt vallis plorationis? Verbū caro factū eſt:et ha
Matth.5. bitauit in nobis. Quid eſt vallis plorationis? Prebuit pcuſ
tienti ſe maxillā:ſaturat⁹ eſt opprobrijs. Quid eſt vallis plo
Matth.27. rationis? Colaphizatus eſt:ſputis illit⁹:ſpinis coronat⁹:cru
cifixus eſt. Hec eſt vallis plorationis:vnde tibi aſcēdendū
Ioā.1. eſt. Sed quo aſcēdēdū eſt? In principio erat verbū:et verſ
bum erat apud deū:ꝛ deus erat verbū. Ipſum enim verbū
caro factū eſt:ꝛ habitauit in nobis: Sic deſcendit ad te:vt
maneret in ſe. Deſcendit ad te:vt fieret tibi conuallis plora
Eſa.2. tionis:manſit in ſe vt eſſet tibi mons aſcēſionis. Erit inqͣt
eſaias in nouiſſimis dieb⁹ manifeſt⁹ mōs dom⁹ dñi:parat⁹
in cacumine montiū. Ecce quo aſcēdēdū eſt: Sed noli aliqđ
terrenū cogitare:nec qꝛ montē audiſti:alta quedā cogites
terre:nec cū eū ſaxū audis aut petrā:aliꝗ duricia a te intelli
gaf:nec cū audis leonē:cogites feritatē:nec cū audis agnū:
1. Corin.10. cogites pec⁹: Nihil horū ē in ſe:ꝛ oīa fact⁹ eſt ꝑ te. Hinc ergo
Apoca.7. aſcēdēdū ē:illuc aſcēdēdū:ab exēplo ipſi⁹ ad diuinitatē ipſi⁹.
C Exēplū eñ tibi fecit humiliādo ſe. Nā ꝗ nolebāt a conualle
plorationis aſcēdere:compreſſi ſunt ab ipſo. Prepropere eñ
volebāt habere aſcēſum: Honores altos cogitabāt:viā huſ
militatis nō cognoſcebāt. Intelligat charitas veſtra:qđ di
Matth.20. co: Duos diſcipulos voluiſſe ad latera dñi:vnū ad dexterā:
alterū ad ſiniſtrā ſedere. Vidit eos dñs ꝑpropere et ꝑpoſte
re de honoribus cogitare:cū prius diſcere deberēt humilia
Ibidem. ri vt exaltarenf:ꝛ ait eis dñs: Poteſtis bibere calicē quem
ego bibiturus ſum? Ipſe eñ in cōualle plorationis bibitur⁹
erat calicē paſſionis: Illi aūt nō attēdētes humilitatē xp̄i:
cōprehēdere volebāt altitudinem xp̄i. Reuocauit illos ad
viā tācꝙ aberrātes:nō vt negaret illis qđ vellēt:ſed vt oſtēſ D
deret qua venirēt. Itaq; fratres mei hūc pſalmū aſcēſionis
cantemus aſcenſuri in corde:qꝛ vt aſcēdamus deſcēſum eſt
ad nos. Nam vidit ſcalas iacob:ꝛ in ipſis ſcalis demōſtrati Geñ.28.
ſunt ei aſcēdentes ꝛ deſcēdentes. Vtrūq; vidit. Poſſumus
putare aſcendentes viros ꝓficiētes:deſcēdētes deficiētes
quia ꝛ reuera inuenimus hoc in populo dei: Alij ꝓficiūt:alij
deficiunt. Poterāt iſtos ſignificare ille ſcale:ſed forte meli⁹ De tēpore
intelliguntur oēs boni in illis ſcalis: ꝛ aſcēdētes ꝛ deſcēdē ſmo.79.A.
dentes: Non eñ fruſtra nō dictū eſt:cadētes: ſed deſcendē
tes: Multum aūt intereſt inter deſcendere ꝛ cadere. Nam Geñ.3.
qꝛ cecidit adam:ideo deſcendit chriſtus. Ille cecidit:ille de
ſcendit. Ille cecidit ſupbia:ille deſcēdit miſericordia. Non E
aūt ipſe ſolus deſcendit:equidem de celo ipſe ſolus deſcen
dit: Sed multi imitātes eū ſancti deſcendunt ad nos:ꝛ deſ
ſcenderunt ad nos. Nam in quadam altitudine cordis haſ
bitabat Apl's cum diceret: Siue eñ mēte exceſſimus: deo.
Nam qđ mēte exceſſerat:deo exceſſerat. Excedēs eñ mēte 1. Corin.5.
oēm humanam fragilitatē:oēm ſeculi temporalitatē:oīa qſ
cūq; naſcēdo ꝛ occidēdo euaneſcūt trāſeūtia: hic habitabat
corde in quadā ineffabili cōtēplatione ꝙtū poterat:de qua
dicit ꝙ audiuit ineffabilia verba que nō licet homini loqui:
ſed tibi illa loqui nō poſſet. Ipſe aūt videre illa vtcūq; poſ 2. Corin.12.
ſet:ꝗ tibi loqui nō poſſet. Itaq; ſi ſemꝑ manere vellet i eo
qđ videbat:ꝛ loqui nō poterat:te nō leuaret:vbi ꝛ tu poſſes
videre. Quid aūt fecit? Deſcendit. Nā vbi ait: Siue eñ mē 2. Cori.5.
te exceſſimus deo:ibi ſtatim addidit:ſiue tēperātes ſumus
vobis. Quid eſt tēperātes ſumus? Sic loquimur vt capere
poſſitis:qꝛ ꝛ xp̄s talē ſe fecit naſcendo ꝛ patiēdo: vt poſſent
de illo hoīes loqui: Quia de hoīe homo facile loquitur: De
deo homo quādo loquitur:ſic quō de⁹ eſt? Homo aūt de ho
mine facile loquif. Vt ergo magni deſcēderēt ad paruos:et
non illis tamen loquerenf niſi magnū:ipſe qui magn⁹ erat:
factus eſt parū⁹:vt de illo magni parua loquerenf. Audiſ
ſtis modo qđ dico cū Apoſtol⁹ legeref: Ipſe autē videre illa F
vtcumq; poſſet:que tibi loqui non poſſet:ſi auribus aduerſ
tiſtis. Dixit hoc: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus: 1. Corin.3.
ſed quaſi carnalibus. Ergo ſpiritualibus in excelſis loquiſ
tur:carnalibus autem vt loquaf deſcendit. Nam vt ſciatis
qꝛ cū deſcēdit:de illo qui deſcendit loquif: Ecce iohannes
manentē in ſe loquif: In principio erat verbū:ꝛ verbū erat Ioā.1.
apud deū:ꝛ de⁹ erat verbū. Hoc erat in principio apud deū
Omnia ꝑ ipſum facta ſunt:et ſine ipſo factū eſt nihil. Cape
ſi potes:arripe:cib⁹ eſt. Sed dictur⁹ eſt mihi: Ille quidem
cibus eſt:ſed ego infans ſum: Lactand⁹ ſum:vt idone⁹ fieri
poſſim ad manducandū cibū. Ergo qꝛ tu lacte nutriendus
es:ille autē cib⁹ eſt:ipſe cibus per carnē tibi traiect⁹ eſt ad
fauces. Qđ ĝ cibū mater comedit vt ꝑ carnē traijciat ad
infantem lactentē: lac factū:ſic cibus angelorū dñs verbū ca
ro factū eſt:ꝛ fact⁹ eſt lac. Et dicit Apl's: Lac vobis potum Ibidem.
dedi:nō eſcā: Nondum enim poteratis:ſed nec adhuc ꝗdē 1. Corin.3.
poteſtis. Ergo dādo lac deſcēdit ad paruulos:et qꝛ deſcen
dit:deſcendentem dedit. Ait eñ: Nunquid dixi me aliquid 1. Corin.2.
inter vos ſcire:niſi ieſum xp̄m ꝛ hūc crucifixum? Quia ſi diſ Ioā.1.
ceret tñ ieſum xp̄m: eſt ieſus xp̄s etiā ſm diuinitatem: ſm
id qđ erat verbū apud deū filius dei ieſus xp̄s:ſed hūc:id
eſt hoc modo dictū paruuli nō capiunt. Quomodo ergo ca
piunt qui lac capiūt? Ieſum xp̄m inqͣt ꝛ hunc crucifixum.
Suge qđ pro te factus eſt:et creſcis ad id quod eſt. Sunt er
go et aſcendentes et deſcendentes. In illis ſcalis et aſcenſ Geñ.8.
dentes ſunt et deſcendentes. Aſcendentes qui ſunt? Qui ꝓ
ficiunt ad intellectum ſpiritualiū. Deſcendentes qui ſunt?
Qui ꝙuis quantum homines poſſunt fruantur intelligētia 1. Corin.3.
ſpiritualium:tamen deſcendunt ad paruulos vt talia eis di
cant qualia poſſunt capere:ꝛ lacte nutriti poſſint idonei fie
ri et validi ad capiendum cibum ſpiritualem. Eſaias fratres
etiam ipſe ad nos de deſcendentibus fuit: Nam et ipſi graſ
dus eius deſcendentes apparent. Cum enim diceret de ſpi
rituſancto: Requieſcet inquit ſuper eum ſpiritus ſapientie Eſa.11.
et intellectus:ſpiritus conſilij et fortitudinis:ſpiritus ſcien
tie et pietatis:et ſpiritus timoris domini:a ſapientia cepit:

et vſq; ad timorem deſcendit. Quomodo ille qui docebat a
ſapientia deſcendit vſq; ad timorem: tu qui diſcis et profi-
Pſ. 110. cis: a timore aſcende ad ſapiẽtiam. Scriptum eſt enim: Ini-
G tium ſapiẽtie timor domini. Iam ergo pſalmum audite. Ec-
Pſ. 83. ce ante oculos noſtros ponamus aſcenſurum hominem. Ubi
aſcenſurum? In corde. Unde aſcenſurum? Ab humilitate: id
eſt a conualle plorationis in locum quẽ diſpoſuit. Quo aſcẽ-
ſurum? Ad illud ineffabile: quod cum dici non poſſet: dictum
eſt: in locum quem diſpoſuit. Cũ ergo ſic ceperit homo diſ-
ponere aſcẽſum: hoc dico apertius: cum ceperit homo chriſtia-
nus cogitare proficere: incipit pati linguas aduerſantium.
Quicumq; illas nondum paſſus eſt: nondum proficit quicũ-
q; illas non patitur: nec conatur proficere: Uult noſſe quid
dicamus? Immo quid audiamus ſimul experiatur. Incipiat
proficere: incipiat velle aſcendere: velle cõtemnere terrena:
fragilia: temporalia: felicitatem ſeculi pro nihilo habere: deũ
ſolum cogitare: lucris non gaudere: a damnis non contabe-
ſcere: omnia etiam ſua velle vendere et pauperibus tribue-
re et ſequi chriſtum. Uideamus quemadmodũ patiatur lin-
guas retrahentium: et multa contradicentium: Et quod eſt
grauius: quaſi conſulendo a ſalute auertentiũ. Qui enim cõ-
ſulit alicui: ad ſalutem conſulit: ad id quod prodeſt conſulit:
ille autem quaſi conſulens retrahit a ſalute. Quia ergo vide-
tur habere pallium conſulentis: et habet venenum perimẽ-
tis: lingua doloſa dicta eſt. Aſcenſurus ergo cõtra ipſas lin-
guas: primo deum deprecatur: Ait enim:

¶ Expoſitio pſalmi.

H
Alſ. †ad dominum. AD te domine cum tribularer clamaui: et †exaudiſti
me. Unde illum exaudiuit? Ut iam conſtitueret eum
†exaudiuit ad gradus aſcendendi. Et quia iam aſcenſurus eſt: exaudi-
Alſ. †libera tus quid orat? Domine †erue animam meam a labijs †in-
†iniquis. iuſtis: et a lingua doloſa. Que eſt lingua doloſa? Subdo-
la: habens imaginem conſulendi: et perniciem nocendi. Ipſi
ſunt qui dicunt: Et tu hoc facturus es quod nemo fecit? Et
tu ſolus eris chriſtianus? Et ſi oſtenderit alios hoc facere: et
legerit euangelium vbi precepit dominus hoc fieri: et lege-
rit Actus apoſtolorum: illi quid dicunt in lingua ſubdola et
labijs iniquis? Non poteris forte implere: multum eſt quod
Aggrederis. Alij prohibendo deterrent: alij laudando plus
premunt. Quia enim talis eſt vita que iam occupauit mun-
dum: tanta; auctoritas chriſti eſt: vt reprehendere iã chriſtũ
nec paganus audeat: Legitur ille qui reprehendi nõ poteſt:
Math. 19. quia dixit: Uade vende omnia que habes: et diſtribue pau-
peribus: et ſequere me: Chriſto contradici non poteſt: euan-
gelio contradici non poteſt: reprehendi chriſtus nõ poteſt:
conuertit ſe doloſa lingua ad laudem prohibentem. Si lau-
das: hortare. Quare laudãdo premis? Melius eſt vt tu vitu-
perares: q̃ doloſe laudares. Quid enim diceres vituperã-
do? Abſit: Feda vita eſt iſta: mala vita eſt. Sed q2 noſti cuꝫ
hec dixeris: premi te poſſe auctoritate euangelica: cõuertis
te ad aliud diſſuadẽdi genus: vt laudãdo falſo: me a vera lau-
de prohibeas: immo laudãdo chriſtũ: a chriſto prohibeas di-
cens. Quid eſt hoc? Ecce illi fecerũt: forte tu nõ poteris. In-
cipis aſcendere: cadis. Monere videtur: ſerpens eſt: doloſa
lingua eſt: venenum habet. Roga cõtra illam: ſi vis aſcẽde-
I re: et dic deo tuo: Dñe: erue animã meã a labijs iniuſtis: et a
Alſ. †detur lingua doloſa. Et dicit tibi dñs tuus: Quid †dabitur tibi
†apponatur aut quid †apponetur tibi: ad linguam doloſam? Id eſt qđ
habeas aduerſus linguam doloſam: quod opponas lingue
doloſe: quo te munias aduerſus linguã doloſam? Quid tibi
dabitur: aut quid apponetur tibi? Interrogauit exercẽs: Nã
ipſe dicturus eſt qđ interrogat. Reſpõdit enĩ: ſubijciẽs ſibi
interrogãti. Sagitte potẽtis acute: cũ carbonibus deſola-
torijs: Uel vaſtatoribus. Siue deſolatorijs dicas: ſiue va-
ſtatoribus dicas (Nã in diuerſis codicibus diuerſe ſcriptũ) idẽ
ſignificat. Uidete: Uaſtatores carbones dicũtur: q2 vaſtando
et deſolando ad deſolationẽ facile perducũt. Qui ſunt iſti car-
bones? Intelligat charitas veſtra primo q̃ ſint ſagitte. Sa-
gitte potentis acute: verba dei ſunt. Ecce iaciuntur et trãſ-
figunt corda: Sed cũ tranſfixa fuerint corda ſagittis verbi
dei: amor excitatur: non interitus comparatur. Nouit domi-
nus ſagittare ad amorẽ: Et nemo pulchrius ſagittat ad amo-
rem: q̃ qui verbo ſagittat: Immo ſagittat cor amãtis

vt adiuuet amantem: ſagittat vt faciat amantem. Sagitte: K
autem ſunt cum agimus verbis. Carbones autem vaſtato-
res qui ſunt? Parum eſt verbis agere cõtra linguam ſubdo-
lam et labia iniqua: parum eſt verbis agere: et exemplis agẽ-
dum eſt: Exempla: ſunt carbones vaſtatores. Et quare
vaſtatores dicantur: breuiter accipiat charitas veſtra:
Primo quomodo exemplis agendum ſit: videte. Lingua
ſubdola nihil ſic nouit dicere: quo magis ſubdola eſt: niſi
vide ne non poſſis implere: multum eſt ad te hoc aggredi.
Accepiſti tu preceptum euangelicum: habes ſagittam: ſed
carbones nondũ habes. Timendum eſt ne ſagitta ſola non
valeat aduerſus linguã doloſam. Sunt et carbones: vt puta
incipit tibi enĩ dicere deus. Tu non potes? Quare ille poteſt?
Quare alter potuit? Nũquid tu delicatior es illo ſenatore?
Nunquid tu infirmior es illo ſenatore? Nunq̃d tu infirmior
es illo aut illo in valitudine? Nũq̃d tu infirmior es feminis?
Femine potuerũt: viri non poſſunt? Delicati diuites potue-
runt: pauperes nõ poſſunt? Sed ego inq̃t multũ peccaui: et
multũ peccator ſum. Numerant etiã qui multũ peccauerũt:
et eo amplius amauerũt: quo plura illis dimiſſa ſunt peccata:
Quomodo dictũ eſt in euangelio? Cui modicũ dimittitur: mo- Luce. 7.
dicum diligit. Cũ ergo fuerint iſta enumerata. et nominatim
dicti fuerint homines q̃ potuerũt: ille accepta ſagitta in cor-
de accedẽtibus etiã carbonibus deſolatorijs: deſolatur in illo L
cogitatio terrena. Quid eſt enĩ deſolatur? Ad deſolationẽ per-
ducitur. Erãt autẽ in illo multa que male fronduerant: mul-
te carnales cogitationes: ſeculares multi amores: Ipſi vaſtã-
tur carbonibus vaſtatorijs: vt fiat purus locus deſolatus: in cuius
loci puritate faciat deus edificiũ ſuũ: quia facta erat ibi ruina
diaboli: et edificatur ibi chriſtus. Nã q̃diu manet ibi diabolus:
nõ poteſt edificari chriſtus. Accedunt carbones deſolatorij: et
deijciũt qđ male fuerat edificatũ: et deſolato loco accedit in-
ſtructor felicitatis perpetue. Uidete ergo: quare dicti ſunt car-
bones? quia qui ſe conuertũt ad dñm: de mortuis reuiuiſcũt.
Carbones autẽ qñ accẽduntur: anteq̃ accẽderentur extincti erãt
Nã extincti carbones mortui dicuntur: ardẽtes viui appellan-
tur. Exẽpla ergo multorũ iniquorũ q̃ conuerſi ſunt ad dñm:
carbones dicti ſunt. Audis homines mirari et dicere: Ergo
illum noui: q̃ ebrioſus fuit: q̃ ſceleratus: qualis amator circi:
aut amphitheatri: q̃lis fraudator: modo quomodo deo ſer-
uit: q̃ innocẽs factus eſt. Noli mirari: carbo eſt. Uiuũ gaudes:
quẽ extinctũ plãgebas. Sed quãdo laudas viuũ: ſi noſti lau-
dare: adhibe illũ mortuo vt accẽdatur: id eſt q̃cumq; adhuc
piger eſt ſequi deũ: admone illi carbonẽ qui erat extinctus: et
habeto ſagittã verbi dei: et carbonẽ vaſtatorẽ: vt occurras la-
bijs iniq̃s: et lingue ſubdole. Quid ſequitur? Accepit iſte ſagit- M
tas ardẽtes: accipiat carbones vaſtatores. Iã repulit linguã
ſubdolã et labia iniqua: iam aſcẽdit gradũ: incipit proficere:
ſed adhuc viuit inter malos: et inter iniquos: nondũ eſt area
ventilata. Puta q2 triticũ factũ eſt: nunq̃d iam in horreo eſt?
Adhuc neceſſe eſt multa palea premat: et q̃tũ proficit: tanto vi-
det maiora ſcãdala in populo. Nã ſi nõ proficiat: nõ videt ini-
quitates. Si nõ ſit verax chriſtianus nõ videt fictos. Etenim
fratres et de illa ſimilitudine hoc nos docet dñs et de frumen- Math. 13.
tis et de zizanijs. Cũ autẽ creuiſſet herba et fructũ feciſſet: tũc
apparuerũt et zizania: id eſt q2 nulli homini apparent mali:
niſi factus fuerit ipſe bonus: q2 cũ creuiſſet herba et fructum
feciſſet: tũc apparuerũt zizania. Iã ergo iſte cepit proficere: et
N cepit videre malos: et multa mala que ante nõ nouerat: et cla-
Alſ. †mihi mat ad deũ: Heu †me qđ incolatus meus †longinquus factus
quia. eſt. Multũ a te receſſi peregrinatio mea facta eſt longin-
† prolongatus qua. Nondũ veni in patriã illam vbi cũ nullo malo victurus
ſum: Nondũ veni in illã ſocietatẽ angelorũ vbi ſcãdala nõ ti-
mebo. Quare autẽ nondũ ſum ibi? Quia incolatus meus longin-
quus factus eſt. Incolatus peregrinatio eſt. Incola dicitur qui
habitat in terra aliena: nõ in ciuitate ſua. Longinquus inq̃t
factus eſt: et prolongatus incolatus meus. Et vbi lõginquus? Aliquã-
do fratres mei cum peregrinatur homo: inter meliores vi-
uit: q̃ in patria ſua forte viueret: Sed non ſic eſt quando de
illa hieruſalem celeſti peregrinamur. Mutat enim homo pa-
triam: et aliquando in peregrinatione illi bene eſt: Inuenit
amicos fideles peregrinãdo: quos in patria inuenire nõ po-
tuit. Inimicos habuit vt de patria pelleretur: et cũ peregrina-
retur

retur inuenit quod nõ habebat in patria. Nõ ſic eſt patria
illa hieruſalem: vbi omnes boni. Quicunq; inde peregrinat
inter malos eſt: nec recedere a malis poteſt: niſi cũ redierit
ad ſocietatem angelorum: vt ibi ſit vnde peregrinatur. Ibi
omnes iuſti ⁊ ſancti qui fruũtur verbo dei ſine lectione: ſine
litteris. Quod enĩ nobis per paginas ſcriptum eſt: ꝑ faciẽ
dei illi cernũt. Qualis patria? Magna patria: ⁊ miſeri ſunt
O peregrini ab illa patria. Sed quid ait iſte? Longinqua fa-
cta eſt peregrinatio mea. Maxime eorũ vox eſt: id eſt ipſi'
eccleſie que laborat in hac terra. Illius vox eſt qui clamat
Ps.60. a finibus terre in alio loco pſalmi dicẽs: A finibus terre ad
te clamaui. Quis noſtrum clamat a finibus terre? Nec ego:
nec tu: nec ille: Sed a finibus terre ipſa ſola eccleſia: tota he
Ps.2. reditas chriſti clamat: quia eccleſia hereditas eius: Et de
eccleſia dictum eſt: Poſtula a me ⁊ dabo tibi gẽtes heredi-
tatem tuam: ⁊ poſſeſſionem tuam terminos terre. Si ergo
poſſeſſio xpi vſq; ad fines terre: ⁊ poſſeſſio chriſti oẽs ſancti
et omnes ſancti vnus homo in chriſto: q2 vnitas ſancta in
chriſto eſt: ipſe vnus homo dicit: A finibus terre ad te cla-
maui dum angeretur cor meũ. Huius ergo hoĩs longinqua
peregrinatio facta eſt inter malos. Et tanq̃ ſi diceretur illi:
cum quibus ergo habitas vt gemas: peregrinatio inquit
mea longinqua facta eſt. Sed quid ſit cum bonis? Si cum
bonis eſſet: nõ diceret: heu me. Heu vox eſt miſerie: vox eſt
calamitatis ⁊ infelicitatis: ſed tamẽ in ſpe: quia iam vel ge-
mere didicit. Multi enĩ ⁊ miſeri ſunt ⁊ nõ gemũt: ⁊ peregri
nantur ⁊ redire nolunt. Iſte iam volẽs redire: cognoſcit in
felicitatem peregrinationis ſue: Quia agnouit illaz: redit:
et aſcendere incipit: quia canticum graduum cepit cantare
Al. † habi- Ubi ergo gemit: et inter quos habitat? ⌊† Inhabitaui cum
taui. †tabernaculis cedar.⌋ Uerbum hoc q2 hebreum eſt: pcul du
†habitãti- bio nõ intellexiſtis. Quid eſt: inhabitaui cum tabernaculis
bus. cedar? Cedar q̃tum meminimus ex interpretatione nomi
P
Gen.21. hebreorum: tenebras ſignificat. Interpretatum cedar lati
ne: tenebre dicitur. Noſtis aũt duos filios habuiſſe abraã:
quos quidẽ cõmemorat Apl's: ⁊ ad imaginẽ duorũ teſtamẽ
Gal.4. torũ eſſe dicit: Unus ex ancilla erat: alter de libera. Ex an
cilla hiſmael erat: de libera ſara quẽ ſuſcepit ex deſperatio
ne per fidem iſaac erat. Uterq; ex ſemine abrae: ſed nõ vter
q; heres abrae. De abraã natus vnus: ſed tamẽ nõ heredi-
tat: Alter etiã heres nõ ſolũ filius: ſed ⁊ heres. In hiſmael
ſunt omnes qui carnaliter colunt deũ. Ad ipſos enĩ ⁊ vetus
Ibidem. teſtamẽtum ptinet: q2 ſic dicit Apl's: Sub lege volẽtes eſſe
legem nõ audiſtis? Scriptum eſt enim q abraã duos filios
habuit: vnũ de ancilla ⁊ vnũ de libera: que ſunt in allegoria.
Hec ſunt duo teſtamenta. Que ſunt duo teſtamẽta? Unum
vetus ⁊ alterũ nouum. Uetus teſtamẽtum a deo: ⁊ nouum
teſtamẽtum a deo: quõ de abraã: ⁊ hiſmael ⁊ iſaac. Sed hiſ
mael ad terrenũ: iſaac ad celeſte regnũ. Ideo vetus teſta-
mentum pmiſſiones habet terrenas: terrenã hieruſalem:
terrenã paleſtinã: regnum terrenũ: ſalutẽ terrenã: hoſtium
ſubiugationem: abũdãtiã filiorũ: fecũditatẽ frugũ. Omnia
iſta pmiſſiones ſunt terrene: In figura: ſpiritualiter intelli
guntur: Quomodo hieruſalem terrena vmbra erat regni ce
leſtis: et regnũ terrenũ vmbra erat regni celorũ. Hiſmael
in vmbra: iſaac in luce. Si ergo iſmael in vmbra: non mirũ:
quia ibi tenebre. Pinguiores etenĩ vmbre: tenebre ſunt. Er
Q go hiſmael in tenebris: iſaac in luce. Quicunq; hic etiam in
eccleſia terrenam felicitatem querunt a deo: adhuc ad hiſ-
mael ptinẽt. Ipſi ſunt qui contradicunt ſpiritualibus pfi
cientibus: et detrahunt illis: et habent labia iniqua: et lin-
guas ſubdolas. Contra quos rogauit iſte aſcendens: et ap
poſiti ſunt ei carbones deſolatorij: et ſagitte potentis acu-
Matth.3. te. Inter illos enim adhuc viuit donec tota area ventilet:
ideo dixit: Inhabitaui cũ tabernaculis cedar. Nam et ipſa
tabernacula hiſmael: cedar dicta ſunt. Sic habet liber ge-
neſeos: ſic habet quod cedar ad hiſmael ptinet. Ergo iſaac
Gen.25. cum hiſmael: id eſt qui pertinent ad iſaac: inter illos viuũt
qui pertinent ad hiſmael. Iſti ſurſum volunt aſcendere: illi
deorſum volunt premere. Iſti volare volunt ad deum: illi
conantur pennas euellere. Namq; apud Apoſtolum ita di
citur: Sed ſicut tunc qui ſecundum carnem natus erat: pſe-
Gal.4. quebatur eum qui ſecũdum ſpiritum: ita et nunc. Spiri-
tuales ergo perſecutionem patiũtur a carnalibus. Sed q̃d
dicit ſcriptura? Ejce ancillam et filium eius: Nõ enĩ heres Gen.21.
erit filius ancille cũ filio meo iſaac. Sed hoc q̃d dicit: ejce:
quãdo erit? Quãdo area ceperit vẽtilari. Modo aũt anteq̃
ejciatur: dicit. Heu me quia incolatus meus longinquus fa
ctus eſt: inhabitaui cum tabernaculis cedar. Et exponit R
nobis qui ſunt iſti q̃ pertinẽt ad tabernacula cedar. ⌊Mul- Al. †incola
tum †peregrinata eſt anima mea.⌋ Ne peregrinationem ſunt.
corporalem intelligeres. animam dixit peregrinari. Corp'
peregrinatur locis: anima peregrinatur affectib'. Si ama-
ueris terrã: peregrinaris a deo. Si amaueris deũ: aſcendis
ad eum. In charitate dei ⁊ proximi exerceamur: vt redea-
mus ad charitatem. Si cadamus in terram: marceſcimus
et putreſcimus. Iſte aũt qui ceciderat: deſcenſum eſt ad eũ
vt aſcenderet: Intẽdens tempus peregrinatiõis ſue: dixit
ſe peregrinari in tabernaculis cedar. Quare? Quia multũ
peregrinata eſt anima mea. Ibi peregrinatur: vbi aſcendit
Nõ corpe peregrinatur: nõ corpe aſcẽdit. Sed vbi aſcẽdit? Ps.83.
Aſcẽſiones inquit in corde. Si ergo aſcẽdit in corde: nõ aſcẽ
dit? Non aſcẽdit per aſcẽſiones cordis: niſi anima que pegri
natur? Sed donec perueniat: multum pegrinata eſt anima S
mea. Ubi? In tabernaculis cedar. ⌊Cum his qui oderunt
pacem eram pacificus.⌋ Uerum vt audiatis fratres chariſ
ſimi: nõ poteritis pbare q̃ vera canteris: niſi ceperitis face
re qd̃ cãtaſtis. Quãtũlibet illud dicaz: quomõlibet exponã
qualibuſcũq; verbis verſem: nõ intrat in cor eius in quo nõ
eſt opus ei'. Incipite agere: ⁊ videte quid loquamur. Tũc
ad ſingula verba lachryme pfluent: tunc pſalmus cantatur:
et facit cor qd̃ in pſalmo cantatur. Quã multi enim ſonant
voce: ⁊ corde muti ſunt: Et q̃ multi tacent labijs: ⁊ clamant
affectu. Quia ad cor hoĩs aures dei. Sicut aures corpales
ad os hoĩs: ſic cor hoĩs ad aures dei. Multi clauſo ore exau
diũtur: et multi in magnis clamoribus nõ exaudiũtur. Affe
ctibus orare debem': ⁊ dicere: Multũ pegrinata eſt anima
mea: Cum his q̃ oderãt pacẽ: erã pacific': Quid enĩ aliud di T
cimus iſtis hereticis: niſi cognoſcite pacẽ: amate pacẽ? Iu-
ſtos vos dicitis: Sed ſi iuſti eſſetis: inter paleã grana geme
retis. Nam q2 ſunt grana in eccleſia catholica ⁊ vera grana
ſunt: ideo tolerãt paleã donec vẽtiletur area: q2 inter paleã
clamãt: Heu me q incolat' meus longinquus factus eſt: in- Matth.3.
habitaui cum tabernaculis cedar. Inhabitaui inquit cum
paleis. Sed quõ de palea mult' fumus exit: ſic de cedar te
nebre. Inhabitaui cum tabernaculis cedar: multũ peregri-
nata eſt ala mea. Frumẽtorum vox eſt: inter paleas gemen
tium. Hec loquimur illis qui oderũt pacem: ⁊ dicimus: Cũ
his q̃ oderũt pacẽ eram pacificus. Qui ſunt qui oderũt pa-
cem? Qui cõſcindunt vnitatem. Si enĩ pacem nõ odiſſent:
in vnitate manſiſſent. Sed videlicet pptetea ſe ſeparauerũt
vt iuſti eſſent: vt nõ haberẽt mixtos iniuſtos. Aut noſtra eſt
iſta vox: aut illorum: Elige cuius ſit. Catholica dicit: Nõ eſt
dimittẽda vnitas: nõ eſt precidẽda eccleſia dei: Iudicabit
deus de malis ⁊ bonis poſtea. Si nũc mali a bonis ſepari
nõ poſſunt: ferẽdi ſunt ad tempus. Mali in area nobiſcum
eſſe poſſunt: in horreo nõ poſſunt. Et forte hodie q̃ mali ap-
parent: cras boni erunt. Et qui de bonitate hodie ſupbiũt:
cras mali inueniuntur. Quiſquis ergo humiliter malos ad
tempus fert: ipſe perueniet ad requiẽ ſempiternã. Hec vox
catholica eſt. Illorũ aũt vox qualis eſt nõ intelligẽtiũ neq; 1 Timot.1.
que loquũtur neq; de quibus affirmãt? Ne tãgas immundũ Eſa.52.
Et qui tetigerit immũdum: inquinabitur. Separemus nos: Eccli.13.
ne cõmiſceamur malis. Et nos illis: Amate pacem: diligite
vnitatem. Neſcitis a q̃ multis bonis ſeparamini: dũ quaſi
malis calũniamini? Furiunt: ſeuiũt: quãdo iſta dicimus: Nã
querũt ⁊ mortificare nos. Apparuerunt ſepe impetus eorũ
apparuerunt inſidie. Cum ergo inter inſidias illorũ viuim':
et quibus dicimus: amate pacem: aduerſantur nobis: nõne
vox iſta noſtra eſt: cum his qui oderunt pacẽ eram pacific'?
⌊Cum †loq̃rer illis †debellabãt me gratis:⌋ Quid eſt aũt V
fratres debellabant me? Et parum erat: ſi non adderet gra Al. †loque
tis. Quibus dicimus: amate pacem: chriſtum amate: nũq̃d bar.
dicimus: amare et honorate nos? Sed honorate chriſtum: †impugna
Nos nolumus honorari: ſed illum. Nam nos quid ſum' ad bant.
apoſtolum paulum? qui tamen dicebat illis paruulis: quos

1.Corin.1. mali homines et mali ſuaſores precidere ab vnitate in ſchiſ
mata volebant: Quid eis dicebat ille? Nunquid paulus pro
vobis crucifixꝰ eſt: aut in noīe pauli baptizati eſtis? Hoc et
nos dicimus: Amate pacem: amate chriſtum. Si enim amāt
Eph.2. pacem chriſtū amant. Cum ergo dicimus: amate pacem: hoc
dicimus: amate chriſtum. Quare? Quia de chriſto ait apoſto
lus: Ipſe eſt enim pax noſtra: qui fecit vtraqꝫ vnum. Si er
go chriſtꝰ ideo pax quia fecit vtraqꝫ vnū: quare vos de vno
feciſtis duo? Quomō ergo pacifici eſtis: vt cū chriſtus faciat
vnum de duobus: vos faciatis de vno duo? Sed qui hec di
cimus: cum his qui oderunt pacem ſumus pacifici: et tamen
illi ꝗ oderūt pacē: cū loqueremur eis debellabant nos gratis.

¶ Explicit Tractatus de ps.cxix.

Incipit Tractatus de ps.cxx.

A SEcundus eſt iſte pſalmus eorum quorum titulus eſt:
[Canticum graduum.] Plures enim ſunt ſignifican
tes (vt iam in primo eorum audiſtis) aſcenſum noſtrum: qui
fit in corde ad deum: in conualle plorationis: id eſt ab humi
Ps.83. litate contribulationis. Aſcenſus enim vtilis nobis non po
teſt eſſe: niſi primo humiliari: a conualle nobis aſcendendum
eſſe meminerimus. Conuallis enim terre locus eſt depreſ
ſus. Sicut loca terre alta montes et colles: ita conuallis lo
cus humilis: ne dum prepropere et ꝑpoſtere querimꝰ exal
tari: non aſcendamus ſed ruamus. Docuit autem ipſe domi
nus a conualle plorationis aſcendēdum: quando pro nobis
humiliari vſqꝫ ad mortem crucis et pati dignatus eſt. Hoc
exemplum non relinquamus. Iſtam conuallem plorationis
martyres intellexerunt. Unde intellexerunt? Unde? Quia et
ipſi de conualle plorationis vt coronarentur aſcenderunt.
Ps.125. Congruit et hodierno diei pſalmus iſte Canticum graduū.
De illis enim dictum eſt: Euntes ibant et flebant: mittētes
ſemina ſua. Hec eſt conuallis plorationis: vbi a flentibꝰ mit
tuntur ſemina. Que ſunt autem ſemina? Bona opera in iſta
tribulatione terrena. Qui bene operatur in conualle plora
tionis: ſimilis eſt homini ſeminanti per hyemem. Nunquid
frigore ab opere deterretur? Sic preſſuris mundi non debe
mus a bono opere deterreri: quia vides quid ſequitur: Eun
tes inquit ibāt et flebāt mittētes ſemina ſua. Ualde miſeri ſi
Ibidem. ſemꝑ flebāt valde miſeri ſi nūqꝫ de lachrymis ſunt liberādi.
Sed vide ꝗd ſeqtur: Uenientes autē veniāt in exultatiōe: por
tātes germina ſua. Nihil aliō iſtis cāticis docemur fratres
ꝗ aſcēdere: ſed aſcēdere in corde: in affectu bono: in fide: et
ſpe: et charitate: in deſiderio ꝑpetuitatis et vite eterne: Sic
B aſcēditur: Cōgruit nos dicere: quō aſcendendum ſit. Quā
1.Thes.5. ta terribilioꝛa lecta de euāgelio: audiuit charitas veſtra: Ui
Mat.24. detis certe: q2 hora domini ſicut fur in nocte ita veniet. Si
ſciret inquit paterfamilias qua hora fur veniret: amen di
co vobis quia non pateretur perfodi parietem ſuum. Di
citis modo: Quis ergo nouit qua hora veniet: ꝗ hora ſicut
fur erit? Neſcis qua hora veniat: ſemper vigila: vt quod ne
ſcis quando veniat: paratum te inueniat cū venerit. Et ad hoc
forte neſcio quando venturus eſt: vt ſemper paratus ſis. Il
lum enī patrēfamilias ſubito occupabit hora illa: ꝗ paterfa
milias ſuperbus ſignificatus eſt: Noli velle eſſe paterfami
lias: et non te ſubito illa hora occupabit. Et quid ero inquis?
Ps.48. Qualem audiſti de pſalmo: Pauper et dolens ego ſum. Si
enim pauper et dolens eris: non eris paterfamilias quem
Mat.24. illa hora ſubito inueniet: et ſubito premet. Patreſfamilias
enim ſunt illi qui preſumētes de cupiditatibus ſuis: et in de
litijs huius ſeculi defluentes: tument: et eriguntur aduerſus
humiles: et inſultant ſanctis intelligentibus anguſtā viam:
Matth.7. que ducit ad vitam. Talibus enim veniet illa hora ſubito: q2
tales erāt in diebꝰ noe: quorū dierū cōmemorationē audi
Mat.24. ſtis factā in euāgelio: Sic erit aduentus filij hominis inqt:
Gen.7. quomodo in diebus noe: Manducabāt: bibebāt: nubebāt:
vxores ducebāt: nouellabant: edificabāt: donec intrauit noe
in arcā: et venit diluuiū et ꝑdidit omnes. Quid ergo? Omnes
peribunt qui iſta faciūt: qui nubūt: qui vxores ducūt: ꝗ no
uellant: ꝗ edificant? Nō. Sed qui de his preſumunt: ſed qui
iſta deo ꝑferunt: ſed qui propter hec offendere deū cito pa
1.Corin.7. rati ſunt. At vero ꝗ iſtis inanibus omnibꝰ aut non vtūtur: aut
vtuntur tanqꝫ non vtentes: plus preſumētes de illo qui dedit
ꝗ̄ de his que data ſunt: et intelligētes in his eius conſolatio
nem et miſericordiā: et nō ſunt occupati donis: ne a donatore
ruant: qui tales ſunt: non illos inuenit imparatos hora illa
ſicut fur. Talibus dixit apoſtolus: Uos autem non eſtis in te Mat.24.
nebris vt dies ille vos tanqꝫ fur comprehēdat: Omnes enī 1.Thes.5.
vos filij lucis eſtis: et filij diei. Ideo dominus cum diceret ti Mat.24.
mendam eſſe horam ſicut furem: noctem poſuit: Et apoſto
lus ita ait: Quia hora dnī ſicut fur in nocte ita veniet. Non
vis vt te inueniat: noli eſſe in nocte. Quid eſt: noli eſſe in no
cte? Filij lucis eſtis et filij diei: nō ſumꝰ noctis neqꝫ tenebra
rum. Qui ſunt filij noctis et tenebrarum? Iniqui: impij: infi 1.Thes.5.
deles. Sed et ipſi audiant anteqꝫ veniat hora: et dicat illis
apoſtolus: Fuiſtis aliquando tenebre: nunc autem lux in do Eph.5.
mino. Sicut iſte pſalmus habet eulgilent: Iam illuminati
ſunt montes: Quid adhuc dormiunt?

¶ Expoſitio pſalmi.

L [†Euaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium C
†illis.] Quid eſt tam illuminati ſunt montes? Iā or Al. † Leua
tus eſt ſol iuſtitie: iam ab apoſtolis ꝑdicatum eſt euangeliū: ui oculos
ꝑdicate ſunt ſcripture: patuerūt omnia ſacramēta: cōſciſſum meos.
eſt velū: patuit ſecretum templi: Iam tandem leuēt oculos †mihi.
ſuos in montes: vnde veniet auxilium illis. Hoc enim preci Mat.27.
pit illis iſte pſalmus ſecundus de his qui inſcribuntur canti
cum graduum. Sed non rurſus preſumant de mōtibus: q2
ipſi montes: non a ſe lucent: ſed ab illo lucent de quo dictum
eſt: Erat lumen verum: quod illuminat omnem hominē ve Ioā.1.
nientem in hunc mundum. Montes poſſunt intelligi: homi
nes magni: homines clari. Et quis maior eſt iohanne bapti Matth.11.
ſta? Qualis ille mons erat de quo dominus dicit: In natis
mulierū nemo exurrexit maior iohāne baptiſta? Uides recte
iſtum magnum montem lucentem: audi confitentem. Quid Ioā.1.
confitentē? Nos omnes inquit de plenitudine eius accepi
mus. De cuius ergo plenitudine acceperunt montes: ab illo
eſt tibi auxilium: non a montibus: In quos tamē niſi leuaue
ris oculos per ſcripturas: non admoueberis vt ab illo illumi
neris. Canta ergo quod ſequitur. Si vis audire vt firmiſſi
me ponas pedes in gradibus: he in illa aſcenſione: aut fati
geris: aut lapſus cadas: dic quod ſequitur: [†Ne des ad mo Al. † Auxi
uendum pedem meum.] Unde mouētur pedes? Unde mo lium meū a
tus eſt pes illi qui erat in paradiſo? Sed prius attende vn dño. ꝗ fecit
motus eſt illi qui erat inter angelos: et moto pede cecidit: et celū et terrā
de angelo factus eſt diabolus. Moto enī pede cecidit. Que Nō det in
re vnde cecidit. Superbia cecidit. Non ergo mouet pedem cōmotionē
niſi ſuperbia ad ruinas. Nō mouet pedem niſi ſuperbia? Ad pedē tuum
ambulandum et proficiendū: charitas mouet pedem: ad ca D
dendum ſuperbia mouet. Ideo et ille quid dicit in pſalmo?
Filij autem hominum ſub tegimine alarum tuarū ſperabūt. Ps.35.
Si ſub tegimine: ſemper humiles: ſemper de deo ſperātes
ſemper de ſe non preſumentes. Sub tegimine alarum tuarū
ſperabunt: Non enim a ſe ſatiantur vt beati ſint. Sed quid Ibidem.
ſequitur? Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torren
te delitiarum tuarum potabis eos. Ecce ſitientes: ecce ine
briati: Ecce ſitiunt: ecce bibunt: Sed nō a ſe bibunt: nec ipſi
ſibi ſunt fontes. Sed vnde bibunt? Sub tegimine alarū tua
rum ſperabūt. Si ſub alis: humiles ſunt. Quare? Quia apō
te inquit eſt fons vite. Non ergo a ſe irrigantur mōtes ſicut
a ſe non illuminantur montes: Nam vide quid ſequitur: In Ibidem.
lumine tuo videbimus lumen. Si ergo in lumine ipſius vi
debimus lumen: quis cadit a lumine: niſi cui ipſe non eſt lu
men? Et qui voluerit ſibi eſſe lumē: ipſe cadit a lumine quo
illuminatur. Ideo ſciens nō cadere: niſi eum qui ſibi vult lu
cere: cum ſit per ſe tenebre: ſtatim ſubiecit: Non veniat mihi Ibidem.
pes ſuꝑbie: et manus peccatorum non moueat me: id eſt imi
tatio peccatorū non moueat me: vt cadā a te. Quare timui
ſti et dixiſti: Non veniat mihi pes ſuperbie? Sequitur: Ibi
ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Quos modo
vides operari iniquitatem: iam damnati ſunt. Sed vt dā
narentur: ibi ceciderūt: cum illis venit pes ſuperbie. Recte
ergo iſte audiens vt aſcendat et non cadat: vt a cōualle plo
rationis proficiat: non in tumore ſuperbie deficiat: ait deo:
Ne des ad mouendū pedes meos. Et dominus illi: [Neqꝫ
dormitet qui cuſtodit te.] Intēdat charitas veſtra. Quaſi E
vna ſententia facta eſt ex duabꝰ vocibus. Homo dicit aſcen
dens et cantans canticum graduum: Ne des ad mouendum
pedem

pedem meū: Et deus tāq̄ diceret ad te: Ne des ad mouen
dum pedē meū: dicis mihi: Adde: Neq̄ dormitet q̇ cuſtodit
te: ⁊ nō mouebitur pes tuus. Dixerit aūt ille: Nūqd in potes
ſtate mea eſt: vt nō dormitet q̇ cuſtodit me? Uolo vt nō dor
miat neq̄ dormitet. Ergo illū tibi eligeq̇ nos dormiet neq̄
dormitabit: et non mouebitur pes tuus. Deus nunq̄ eſt dor
miens. Si vis habere cuſtodez non dormientē: deum elige
cuſtodem. Ne des ad mouēdū pedē meū dicis tu: bene opti
me: Sed et ille tibi dicit: Neq̄ dormitet qui cuſtodit te.
Tu forte conuerſurus te eras ad homines cuſtodes: ⁊ dictu
rus: Quez ſum inuenturus non dormientē? Quis homo nō
dormitabit? Quē inuenio? Quo ibo? Quo reuertar? Ille ti
F bi oſtēdit. Ecce nō dormitabit neq̄ obdormiet: q̇ cuſtodit
iſrael. Uis habere ergo cuſtodē nō dormientē neq̄ dormi
tantem? Ecce nō dormiet neq̄ dormitabit: q̇ cuſtodit iſrael.
Chriſt⁹ eñ cuſtodit iſrael. Eſto ergo iſrael. Quid eſt iſrael?
Interpretat̄ homo vidēs deū. Et quō videt̄ de⁹? Primo p
fidez: poſtea p ſpeciē. Sed ſi iſrael p ſpeciē nōdū potes: p fi
dem vide. Si faciē eius videre nō potes: quoniā ibi ſpecies
Exo. 33. poſteriora ei⁹ vide. Hoc dictū eſt moyſi a dño: Nō potes vi
Scd̄o de dere faciem meā: poſteriora mea videbis cū ptrāſiero. Ex
trini. 16. pectas forte vt trāſeat: iam trāſijt: tu vide poſteriora ipſi⁹.
et. 17. Ubi trāſijt? Audi iohannē: Cū veniſſet inquit hora vt tranſi
Ioā. 13. ret de mūdo ad patrē. Domin⁹ noſter ieſus chriſt⁹ iam fecit
paſca. Paſcha autē trāſitus interptat̄. Nā verbū eſt hebreū
2. ad. Ia ⁊ putāt homines grecū eſſe quaſi paſſionē: ſed nō eſt. A dili
nuariū. ca gētioribus ⁊ a doctiorib⁹ inuētū eſt: q̄ paſcha hebreū verbū
1. i medio. eſt: ⁊ nō interptat̄ paſſionē: ſed trāſitū. Per paſſionē eñ trā
ſijt dñs a morte ad vitā: ⁊ fecit nobis viā credētib⁹ in reſur
rectionē ei⁹ vt tranſeam⁹ ⁊ nos de morte ad vitā. Non ma
gnum eſt: credere q̄ mortuus eſt chriſt⁹. Hoc ⁊ pagani ⁊ iu
dei: ⁊ omnes iniqui credunt: Hoc omnes credunt q̄ mortu⁹
eſt. Fides chriſtianorū reſurrectio chriſti eſt. Hoc p magno
habemus: q̄ credim⁹ eū reſurrexiſſe. Ergo tūc ſe voluit vi
deri cū trāſiret: hoc eſt cū reſurrexiſſet. Tūc in ſe voluit cre
di cū trāſiret: q̄ tradit⁹ eſt ppter delicta noſtra: ⁊ reſurrexit
Roma. 4. Tunc in ſe voluit credi cū trāſiret: q̄ tradit⁹ eſt ppter deli
cta noſtra: ⁊ reſurrexit ppter iuſtificationē noſtrā. Et ipſam
fidem in reſurrectione chriſti: maxime cōmēdauit apoſtol⁹:
Roma. 10. Ait eñ: Si credideris in corde tuo: q̄ de⁹ eum ſuſcitauit a
mortuis: ſalu⁹ eris. Nō dixit: Si credideris q̄ mortuus eſt
chriſt⁹: qō ⁊ pagani ⁊ iudei et omnes inimici ei⁹ crediderūt:
ſed ait: Si credideris in corde tuo q̄ deus illuz ſuſcitauit a
mortuis: ſalu⁹ eris. Hoc credere: hoc eſt eſſe iſrael: hoc eſt vi
dere deū. Quāuis adhuc in poſteriora ei⁹ videas: tamē cuz
credideris in poſteriora: peruenies ad viſionē faciei. Quid eſt
G hoc? Cū credideris in id qō poſteri⁹ p te fact⁹ eſt chriſt⁹: cū
credideris in id qō poſteri⁹ ſuſcepit chriſt⁹. Nā in primo fa
Ioā. 1. cies ei⁹ q̇ eſt? In principio erat verbū: ⁊ verbum erat apud
Ibidem. deum: et deus erat verbū. Poſteriora eius que ſunt? Et ver
bum caro factū eſt: et habitauit in nobis. Cū ergo credis in
hoc quod pro te factum eſt verbuz: et reſurrexit in carne: ne
tu de tua carne deſperares: efficeris iſrael. Fact⁹ autē iſrael
cū fueris: nō dormitabit neq̄ dormiet q̇ cuſtodit te: quia tā
iſrael es: et audiſti in pſalmo: Ecce non dormitabit neq̄ ob
dormiet q̇ cuſtodit iſrael. Chriſtus eñ ipſe dormiuit: ſed re
Ps. 3. ſurrexit. Quid enim ait ipſe in pſalmo? Ego dormiui et ſom
num cepi. Nunquid remanſit in ſomno? Exurrexi inqt: quo
Exod. 33. niam domin⁹ ſuſcepit me. Si ergo tā reſurrexit: iam trāſijt:
Si iam tranſijt: vide poſteriora ei⁹. Quid eſt vide poſterio
2. Corin. 13 ra ei⁹? Crede in reſurrectionē ei⁹. Et q̄ ait apoſtolus: Et ſi
Roma. 6. cruciſix⁹ eſt ex infirmitate: ſed viuit in virtute dei: Et iteruz
ait: Xp̄s ſurgēs a mortuis iā nō morit̄: ⁊ mors ei ⁊ vltra nō
dominabitur: Recte tibi cātat: Ecce nō dormitabit neq̄ ob
dormiet: q̇ cuſtodit iſrael. Adhuc forte queris carnali ſenſu:
q̇s eſt qui nō dormitabit neq̄ dormiet? Et cū q̄ris inter ho
mines: falleris: nūq̄ inuēturus es. Noli ergo preſumere de
quoq̄ homine: Omnis homo dormit et dormitabit. Quādo
dormitat? Cū portat carnem infirmitatis. Quādo dormiet?
Cū fuerit mortuus. Noli ergo p̄ſumere de homine: Poteſt
dormitare mortalis. Dormit mortālis: noli querere inter ho
mines: Et quis inq̇s cuſtodit me: qui nō dormitat neq̄ dor
H miet? Audi quid ſequitur: Dñs cuſtodit te: Nō ergo ho
mo ergo dormitans et dormiens: ſed dominus cuſtodit te.
Quomō te cuſtodit? Dñs †tegumētū tuū: ſup manū †dex Al. †prote
tere tue. Eia fratres intelligam⁹ adiuuāte dño qd ſibi ve ctio tua.
lit: Domin⁹ tegumētū tuū ſup manū dextere tue. Uidet̄ eñ † dexteraz
mihi habere ſenſum occultum quare non dixerit: Dominus tuam.
cuſtodiet te abſolute et ſimpliciter: ſed addidit: ſuper ma
num dextere tue. Quid enim? Dexteram noſtram deus cu
ſtodit: et ſiniſtram noſtrā nō cuſtodit? Nonne ipſe nos totos
fecit? Nonne qui nobis fecit dexterā: ipſe fecit ⁊ ſiniſtrā? Po
ſtremo ſi placuit dici de dextera ſola: quare dixit: ſup manū
dextere tue: ⁊ nō iā ſup manū dexterā tuā? Cur hoc diceret
niſi aliquid hic occultū ad qō pulſando puenirem⁹ abſcōde
ret? Diceret eñ: aut dñs cuſtodiet te ⁊ nihil adderet: aut ſi
dexteram addere voluit: dominus cuſtodiet te ſup dexterā
tuā: aut certe q̄ addidit manū: hoc diceret: dñs cuſtodit te
ſup manū dexterā tuā: nō ſup manum dextere tue. Q̄ ſi dñs
ipſe ſuggerere dignat̄ pmā vobis: qui et in vobis habitat:
ſine dubio facit vos approbare verū eſſe qō dico. Nā quid
dicturi ſumus ignoratis: ſed cum dixerimus: nō ab ipſis no
bis vobis oſtēdemus verū eſſe qō dicim⁹: ſed voſipſi agno
ſcetis verum eſſe quod dicimus. Unde autem agnoſcetis:
niſi demōſtrante illo qui in vobis habitat: inquātum de illo
numero eſtis quorum vox eſt: Ne des ad mouēdum pedez
noſtruz: ⁊ quibus dicitur: Neq̄ dormiet q̇ cuſtodit te? O por
tet eñ vt chriſtus non dormiat in vobis: ⁊ modo intelligit̄ I
veruz eſſe qō dicimus. Quō inquies? Quia ſi dormiat fides
veſtra: dormit chriſtus in vobis. Chriſt⁹ eñ in corde veſtro:
fides chriſti eſt. Ait aplus: habitare chriſtū p fidem in cordi Eph. 3.
bus veſtris. In quo nō dormit fides: vigilat xp̄s. Et ſi forte
dormiebat fides tua: et ideo in iſta queſtione fluctuabas q̄ſi
nauis illa que tēpeſtatē patiebatur vbi xp̄s dormiebat: exci
ta xp̄m. ⁊ ſedabūtur tempeſtates. Fidē ergo veſtrā interro Matth. 8.
go chariſſimi: q̄ſi filij eſtis eccleſie: ⁊ in eccleſia pfeciſtis: et
in eccleſia pficitis qui nōdum pfeciſtis: ⁊ in eccleſia pficien
di eſtis qui iam pficitis. Interrogo vos: quid ſoletis intel K
ligere qō dictū eſt in euāgelio: Neſciat ſiniſtra tua quid fa Matth. 6.
ciat dextera tua? Hoc eñ intellecto inuenietis que ſit dexte
ra: et que ſit ſiniſtra: ſimul intelligetis ⁊ vtrāq̄ partē deum
feciſſe: ⁊ dexterā ⁊ ſiniſtrā: ⁊ tamē nō debet ſcire ſiniſtra qd
faciat dextera. Siniſtra noſtra dicitur: quicquid temporali
ter habem⁹: Dextera noſtra dicitur: quicquid nobis eternū
⁊ incōmutabile dñs pollicetur. Si aūt ille qui dabit eternaz
vitam: ipſe ⁊ de iſtis temporalibus cōſolatur preſentem vi
tam: ipſe fecit dexterā ⁊ ſiniſtram. Dicit de quibuſdam pſal
mus apud dauid: Quorū os locutum eſt vanitatē: ⁊ dexte Ps. 143.
ra eoz dextera iniquitatis. Inuenit ergo quoſdā quos re
prehēdit qui dexterā verā p ſiniſtra habebāt: ⁊ veram ſini
ſtrā dexteram ſibi fecerūt. Qui ſint iſti: exponit cōſequēter.
Omnis homo qui felicitatem nō putat eſſe hominis niſi ſo
lum in iſtis tpalibus facultatibus ⁊ delitijs: ⁊ affluentia et
copia mūdi huius: iſte eſt ſtultus atq̄ peruerſus qui ſiniſtrā
fecit ſibi dexterā. Tales illi erant de quibus dicit pſalmus:
nō q̄ a deo nō acceperint etiā que tpaliter poſſidebāt: ſed
quia ipſam ſolā putabāt eſſe beatā vitā: et nihil aliud reqͥ
rebāt. Audite eñ qd de illis cōſequēter dicit: Quorum os
locutum eſt vanitatem: ⁊ dextera eorū dextera iniquitatis.
Et ſequitur: Quorū filij eoruz velut nouelle cōſtabilite: filie Ibidem.
eorum ornate ſicut tēpli ſimilitudo: Cellaria eorum plena:
eructātia ex hoc in hoc: Oues eorum fecūde: multiplicātes
in exitibus ſuis: boues eoruz craſſi: Non eſt ruina ſepis nec
exitus: neq̄ clamor in plateis eorum. Magnam felicitatem
quorūdam deſcripſit. Poſſet tamen iſtam felicitatem ⁊ ali L
quis iuſtus habere: ſicut habuit iob: Sed iob p ſiniſtra illaz Iob. 1.
habebat. nō pro dextera. Nam dexterā nō habebat: niſi apō
deum ppetuā ⁊ ſempiternā felicitatē. Ideo conceſſa eſt p
cutiēda ſiniſtra: ⁊ ſuffecit ei dextera. Quomodo percuſſa eſt
ſiniſtra? Temptationib⁹ diaboli. Abſtulit ſubito diabolus:
permiſſus quidē a deo vt iuſtus probaretur: ⁊ impius puni
retur: abſtulit omnia. Sed iob qui nouerat ſiniſtram: ſini
ſtraz eſſe: ⁊ dexteram nō niſi dexterā: quomodo ſe tenuit ad
dexterā? Exultauit in domino: cōſolatus eſt dāna: quia non
eſt paſſus dānū: De interioribus diuitijs dei plenum cor ha
bebat: Dominus inquit dedit dominus abſtulit: ſicut domi Ibidem.

no placuit ita factum eſt: ſit nomē dñi benedictū. Hec erat
dextera ipſius: ipſe dñs: ipſa vita eterna: illa lucis poſſeſſio:
Pſ. 35. fons vite: lumen in lumine. Inebriabuntur ab vbertate do-
mus tue: Ipſa erat dextera: Siniſtra vero erat pro adiuto-
rio cōſolationis: nō ad firmamētum felicitatis. Nam felici-
tas eius vera atq; germana deus erat. Iſti autem de qui-
Pſ. 143. bus dicit dauid: q: os eorum locutū eſt vanitatem: & dexte-
ra eorum dextera iniquitatis: nō hinc eos reprehēdit: quia
his omnibus abūdabant: ſed q: os eorū locutum eſt vanita
tem. Quid enī ſequitur? Cum enumeraſſet copias eorum: ait:
Ibidem. Beatum dixerūt populū cui hec ſunt. Hec eſt vanitas quā
locutum eſt os eorum: qđ beatum dixerūt populum cui hec
ſunt. Tu quid dicis: qui noſti quid eſt ſiniſtra: & quid eſt dex
tera? Sequitur & dicit: Beatus populus: cuius eſt domin9
deus ipſius. Intēdat ergo charitas veſtra. Audiuimus & vi
dimus ſiniſtram: audiuimus & dextram. Audi hoc confirma
M tum in Canticiscāticor: Siniſtra eius inquit ſub capite meo
Cant. 2. Spōſa dicit de ſpōſo: de chriſto eccleſia: in amplexu pietatis
et caſtitatis. Quid ait? Siniſtra eius ſub capite meo: & dex-
tera eius complectetur me. Quid autem q: ſurſum erat dex
tera: deorſum ſiniſtra: & ſic complectebatur ſpōſus ſponſam
ſupponens ſiniſtram, ad cōſolationem: imponens dexteram
ad protectionem? Siniſtra inquit eius ſub capite meo. De9
illam dat: Ideo non ſiniſtra eius: q: omnia iſta temporalia
deus dat? Quā vani ſunt: ꝙ impij: qui ab idolis: a demonib9
iſta petunt? Quā multi a demonibus iſta petunt: et nō illa
habent: Et rurſus qui illa nō petunt a demonibus: habent
ea: ſed non a demonibus iſta dātur. Itē multi petunt a deo
et nō habent. Nouit ille diſpenſare ſiniſtram: qui vocat ad
dexteram. Ergo ſi eſt ſiniſtra: ſit ſiniſtra: ſed ſub capite ſit.
Supra illam ſit caput tuum: id eſt ſupra illam ſit fides tua:
vbi habitat chriſtus. Noli temporalia preponere fidei tue: &
nō erit ſiniſtra ſuper caput tuum: Sed omnia temporalia
ſubde fidei tue: & fidē tuam prepone oībus tpalibus: et erit
N ſiniſtra ſub capite tuo: & recte dextera eius cōplectetur te.
Prouer. 3. Audi hoc ipſum exponi in puerbijs: quid eſt ſiniſtra ipſa: qđ
eſt dextera. Cum de ſapiētia diceret: Longitudo inquit die
rum & anni vite in dextera eius: in ſiniſtra autem eius diui-
tie et gloria. Longitudo illa dierū: eternitas eſt. Hoc enim
proprio modo dicit ſcriptura longum: quod eternū eſt. Nā
quicquid finem habet breue eſt. Alio loco: Longitudine in-
Exo. 20. quit dierum replebo eum. Et nūquid aliter pro magno di-
ceretur: Honora patrem tuum et matrē tuam: vt longeuus
Pſ. 141. ſis ſuper terram? Sup quam enī terram: niſi de qua dicit:
Spes mea es tu: portio mea in terra viuentium? Ibi eſſe
longeuum quid eſt: niſi ibi viuere in eternum? Nam hic eſſe
longeuum quid eſt: niſi vſq; ad ſenectutē peruenire? Et ſi lon-
ga videatur etas: cum venerit mors cōuincitur breuis: quia
finitur. Et multi maledicētes parētibus ſeneſcūt in hac ter-
ra: multi autem obſequētes parētibus: cito eunt ad dñm.
Nūquid ergo impletur: vt longeuus ſit ſm hanc vitā? Sed
Prouer. 3. longeuū pro eternitate illa poſitum eſt. Longa vita eſt in
dextera eius: At vero diuitie & gloria: id eſt ſufficientia vite
huius: ea que bona exiſtimātur ab hoīb9: ſiniſtra eſt. Neſcio
ꝗs venit & vult tibi percutere dexterā: id eſt tollere tibi fidem
Math. 5. tuam: Tu accepiſti alapā in dexterā: prebe ſiniſtrā: id eſt vt
illud tollat qđ tpale eſt: & non ea que eterna habes. Audite
paulū apoſtolū hoc facientem. Hoies pſequebātur in eo qđ
chriſtianus erat: Percutitur illi dextera: ille ſiniſtram oppo
Act. 22. nebat. Ciuis romanus ſum ait. Dexterā cōtēnebāt illi: & ille
de ſiniſtra terrebat: q: illi dexterā eius timere non poterāt:
nōdum enī xpo crediderāt. Quid ergo? Si dextera ample-
O xitur: ſiniſtra ſub capite eſt. Quid eſt: Neſciat ſiniſtra tua
Cant. 2. quid faciat dextera tua? Id eſt: quādo facis bonū opus: p-
Math. 6. pter vitā eternā fac. Nam ſi opus bonū in terra ppterea fe-
ceris vt terrena tibi abūdēt: ſcit ſiniſtra tua, quid faciat dex
tera tua. Miſcuiſti dexterā ſiniſtre: Noli facere niſi ppter
vitam eternā: Ideo fac: & ſecurus facies: Hoc enī mādauit
deus. Si ppter ſolas res humanas & ſolā vitam iſtam facis
qđ facis ſiniſtra ſola operatur. Si aūt ppter vitam eternam
operis: dextera ſola opatur. Si aūt habes intētionē ad vitā
eternam: ſed ſurrepit tibi cupiditas vite tpalis: vt attēdas
glā iſta quādo facis opus bonū: vt hic tibi aliqđ retribuat:

miſcet ſe ſiniſtra opib9 dextere. Hoc vetat deus. Veniamus P
nūc ad illud qđ ait pſalmus: Dñs tegumētum tuū ſup ma-
num dextere tue. Manū: poteſtatē dicit. Vñ pbam9? Quia
et manus dei: poteſtas dei dicta eſt. Nā diabol9 q̄ tēptauit
Iob: hoc ait deo: Mitte manū tuā: & tāge oīa q̄ habet. Quid Iob. 2.
eſt: mitte manū tuā: niſi da poteſtatē? Euidēti9 audi frater:
ne forte carnali ſenſu adhuc cogites: q: mēbris diſtinct9 eſt
deus. Audi euidēter quō dicatur manus poteſtas. Ait quo- Prouer. 18
dam loco ſcriptura: Mors & vita in manib9 lingue. Nouim9
linguas fruſta quedā carnis: in ore mouētur: & pcutiēdo pa
latum & dētes diſtinguūt ſonos quib9 loquimur. Oſtēdant
mihi man9 lingue. Lingua ergo nō habet man9: ſed habet &
manus. Que ſunt man9 lingue? Poteſtas lingue. Quid eſt
mors & vita in manib9 lingue? Ex ore tuo iuſtificaberis: & ex Math. 12
ore tuo cōdēnaberis. Ergo ſi man9 poteſtas: quid eſt man9
dextere? Nihil arbitror intelligi cōgruēti9: niſi vt intelligam9
manū dextere poteſtatē quā tibi dedit de9: vt ſi velis donā
te deo ad dexteram ſis. Erunt enī impij omnes ad ſiniſtrā: Math. 25
erūt autem oēs filij boni ad dexteram: quibus dicetur: Ve
nite benedicti patris mei: percipite regnū qđ vobis paratū
eſt ab origine mūdi. Vt aūt ſis ad dexteram: id eſt vt poſſis
dei filius fieri: poteſtatē accepiſti. Quā poteſtatem: De qua
dicit aplſ Ioānes: Dedit eis poteſtatē filios dei fieri. Vn- Ioā. 1.
de accepiſti hanc poteſtatem? Credētibus inquit in nomine
eius. Si ergo credis: ipſa tibi poteſtas data eſt: vt ſis inter
filios dei. Eſſe autem inter filios dei: hoc eſt ad dexteram
ptinere. Ergo fides tua manus dextere tue: id eſt poteſtas
que tibi data eſt vt ſis inter filios dei: man9 eſt dextere tue.
Sed qđ valet ipſa poteſtas quā accepit homo: niſi dñs pro Q
tegat? Ecce credidit: iam ambulat in fide. Infirm9 eſt inter
temptationes: agitaꝰ inter moleſtias: inter carnales corru
ptiones: inter ſuggeſtiones cupiditatis: inter verſutias et
laqueos inimici. Quid valet ergo q: habet poteſtatē & cre-
didit in chriſtum: vt ſit inter filios dei? Ve homini illi: niſi &
ipſius fidem dominus protegat: id eſt vt nonte permittat
temptari ſupra ꝙ potes ferre: ſicut dicit apoſtol9: Fidelis 1. Corin. 10
deus qui nō vos permittet temptari ſupra ꝙ poteſtis ferre.
Ille ergo qui nō ſinit temptari ſupra ꝙ poſſumus ferre: ꝙ-
uis iam fideles ſimus: ꝙuis iā manus dextere noſtre ſit in
nobis: protegit nos deus ſuper manum dextere noſtre. Nō
nobis ſufficit habere manū in dextere: niſi ille et ipſam ma-
num dextere protegat. Ecce hoc de temptationibus dixi: R
Intēde quid ſequatur: ⌊† Protegat te dominus ſuper ma- Al. † nō ha
num dextere tue.⌋ Dixi et qđ arbitror recognouiſtis. Si bet, hūc ver
enī non recognouiſſetis: & de ſcripturis nō recognouiſſetis: ſiculum.
non vocibus veſtris intellectum veſtrum mihi ſignificare-
tis. Ergo quia intellexiſtis fratres: videte quid ſequiꝰ: qua
te protegat dñs et ſuper manū dextere: id eſt ſup ipſā fidē
in qua poteſtatē accepimus eſſe inter filios dei: et eſſe ad Ioā. 1.
dexterā. Quare oportet vt ptegat dñs? Propter ſcandala. Math. 22
Vnde ſunt ſcandala? De duobus timenda ſunt ſcādala: q: &
duo ſunt precepta: in quib9 tota lex pendet et prophete: di-
lectio dei & pximi. Eccleſia ppter deū: in deo pximus dili
gitur: de9 autē ppter deum. In deo intelligiꝰ figurate dict9
ſol: in eccleſia intelligitur figurate dicta luna. Quiſq̄s pōt
errare vt aliud de deo credat ꝙ oportet: non credat patrē
& filiū & ſpiritūſanctū vni9 eſſe ſubſtantie: decept9 eſt verſu
tia hereticorū: maxime arrianorū: Si aūt aliqđ min9 in filio
aut min9 in ſpiritūſctō ꝙ in patre crediderit: paſſus eſt ſcan
dalum in deo. Quiſq̄s rurſus putauerit eccleſiā in vna pte
eſſe: et nō eam cognouerit diffuſam toto orbe terrarum: et
crediderit eis qui dicunt: Ecce hic eſt chriſtus: et ecce illic: Math. 24
ſicut modo audiſtis cum euangelium legeretur: cum ille to
tum orbem emerit: quia tantum precium dedit: ille tanq̄ in
proximo ſcandaliſatur: a luna vritur. Quiſquis ergo errat Pſ. 120.
in ipſa ſubſtantia veritatis: a ſole vritur: et per diem vritur:
quia in ipſa ſapientia errat: de qua dictū eſt: Dies diei eru
ctat verbū. Vnde dicit et apoſtolus: Spiritalibus ſpirita- Pſ. 18.
lia comparamus: Dies diei eructat verbū: ſpiritalibus ſpi- 1. Corin. 2.
ritalia comparantes. Dies diei eructat verbum: ſapientiā
loquimur inter pfectos. Quid eſt: et nox nocti indicat ſcien
tiā? Paruulis predicaꝰ humilitas xpi: & caro xpi: et crucifixio
chriſti: quia ipſum eſt lac quod ſufficit paruulis: Et ideo nō Pſ. 18.
relinquitur

relinquũtur in nocte paruuli:quia lucet ⁊ luna etiam in no-
cte: id eſt p carnẽ chriſti ꝑdicaꝛ eccleſia: q2 ipſa caro chriſti:
Pſ.120. caput eccleſie eſt. Quiſquis ibi nõ ſcandalizaꝛ in ipſa eccle
ſia ⁊ in carne chriſti: a luna non vritur. Quiſquis ſcandali-
zatus nõ fuerit in veritate illa incõmutabili ⁊ incõtamina
Sap.5. bili:nõ vriꝛ in iſto ſole quẽ nobiſcũ vidẽt muſce ⁊ pecora:ſed
in illo ſole de quo dicũt impij in fine:Quid nobis pfuit ſup-
bia:⁊ diuitiarũ iactatio quid cõtulit nobis? Tranſierũt oĩa
tanq̃ vmbra. Et cũ iſta dixiſſent: ergo inquiũt errauimus
a via veritatis: ⁊ iuſtitie lumẽ nõ luxit nobis ⁊ ſol nõ eſt or-
tus nobis. Nũquid nõ iſte ſol omnib' impijs oritur: illo in-
Mat.5. ſtruẽte de quo dictũ eſt:Qui facit ſolẽ ſuũ oriri ſup bonos
⁊ malos? Ergo aliũ ſolẽ fecit deus:qui oritur ſup bonos ⁊
Joan.1. malos:iſtũ quem vident ⁊ boni ⁊ mali. Alius eſt autẽ ille
ſol:nõ factus ſed genitus: p quem facta ſunt omnia:vbi eſt
intelligentia incõmutabilis veritatis. De ipſo dicũt impij
⁊ ſol non ortus eſt nobis. Quiſquis in ipſa ſapientia non er
rat:nõ vritur a ſole. Quiſquis in eccleſia ⁊ in carne domini:
et in his que pro nobis tpaliter geſta ſunt non errat:nõ vri-
G tur a luna. Omnis aũt homo q̃uis iam crediderit in chri-
ſtum:aut ſol errat:aut ibi: ſi non in illo fit qđ dictũ eſt:Do-
minus tegumentum tuũ ſuper manum dextere tue. Ideo
enim cum dixiſſet:Dominus tegumentum tuum ſuper ma-
num dextre tue: quaſi queſiſſet ille ⁊ dixiſſet: Iam ecce eſt
manus dextere mee: iam elegi credere in chriſtum: accepi
poteſtatem inter filios dei eſſe:qđ eſt q̃ deus tegumentum
meum eſt adhuc ſupra:id eſt ſup manum dextere mee? Se-
quitur:⌊Per diem ſol non vret te:neq; luna per noctem.⌋
Ad hoc igitur tegumentum tuum eſt ſuper manum dextere
tue: vt non te vrat ſol p diem: neq; luna' per noctem. Nam
hinc intelligite fratres:q2 figurate dictum eſt. Etenim vere
ra fratres ſolẽ viſibilẽ ſi cogitemus: vrit p diem. Nũquid
luna vrit noctem? Sed quid eſt vſtio? Scandalũ. Audi apo
2.Cor.11 ſtolum dicentem:Quis infirmatur ⁊ ego nõ infirmor? Quis
ſcandalizatur:⁊ ego non vror? Per diem ergo ſol nõ vret te:
neq; luna per noctem. Quare? Quia ⌊Dominus cuſtodiet
te ab omni malo.⌋ A ſcandalis in ſole:et a ſcãdalis in luna:
Ab omni malo te cuſtodiet qui eſt tegumentum tuum ſup
manum dextere tue:qui nõ dormit neq; dormitabit. Et ad
quã rem? Quia in tentationibus ſumus. Domin' cuſtodiet
I te ab omni malo.⌊Cuſtodiat animam tuam dominus.⌋
Etiam in ipſa anima. ⌊Cuſtodiat dñs introitum tuũ ⁊ exi-
tum tuũ:ex hoc nũc ⁊ vſq; in ſeculũ.⌋ Et non quaſi corpus
tuũ:nã in corpore perempti ſunt martyres:ſ; cuſtodiet ani-
Paſſa eſt ſcã mã tuã dñs:q2 de aĩa non ceſſerũt martyres:⁊ ſeuiebãt pſe
Tyro octa cutores:in Chriſtinã cuius hodie natalicia celebramus:ſe-
uo kal.Au uiebant in feminã diuitẽ ⁊ delicatã: Sed fortis erat:q2 dñs
guſti. tegumentũ eius ſup manũ dextere eſt': ille q̃ eam cuſtodie-
bat. Hec enĩ fratres nũquid eſt q̃ in aphrica ignoret? Clariſ
ſima etiã fuit:nobilis genere:abũdãs diuitijs:Sed hec oĩa
ſiniſtra erant:ſub capite erant. Venit inimicus q̃ feriret ca-
put:⁊ ſiniſtra illi obiecta eſt q̃ erat ſub capite. Caput ſupra
erat:dextera deſup cõplectebaꝛ. Quid poterat facere pſe-
cutor:q̃uis delicate femine? Erat quidẽ illa ⁊ ſexu infirma:
⁊ diuitijs forte lãguidior:⁊ ꝯſuetudine corporali infirmior.
Canti.2. Sed quid ad tanta munimẽta? Quid ad illum ſpõſum mit
tentem ſiniſtrã ſub caput:⁊ dextera ſua cõplectentẽ? Quã-
do ſic munitã pcuteret inimicus? Et tñ pcuſſit:ſed in corp'.
Quid aũt dicit pſalmus? Cuſtodiat dñs aĩam tuã. Aĩa non
ceſſit:corpus pcuſſum eſt. Et corpus ad tps pcuſſum eſt:nã
in fine reſurrecturum eſt:q2 ⁊ ipſe q̃ dignatus eſt eſſe caput
eccleſie:ꝑbuit corp' ſuũ ad tps pcutiendũ. Sed carnẽ ſuam
ille triduo reſuſcitauit:carnem noſtrã in fine reſuſcitaturus
eſt. Ideo ſuſcitatum eſt caput:qđ attenderet corpus vt non
deficeret. Cuſtodiat aĩam tuã dñs: Ipſa nõ cedat:ipſa non
frangaꝛ ſcandalis:in pſecutionibus:in tribulationibus:ipſa
Mat.10. nõ cadat deficiendo:ſicut dñs dicit: Nolite timere eos q̃ cor-
pus occidũt: aĩam aũt nõ poſſunt occidere: ſed eũ timete q̃
h; ptãtem corp' ⁊ aĩam occidere ⁊ mittere in gehẽnã ignis.
Hãc ḡ aĩam tuã cuſtodiat dñs:ne cedas pſuaſori malo:ne
cedas pmittenti falſa:ne cedas minãti tpalia:Et cuſtodiat
aĩam tuã dñs:Et deinde cuſtodiat dñs introitũ tuũ ⁊ exitũ
O tuũ:ex hoc nũc ⁊ vſq; in ſeculũ. Nã introitũ tuũ:ad tps attẽ-
de. Cuſtodiat dñs introitũ tuũ ⁊ exitũ tuũ:ex hoc nũc ⁊ vſq;
in ſeculũ. Exitũ idem cuſtodiat. Quid eſt introitũ tuũ? Quid
eſt exitũ? Quãdo tentamur:intramus. Qñ vincimus tenta
tionẽ:exiimus. Audi introitũ:audi exitum. Vaſa figuli pbat Eccli.27.
fornax(ait ſcriptura)⁊ homines iuſtos tentatio tribulationis.
Si ſic ſunt homines iuſti quõ vaſa figuli: neceſſe eſt vt vaſa fi-
guli fornacẽ intrẽt. Et nõ qñ intrant iam ſecurus eſt figulus
ſed cũ exierint. Dñs aũt ſecurus eſt:q2 nouit q̃ ſunt ei': ⁊ no 2.Timo.2.
uit qui in fornace nõ crepent. Illi aũt nõ crepant:qui nõ ha
bent ventũ ſupbie. Humilitas ergo cuſtodit in oĩ tentatio-
ne:q2 a cõualle plorationis aſcendimus cantãtes canticum Pſ.83.
graduũ nouũ:Et cuſtodit dñs introitũ:vt ſalui intremus:
Sana fide ſimus qñ accedit tentatio: ⁊ cuſtodit exitum ex
hoc nũc ⁊ vſq; in ſeculũ. Cum enĩ exierimus ab oĩ tentatio
ne:iam in eternũ nulla nos tentatio terrebit:nulla ꝯcupiſcẽ
tia ſaltem ſollicitabit. Audi apſm idipm cõmemorantẽ qđ
paulo ante cõmemoraui:Fidelis deus:q̃ nõ pmittet vos ten 1.Cor.10.
tari ſupra q̃ poteſtis ferre. Ecce introitus tuus cuſtoditur:
qñ nõ tibi ſinit deus accidere tentationẽ quã non potes fer
re. Introitũ tuũ cuſtodit:Videte ſi cuſtodit ⁊ exitũ. Sed fa Ibidem.
ciet inquit cũ tentatione etiã exitum: vt poſſitis ſuſtinere.
Nũquid nõ poſſum' nos fratres interpꝛtari aliter q̃ ip̃a ver X
ba apſi docuerũt? Cuſtodite ḡ vos ſed non a vobis: q2 dñs Epilogus.
tegumentũ tuũ qui cuſtodit:q̃ nõ dormitat nec dormit. Se-
mel dormiuit p nobis:ſurrexit:iam non dormiet. Nemo de
ſe pꝛſumat:de cõualle plorationis aſcendim': nõ remaneam'
in via. Gradus in via reſtant:nõ debemus pigri remanere:
nõ debemus ſupbi cadere. Dicamus deo: Non moueaꝛ pes
noſter:nõ dormiat q̃ cuſtodit nos. In noſtra ptãte eſt (deo
donante) ſi eũ nobis faciam' cuſtodem qui nõ dormit neq;
dormitat qui cuſtodit iſrael. Quẽ iſrael? Videntẽ deum. Ita
erit auxiliũ tuũ a dño: Ita erit tegumentũ tuũ ſup manum
dextere tue: Ita cuſtodiꝛ introitus tuus ⁊ exitus tuus ex h̃
⁊ vſq; in ſeculũ. Nam ſi de te pꝛſumpſeris:mot' eſt pes tu'.
Si motus eſt pes tuus:iam putas te in aliquo gradu eſſe.
Inde cadis ſi ſupbus es: q2 humilis in cõualle plorationis
dicit: Ne des ad mouendũ pedẽ meũ. Etſi breuis pſalmus
eſt:longa tñ tractatio:⁊ longus ſermo. Putate fratres quia
p natalem beate Chriſtine inuitaui vos: ⁊ immoderatior fui
in cõuiuio pducendo. Nõne poſſet hoc vobis fieri:ſi q̃s vos
militaris inuitaret:⁊ ad menſam ſine menſura bibere coge-
ret? Liceat nobis hoc facere in ſermone diuino: vt inebrie-
mini ⁊ ſatiemini quẽadmodũ ⁊ dñs pluuia ſua temporali di-
gnatus eſt terrã irrigare: vt cũ maiore gaudio nos nõ ſine-
retire ad locũ martyrũ ſicut heſterno die pmiſeramus. Illi
enĩ martyres ſine labore hic ſunt nobiſcum.

¶ Explicit tractatus de pſ.cxx.

¶ Incipit Tractatus de pſ.cxxi

Sicut amor immũdus inflãmat aĩam:⁊ ad terrena con
cupiſcenda ⁊ peritura ſectãda vocat peritura:⁊ in ima
pꝛcipitat:atq; in pfunda dimergit: ſic amor ſanct' ad ſupna
eleuat ⁊ ad eterna inflãmat:⁊ ad ea q̃ non tranſeunt neq;
moriũtur:excitat animã:⁊ de pfundo inferni leuat ad celũ.
Habet tñ omnis amor vim ſuã: nec põt vacare amor in aĩa
amantis: Neceſſe eſt vt ducat. Sed vis noſſe qualis amor
ſit? Vide quo ducat. Non enĩ monemus vt nil ametis:ſ; mo
nemus ne mũdũ ametis: vt eũ q̃ fecit mũdũ libere ametis.
Obligata enĩ aĩa amore terreno:quaſi viſcum habet in pẽ-
nis:volare nõ poteſt: Mundata vo ab affectibus ſordidiſſi-
mis ſeculi:tanq̃ extenſis pennis ⁊ duabus alis reſolutis ab
nos deſpiciunt: ⁊ a quibus impleri ſumus opprobrio et de-
ſpectione. Que verba habebunt tunc quādo a veritate de-
ſpicientur? Videbunt enī ad dexteram fulgere quos ſecum
cōmixtos contempſerunt: cum factum fuerit in illis quod
dixit apoſtolus. Cū chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc et Col. 3.
vos cum illo apparebitis in gloria: ⁊ dicent: Hi ſunt quos
aliquando habuimus in riſum ⁊ in ſimilitudinem imprope-
rij. Nos inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam: et
finem illorum ſine honore. Quō computati ſunt inter filios
dei: ⁊ inter ſanctos ſors illoꝝ eſt. Et ſequētur in eodem ſer- Sap. 5.
mone: ⁊ adijcient: Ergo errauimus a via veritatis: ⁊ iuſtitie
lumen nō luxit nobis: ⁊ ſol nō ortus eſt nobis. Quid profuit
nobis ſuperbia: ⁊ diuitiarum iactantia quid cōtulit nobis?
Ibi tu nō eis inſultas: quia ipſi ſibi iam inſultāt. Quod do-
nec fiat fratres leuemus oculos noſtros ad euȝ qui habitat
in celo: et non ab illo tollamus oculos: quoadusq̄ miſerea-
tur noſtri: et liberet ab omni tentatione ⁊ opprobrio ⁊ de- N
ſpectu. Huc accedit quod aliquando ⁊ ipſi qui ſunt in flagel-
lo infelicitatis temporalis inſultant nobis. Inuenis aliquē
pro merito iniquitatum ſuarum: ſiue occulto iudicio dei: ſi-
ue manifeſta dānatione mitti in carcerem: portare catenā:
⁊ ipſe inſultat: Et cum ei dictum fuerit: Quare nō bene vixi-
ſti: Ecce quo veniſti male viuendo: ille reſpondit: Quare il-
li qui bene viuunt iſta patiuntur? Sed illi propterea patiū- Prouer. 3.
tur vt probentur: vt tentationibus exerceantur: vt flagellis Hebre. 12.
proficiant: quia flagellat deus omnem filium quem recipit.
Et ſi vnicum ſine peccato flagellauit: et pro nobis om-
nibus tradidit eum: quomodo nos flagellari qui feci-
mus? Quare flagellemur? Cum iſta dixerimus illis: et in
felicitate adhuc ſupbiunt: ⁊ afflicti nōdum humiliati reſpō-
dent: ⁊ dicunt: Iſta ſunt verba chriſtianorum vanorum: qui
credunt quod non vident. Sed et ipſi inſultant: quid puta-
mus fratres quaſi non eos commemoratos in hoc pſalmo
cum diceret: opprobrium eis qui abundant et deſpectio ſu-
perbis: Quādoquidem inſultatur chriſtianis et ab eis qui
non abundant: ſed cum ſint in egeſtate et erumnis: nec ipſi
ceſſant inſultare? Certe ergo opprobrium eis qui abundāt.
An forte nullus inuenitur qui etiam poſitus in calamitate Luce. 23.
inſultet: ſi nō inſultauit latro qui cum crucifixo domino cru-
cifixus erat? Ergo ſi inſultant ⁊ illi qui non abundant: qua- O
re pſalmus ait: Opprobrium eis qui abundant? Si diligen-
ter diſcutiamus: et ipſi abundant. Unde abundant? Nā niſi
abūdarēt ſupbi nō eſſent. Alius enī abūdat pecunia ⁊ inde
ſupbus eſt. Alī⁹ abūdat honorib⁹: et īde ſupb⁹ eſt: alius abū-
dare ſe iuſtitia putat: ⁊ īde ſupbit: qđ peius eſt. Qui videnť
nō abūdare pecunia: ⁊ iuſtitia ſibi videť abūdare: aduerſus
deū: ⁊ poſiti i calamitatib⁹ ſe iuſtificāt: deū accuſant ⁊ dicūt:
Quid amiſi: aut quid feci? Et tu dicis: Reſpice: Recordare
peccata tua ſi nihil feciſti. Titillatur aliquantum conſciētia:
⁊ redit ad ſe: ⁊ cogitat facta ſua mala: ⁊ cum cogitauerit fa-
cta ſua mala: nec ſic vult confiteri: quia digna patitur: ſed di-
cit: Ecce manifeſte feci multa: ſed multos video peiora fe-
ciſſe: ⁊ nihil mali pati: Iuſtus eſt contra deuȝ. Abūdat ergo
et ipſe: plenum habet pectus iuſtitie: quādoquidem illi de⁹
videtur malefacere: ⁊ ipſe ſibi videtur iniuſte pati: Et ſi da-
res illi nauim gubernandam: in naufragium iret cum illa;
Vult autem deum excutere de gubernatione huius mūdi:
⁊ ipſe tenere gubernacula creature et diſtribuere omnibus

dolores τ leticias:penas τ p̄emia. Et quid miramini. Infe
lix aīa abundat: ſed abūdat nequitia: abundat malitia: Et
eo plus abūdat nequitia:quo ſibi videt̄ abūdare iuſtitia. At
P ꝟo chriſtianus homo nō debet abundare: ſed pauperem ſe
debet cognoſcere. Et ſi habet diuitias:ſcire dꝫ quia nō ſunt
ille vere diuitie vt alias deſideret. Qui enī diuitias falſas
deſiderat:veras nō querit. Qui autem veras querit:adhuc
Pſ̄.48. pauper eſt:τ recte dicit: Pauper τ dolens ego ſum. Rurſus
ille qui τ pauper eſt:τ nequitia plenus eſt:vnde dicit̄ abun
dare? Quia diſplicet illi quia pauper eſt:τ iuſtitia ipſa vide
tur abundare in corde ſuo aduerſum iuſtitiam dei. Et que
abūdantia iuſtitie noſtre? Quātacūqꝫ iuſtitia noſtra in no
bis fuerit:ros eſt neſcio quis ad illum fontem:ad ſaginam
illam tantā: ſtillicidia quedam ſunt:que vitam noſtrā mol
liant:τ duram iniquitatem ſoluāt. Modo deſideremus de
pleno fonte iuſtitie ſaginari:deſideremus vbertate illa ſa
Pſ̄.35. tiari de qua dicitur in pſalmo: Inebriabuntur ab vbertate
domus tue:τ torrente voluptatis tue potabis eos. Hic aūt
cum ſumus:inopes nos eſſe intelligamus:τ egentes:nō ſo
lum harū diuitiarum:quia nō ſunt vere diuitie:ſed τ ipſius
ſalutis. Et quādo ſani ſumus:intelligamus qꝛ infirmamur.
Quādiu enī corpus hoc eſurit τ ſitit:q̄diu corpus hoc vigi
lando fatigatur:ſtādo fatigatur:amando fatigatur:ſeden
do fatigatur:māducando fatigatur:quocūqꝫ ſe verterit ad
ſubſidiū fatigationis:ibi inueniet aliam fatigationem: Non
eſt ergo pfecta ſanitas: nec in ipſo corpore. Non ſunt ergo
ille diuitie:ſed mendicitas: Quia quāto magis abundant:
tanto creſcit inopia τ auaritia. Non eſt iſta ſalus corporis:
ſed infirmitas. Paragoriżamur quotidie medicamētis dei:
quia māducamus τ bibimus. Medicamenta ipſa ſunt:que
nobis apponūtur. Fratres:ſi vultis videre qualis morbus
nos habeat:qui ieiunat ſeptem diebus: fame conſumitur.
Ergo illa fames ibi eſt:ſed ideo illam nō ſentis:quia quoti
Q die illam curas. Ergo nec ipſa ſanitas nobis eſt pfecta. In
tendat charitas veſtra quomō nos intelligamus inopes:vt
gaudeamus ad eū:τ leuemus oculos ad eū qui habitat in
celo. Non ſunt ille vere diuitie:plus augent cupiditatem ei
qui eas poſſidet. Nō eſt illa vera corporis ſanitas:quia por
tatur infirmitas vbiqꝫ defectiua: Quocūqꝫ ſe verterit defi
cit: In ipſo adiutorio non inuenies firmamētum. Laſſatur
ſtando:ſedere vult: Nūquid vel ſedendo durauit? Qḋ ſibi
elegit vt non fatigaretur: ibi habet deficere. Laſſatus eſt
vigilando:dormiturus eſt: Non quia dormiuit non deficit?
Laſſatus eſt ieiunando:refecturus eſt. Si plus refecerit:
inde deficit. In nulla re poteſt pſeuerare iſta infirmitas.
Iuſtitia quid? Quāta iuſtitia eſt inter tantas temptatiōes?
Poſſumᷓ ꝯtinere ab homicidio:ab adulterio:a furto et pla
rijs:a fraudibᷓ. Nūqḋ ab initio cogitatiōibᷓ? Nūquid τ a ſug
geſtiōibᷓ malarū cupiditatū? Que eſt ꝗ iuſtitia nr̄a. Totū ꝗ
eſuriamᷓ:totū ſitiamus:τ veras diuitias:τ verā ſanitatē τ
R verā iuſtitiā. Que ſunt vere diuitie? Celeſtis illa manſio in
hieruſalem. Quis enī dr̄ diues in hac terra? Quādo laudat̄
diues quid dicitur: Multū diues eſt: nihil illi deeſt: Laus
certa laudantis illa eſt: Nam iſta nō eſt:cum dicit: nihil illi
deeſt: Attēde ſi nihil illi deeſt. Si nihil cupit:nihil illi deeſt.
Si aūt adhuc cupit maiora q̄ que habet:ad hoc acceſſerūt
diuitie:vt egeſtas creſceret. In illa ꝟo ciuitate vere erunt
diuitie:qꝛ ibi nihil nobis deerit:qꝛ nec indigebimus aliqua
1.Cor.15 re:τ vera ſanitas erit. Que eſt vera ſanitas? Cum abſorpta
fuerit mors in victoria:τ cū corruptibile hoc induerit incor
ruptionē:τ mortale hoc induerit imortalitatē: tunc erit ve
ra ſanitas:tūc erit vera τ pfecta iuſtitia: vt nihil mali nō ſo
lum facere:ſed nec cogitare poſſimus. Modo aūt inopes:
pauperes:egentes:dolētes:ſuſpiramus:gemimus:oramᷓ:
leuamus oculos ad deū: qm̄ τ illi q̇ felices ſunt in hoc mun
do deſpiciūt nos. Abūdant enī τ illi q̇ infelices ſunt in hoc
ſeculo:deſpiciūt nos:qꝛ τ ipſi abūdant: Et iuſtitia eſt in cor
de ipſorū:ſed falſa. Ideo nō pueniūt ad verā:qꝛ repleti ſunt
falſa. Tu aūt vt puenias ad verā: eſto egens et mendicus
Matth.5 ipſius iuſtitie:τ audi euangeliū: Beati q̇ eſuriūt τ ſitiūt iu
ſtitiam:quoniam ipſi ſaturabuntur.

¶ Explicit tractatus de pſ̄.cxxij.

¶ Incipit Tractatus de pſ̄.cxxiij.

¶ Prefatio.

BEne noſtis iam fratres chariſſimi canticū graduū eē A
canticū aſcenſionis noſtre:eandēqꝫ aſcenſionē nō cor
poris pedibus fieri:ſed cordis affectibus. Hoc ſepiſſime in
ſinuauimus vobis: Nec eadē ſepius repetenda ſunt: vt ſit
locus dicendi que nōdum dicta ſunt. Et ergo iſte pſalmus
quē nūc vobis cantatū audiſtis: Cāticū graduū ſupſcri
bitur. Ipſe eſt titulus eius. Cantant ergo aſcendentes: et
aliq̄n tanq̄ vnus cantat:aliq̄n tanq̄ multi:qꝛ τ multi vnus:
qꝛ τ vnus xp̄s:τ in chriſto mēbra chriſti cū chriſto vnū faciūt:
τ horū omniū membrorū caput in celo eſt. Corpus aūt etiā ſi
laborat in terra:nō eſt p̄ciſum a capite ſuo. Deſup enim ca
put pſpicit τ conſulit corpori. Nam ſi non conſuleret:nō
diceret illi perſecutori adhuc ſaulo nondum paulo: Sau Actuū.9
le ſaule q̇d me perſequeris? Et hec optime noſtis:τ viſitata
ſunt vobis. Non aūt cum faſtidio cōmemorentur eis q̇bus
nō exciderūt:vt per eorū patientiā redeant in cor etiam eorū
q̇bus exciderant. Salubria ſunt enī τ ſepius dicēda. Siue
ergo vnus cantet: ſiue multi cantent: τ multi homines vnᷓ hō
eſt:qꝛ vnitas eſt:τ xp̄s ſicut dicimᷓ vnus eſt:τ oēs chriſtiani
membra ſunt xp̄i: Quid ergo iſti cantant? Hec mēbra chri B
ſti quid cantant? Amant enī τ amando cantant:τ deſiderā
do cantant: Aliq̄n cum tribulatione cantant:τ aliq̄n exultā
do cantant cū in ſpe cantant. Tribulatio enī noſtra in p̄ſen
ti ſeculo:ſpes ꝟo noſtra de futuro ſeculo:τ niſi in tribulatio
ne p̄ſentis ſeculi cōſoletur nos ſpes futuri ſeculi perimus.
Gaudiū ergo noſtrū fratres nōdum eſt in re:ſꝫ iam in ſpe.
Spes autem noſtra tam certa eſt:quaſi iam res pfecta ſit.
Neqꝫ enī timemus pmittēte veritate: Ueritas enī nec falli
poteſt nec fallere. Bonū eſt vt hereamus illi: Illa nos libe
rat:ſed ſi manſerimus in verbo eius. Modo enī credimus:
tunc videbimus. Cū credimus ſpes eſt in iſto ſeculo:cū vi
debimus res erit in futuro ſeculo. Uidebimus aūt facie ad
faciē. Tunc aūt videbimus facie ad faciē:cum habuerimus 1.Cor.13
corda mūdata. Beati enī mūdo corde: qm̄ ipſi deum vide Matth.5.
bunt. Unde aūt corda mūdantur: niſi p fidem: ſicut petrus
ait in Actibus apſorū: Mundans fide corda eorū? Mundan Actuū.17
tur aūt corda noſtra per fidem:vt poſſint eſſe idonea cape
re ſpeciem. Ambulamus enī nunc per fidem:nōdum p ſpe
ciem: ſicut Apl̄s dicit: Quādiu enī ſumus in corpore pere 2.Cor.5.
grinamur a dn̄o. Et quid eſt peregrinamur? Per fidem enī Ibidem
ambulamus inquit:τ nō p ſpeciē. Qui ergo peregrinatur τ
per fidem ambulat:nōdum eſt in patria:ſed iam eſt in via:
Qui autē non credit: nec in patria eſt:nec in via. Sic ergo C
ambulemus tanq̄ in via ſimus:qꝛ ipſe rex patrie factus eſt
via. Rex patrie noſtre: dn̄s ieſus chriſtus: Et ibi veritas:
hic autē via: Quo imus? Ad veritatem. Qua imus? Per fi
dem. Quo imus? Ad chriſtum. Qua imus? Per chriſtū. Ipſe
enī dixit: Ego ſum via:veritas:τ vita. Dixerat aūt aliquan Joan.14
do credentibus in ſe: Si māſeritis in verbo meo: vere diſci Joan.8.
puli mei eſtis:τ cognoſcetis veritatem: τ veritas liberabit
vos. Et cognoſcetis inquit veritatē:ſed ſi manſeritis in ver
bo meo. In quo verbo? Sicut dicit apoſtolus: Hoc eſt ver
bum fidei qḋ p̄dicamus. Primo ergo verbum fidei eſt: In
quo verbo fidei ſi manſerimus:cognoſcemus veritatem:et
veritas liberabit nos. Ueritas immortalis eſt: veritas incō
mutabilis eſt:veritas illud verbum eſt:de quo dicitur: In Joan.1.
p̄ncipio erat verbū:τ verbum erat apud deum:τ deus erat
verbū. Et quis hoc videt:niſi corde mūdato? Unde mūda Ibidem
tur corda? Et verbū caro factū eſt:τ habitauit in nobis. Qḋ
ergo manet verbū in ſe veritas eſt:ad quā venimus: τ q̇ nos
liberat: Qḋ aūt p̄dicatur verbum fidei:in quo nos vult do
minus permanere vt cognoſcamus veritatem: hoc eſt ver
bum caro factū eſt:τ habitauit in nobis. Credis in chriſtum
natū in carne:τ puenies ad chriſtū natum de deo:deū apud
deū. Exultantes cantant iſti pſalmos quos legimᷓ: mēbra D
iſta xp̄i exultātia τ cantant pſalmū iſtū. Et quis hic exultat
niſi in ſpe ſicut dixi? Et vt nobis certa ſit ipſa ſpes:exultan
do cantemus. Nō enī qui cantāt alieni ſunt a nobis:aut nō
in hoc pſalmo vox noſtra eſt. Sic audite:tanq̄ voſipſos au
diatis: Sic audite tanq̄ in ſpeculo ſcripturarum voſipſos
attendatis. Cum enī tanq̄ in ſpeculū attendis ſcripturas:

exhilara᷑ ur

exhilaratur facies tua. Cum ſimilem te inueniens exultatio-
ne ſpei: membris quibuſdam chriſti que membra iſta cãta-
runt: eris et tu in ipſis membris et cantabis iſta. Cur ergo
iſta cantãt exultãdo? Quia euaſerunt. Ergo ſpes eſt in qua
cantant. Cum enim hic ſumus et peregrinamur a domino
nondum euaſimus. Preceſſerunt quidem membra quedam
de corpore illo de quo ⁊ nos ſum⁹: que poſſunt eſſe in verita-
te et cantare. Et hoc cantarunt martyres ſancti. Iam enĩ
euaſerunt: et in exultatione cum chriſto ſunt recepturi cor-
pora iam incorrupta: eadem ipſa que primo erant corrupti-
bilia: in quibus paſſi ſunt penas: Inde illis ſiant ornamen-
ta iuſtitie. Ergo ſiue illi iam in re: ſiue nos iam in ſpe coniũ-
gentes affectum coronis eorum: et deſiderantes talem vi-
tam qualem hic non habemus: ſed habere nõ poterim⁹ niſi
eam hic deſiderauerimus: cãtemus ſimul omnes ⁊ dicam⁹:

¶ Expoſitio pſalmi. ⌋

E NIſi quia dominus erat in nobis. ⌋ Reſpexerunt enĩ
quidam tribulationes quas paſſi ſunt: et cõſiderauerunt in eo iam loco: et in beatitudine et in ſecuritate cõſtitu-
ti: qua tranſierint: quo venerint: et quia difficile erat inde li-
berari niſi adeſſet manus liberantis: in gaudio dixerũt: Ni-
ſi quia dominus erat in nobis. Sic ceperunt cantare: nõdũ
dixerunt vnde euaſerunt: tanta eſt exultatio: Niſi quia do-
minus erat in nobis. ⌊ Dicat nũc iſrael: niſi quia dominus
erat in nobis. ⌋ Nunc dicat: quia iam euaſit. Euadẽtes enĩ:
id eſt eos qui iam euaſerunt: conſtituit intuendos pſalmus
iſte. Conſtituamus illos et nos in corde iam triumphantes
et tanq̃ ibi et nos ſimus: ſicut in ſuperiore pſalmo dictũ eſt:
Ps.122. Stantes erant pedes noſtri in atrijs hieruſalem. Nondum
ibi erant: ſed in via erant. Tanta autem leticia erat feſtinã-
tium: et tanta perueniendi ſpes: vt adhuc in via poſiti et la-
borantes: iam ſibi illic conſtituti viderentur. Sic et nũc po-
namus nos in illo triumpho quod erit in futuro ſeculo: quã-
do inſultabimus morti iam finite: iam conſumpte: quando
1. Corin.15. dicemus: Ubi eſt mors contentio tua? Ubi eſt mors acu-
leus tuus? Iam coniuncti angelis: et exultantes cum rege
noſtro qui primus reſurgere voluit: quia prior mori volue-
rit. Multi enim ante illum mortui ſunt: ſed nemo ante illũ
reſurrexit in eternum. Exultantes autem cum illo: etiã ibi
ſpe et corde conſtituti: quia euaſimus: cogitemus quid eua-
ſimus: que ſcandala: quas tribulationes mundi: quas perſe-
cutiones omnium paganorum: quos dolos omnium hereti-
corum: quas ſuggeſtiones diaboli: quas cupiditatum conſli-
ctationes: Omnia iſta quis euaderet: niſi quia domin⁹ erat
F in nobis? Dicat nunc iſrael. Securus enim dicat iſrael: niſi
Al. † exur-gerent. quia dominus erat in nobis. Quando? ⌊ Cum † inſurgerẽt
† in. homines † ſuper nos. ⌋ Noli ergo mirari: Uicti ſunt: homi-
nes enim erant. Dominus autem erat in nobis: non homo
erat in nobis. Homines autem ſurrexerunt ſuper nos. Sed
tamen opprimerent homines alios homines: niſi in his ho-
minibus qui non potuerũt opprimi: non homo eſſet ſed do-
minus. Ergo niſi quia dominus erat in nobis: cum inſurge-
rent homines ſuper nos. Quid enĩ facerẽt vobis homines
Exultantibus et cantantibus et ſecuri tenentibus beatitu-
dinem ſempiternam: Quid vobis facerent homines inſur-
G gentes in nos: niſi dominus eſſet in vobis? Quid facerent?
Al. † forte. ⌊ † Forſitam viuos † abſorbuiſſent nos. ⌋ Uiuos abſorbuiſ-
† deglutiſ-ſent. ſent? Non: primo occidiſſent ⁊ ſic abſorbuiſſent. O immanes:
o crudeles: Non ſic abſorbet eccleſia. Petro macta et man-
Act.10. duca dictum eſt: non viuos abſorbe. Quomodo ergo petrus
id eſt eccleſia mactat et ſic manducat? Et quomodo iſti qui
exurrexerunt ſuper nos: forſitan viuos abſorbuiſſent nos:
niſi quia dominus erat in nobis? Quia in eccleſie corpus ne-
mo intrat: niſi primo occiſus: moritur quod fuit: vt ſit qd nõ
fuit. Alioquin: qui non occiditur et non manducatur ab ec-
cleſia: eſſe in numero populi poteſt q̃ videtur oculis huma-
nis: in numero autẽ populi qui cognit⁹ deo eſt: de quo dicit
2. Timo.2. apoſtol⁹: Nouit domin⁹ qui ſunt eius: nõ poteſt eſſe niſi mã-
ducatus: nec mãducari poterit niſi primo mactat⁹. Uenit pa-
gan⁹: adhuc in illo idolotria viuit: Inſerẽdus eſt mẽbris
chriſti: inſeratur: neceſſe eſt vt manducet: ſed nõ poteſt man-
ducari ab eccleſia: niſi primo mactatus: Renunciet ſeculo:
H tunc mactatur. Credat in deũ: tunc mãducatur. Quomodo
ergo illi viuos abſorbuiſſent nos: niſi q: dñs erat in nobis?
Surrexerũt enĩ multi pſecutores aliquãdo: ⁊ nũc nõ deſunt
Singillatim inſurgunt: ⁊ aliquãdo viuos abſorbẽt: ſed in q̃-
bus non eſt domin⁹: Ideo ante omnia illi dixerũt: niſi quia
dñs erat in nobis: quia multi abſorbent in quib⁹ nõ eſt dñs
Hi ſunt qui viui ſorbent: q̃ ſciunt malũ eſſe ⁊ lingua conſen-
tiunt. Surrexerant enim quidã pſecutores: ⁊ dixerũt homi-
nibus: Thurificate: Si nõ feceritis: occidim⁹ vos. Illi ama-
uerũt hanc vitã: ⁊ dulcedo vite huius tenuit eos: Non plus
dilexerũt ea que promiſit de⁹: q̃ ea que videbãt in terra. Il-
la enĩ credere iubebant q̃ nondũ videbãt: iſta q̃ amabãt vi-
debant: Plus retinẽtes ea q̃ videbãt: excluſerũt de cordib⁹
dñm: ⁊ q: nõ erat in eis dñs: viui abſorpti ſunt. Quid eſt enĩ
viui abſorpti ſunt? Thurificando idolis: ſcientes quia nihil
eſt idolum. Nã ſi aliquid putarent eſſe idolum: mortui abſor-
berentur. Cum autem putant nihil eſſe idolum: et nouerũt
omnia illa gentilium vana eſſe: viuunt: et tamen cum faciũt
quod volunt perſecutores: viui abſorbentur. Sed ideo viui
abſorbentur: quia non in eis eſt dominus: In quibus autẽ
ineſt dominus: occiduntur et non moriuntur: Qui autem cõ-
ſentiunt et viuunt: viui abſorbentur: abſorpti moriunt. Iſti
autem qui paſſi ſunt: et non conſenſerũt tribulationib⁹: exul-
tant et dicunt: Dicat nunc iſrael: dicat exultans: dicat ſecur⁹
Niſi quia dominus erat in nobis: cum inſurgerent homines
ſuper nos: forſitan viuos abſorbuiſſent nos. ⌊ Cum iraſcere- Al. † in.
tur furor eorum † ſuper nos. ⌋ Noſtis fratres in aliquo de I
ſuperioribus pſalmis: in ipſo initio canticorum graduum cõ-
tra linguam ſubdolam petiſſe auxilium quendam qui cepit Ps.119.
aſcendere et dixiſſe: Domine erue animam meã a labijs in-
iuſtis ⁊ a lingua ſubdola. Primo cũ ceperit homo aſcẽdere
et proficere in ipſo exordio aſcenſionis: linguas doloſas pa-
titur: blandas ad perniciem: blandas ad malam ſuaſionẽ:
dicentes: Quid facis? Quare hoc facis? Aliter enim viuere
nõ potes? Seruire aliter deo nõ potes? Tu ſolus es qui vis
hoc eſſe quod alij non ſunt? Et ſi inueneris alios qui tecum
ſunt: illa blanda et doloſa lingua quid dicit? Ecce illi potue-
runt: forte tu non poteris. Si aggrederis deficies: et meli⁹
erat non incipere: q̃ cepiſſe et defeciſſe. Lingua doloſa ad-
huc blanditur. Si perſeuerauerís vincitur lingua doloſa: ⁊
blandiens incipit eſſe aperte ſeuiens: Et que blandiebatur
vt ſeduceret: minatur vt terreat. Sed ſi dominus eſt in te ⁊ Ibidem.
non reliqueris de corde tuo chriſtum: quomodo p̱ ſagittas
acutas et carbones deſolatorios viciſti linguas doloſas: id
eſt per verba dei quibus tranſfixum erat cor tuum: et p̱ exẽ-
pla iuſtorum qui de mortuis viuificati ſunt: de peccatoribus
facti ſunt iuſti quomodo carbones de morte reuiuiſcũt: quo-
modo ergo illos viciſti ſagittis et carbonib⁹ deſolatorijs do-
loſe blandientes et blandiendo ſeducentes: ſic iſtos vinces
iam iraſcẽdo comminantes: quia blandiendo ſeducere neq̃-
uerunt. Uicti ſunt cum blandirent: vincant ⁊ cũ minantur.
Sed vincunt: Quomodo: niſi quia dominus erat in nobis?
Manifeſtũ eſt quia nõ viciſti tu: ſed vicit ille q̃ eſt in te. Im-
peratorem talẽ portas ⁊ vinceris? Nõne ille eſt quẽ portas Ioã.16.
q̃ dixit: Ego vici ſeculũ? Nõne prior moriẽs vicit diabolũ cuʒ
ſemp̱ eſſet ſup̱ omnẽ creaturã: q: verbũ de⁹ eſt apud deum?
Quare vicit: niſi vt te doceret cũ diabolo dimicare? Et enĩ
iam doct⁹ es: niſi in te ſit ille q̃ prior tibi vicit: vinceris. Niſi
quia domin⁹ erat in nobis: dũ inſurgerẽt homines ſup̱ nos: K
forſitam viuos abſorbuiſſent nos. Dũ iraſceret furor ipſorũ Al. † aque.
ſup̱ nos. Iam iraſcunt: iam aperte ſeuiũt. ⌊ Forſitã † aqua † abſorbuiſ-
† demerſiſſet nos. ⌋ Aquã dicit populos peccatores: Et vi- ſent.
debim⁹ qualẽ aquã in cõſequẽtib⁹. Quicũq̃ aũt cõſenſiſſet
illis: aqua illũ operuiſſet. Moreret enĩ more egyptiorũ: nõ
trãſiret more iſraelitarũ. Noſtis enĩ fratres quia p̱ aquã po-
pulus iſraelitarũ trãſijt: ⁊ ipſa aqua popul⁹ egyptiorũ coop-
tus eſt. Aqua inq̃t dimerſiſſet nos. Sed qualis eſt iſta aq̃? Exod.14.
Torrẽs eſt: fluit cũ impetu: ſed trãſitura eſt. Torrẽtes enim
dicunt flumij qui repẽtinis imbrib⁹ creſcũt: Magnũ habent
impetũ: Quiſq̃s incurrerit trahit: ſed in quo domin⁹ nõ eſt.
In quo autẽ domin⁹ eſt trãſit torrẽtẽ anima ipſius. Adhuc
fluit torrẽs: ſed iã trãſijt anima martyrũ: Adhuc q̃diu ſecu-
lum hoc naſcẽdo ⁊ moriẽdo currit: torrẽs eſt. Hinc pſecutio-
nes de iſto torrente: Hinc bibit ille primus: caput noſtrum:

Pſ. 109. de quo dictum eſt in pſalmo: De torrente in via bibit. De
torrēte aqua illa que ſignificat pplm perſecutorē: inde bi-
Matth. 20 bit ille qui dixit diſcipulis: Poteſtis bibere calicem quem
ego bibiturus ſum? De torrēte in via bibit. Quid eſt: in via
bibit? Trāſiens bibit: nō deſit: Jn via bibit: q: de illo for-
Pſ. 1. dictum eſt: Et in via peccatorū nō ſtetit. Trāſiens bibit. Et
Pſ. 109. quid inde dictum eſt? Propterea exaltauit caput. De torren
te inqt in via bibit: propterea exaltauit caput. Exaltatū
eſt em̄ iam caput noſtrum: q: de torrente in via bibit. Paſ
ſus eſt em̄ dn̄s noſter. Si ergo iā exaltatū eſt caput noſtrū:
L quid timet corpus torrētem? Sine dubio: quia caput exal-
Al. † per- tatū eſt: τ corpus dicet poſtea: Torrētem † pertrāſijt ani-
tranſiuit. ma noſtra: fortaſſe † ptrāſijt anima noſtra aquam ſine ſub-
† ptrāſiſſet ſtantia. Ecce qualem aquā dicebat: fortitā aqua demerſiſ
† intolera- ſet nos. Qualis aūt aqua eſt ſine ſubſtātia? Quid eſt: ſine
bilem. ſubſtantia? Primo quid eſt: fortitā ptrāſijt aīa noſtra? Quo-
modo potuerunt em̄ latini expreſſerunt qd greci dicūt ἄρα.
Sic enim grecs habēt exēplaria: ἄρα quia dubitātis verbū
eſt: expreſſum eſt quidē dubitationis verbo: qd eſt fortaſſe:
ſed nō omnino hoc eſt. Poſſumus illud verbo dicere minus
quidē latine cōiuncto: ſed apto ad intelligētias veſtras. Qd
punici dicunt: ιαρ: non lignū: ſed quādo dubitant: hoc greci
ἄρα: hoc latini poſſunt vel ſolēt dicere: putas: cū ita loquū-
tur: Putas euaſi hoc? Si ergo dicatur fortitā euaſi: videtis
quia non hoc ſonat: Sed qd dixi: putas: vſitate dicitur: la-
tine nō ita dicitur: Et potui illud dicere cum tracto vobis:
Sepe enim et verba non latina dico: vt vos intelligatis.
Jn ſcriptura autē non potuit hoc poni qd latinū nō eſſet:
et deficiēte latinitate: poſitū eſt p eo qd nō hoc ſonaret. Sic
tamē intelligite dici: putas pertranſijt aīa noſtra aquā ſine
ſubſtantia? Et quare dicunt putas? Quia magnitudo picu-
li vix facit credibile qd euaſit. Magnā necem pertulerunt: in
magnis diſcriminibus fuerūt. Omnino ſic preſſi ſunt: vt pe-
ne viui conſentirent: vt pene viui abſorberētur. Jam ergo
euadentes: iam ſecuri: ſed ipſius periculi magnitudinem re
M cordātes: putas inquiunt pertrāſijt anima noſtra aquā ſine
ſubſtātia? Que eſt aqua ſine ſubſtantia: niſi aqua peccatorū
Concor. 2. ſine ſubſtātia? Peccata enim non habēt ſubſtantiā: Jnopiā
ſen. diſt. 31. habent non ſubſtātiam: Egeſtatem habent non ſubſtantiā.
Jdeoq. et Jn iſta aqua ſine ſubſtantia: perdidit ille minor filius totā
diſt. 37. Jn ſubſtantiam ſuā. Noſtis enim q: minor filius peregrinatus
hoc autem eſt: τ dixit patri: Da mihi portionem ſubſtātie que me cōtin
Luce. 15. git. Quid tibi vis? Melius apud patrem ſeruatur: tua eſt:
Dilapidare illam vis? proficiſci vis longius? Da mihi: ſed da
mihi: Dedit illi. Profectus in regionem longinquā viuens
Jbidem. pdige cum meretricibus: perdidit totā ſubſtantiam: Egēs
remāſit: porcos pauit: in egeſtate ſua patris diuitias recor-
datur. Niſi enim eū egeſtas pulſaſſet: illam ſacietatem nō
deſideraret. Cōſiderēt ergo omnes peccata ſua: videant ſi
Pſ. 9. habeant ſubſtantiam ipſa peccata. Propter quid irritauit
deum peccator? Si nō vides peccatum tuū anteq̄ facias:
vel iā feciſti cōſidera. Dulcedo huius ſeculi ad tempus fau-
ces indulcat: ſed in magnam amaritudinem poſtea conuer
tetur. Ecce peccaſti τ lucrum feciſti. Quid eſt qd feciſti lu-
crum? Ut lucrum faceres: offendiſti deum: Ut augeres pecu
niam fides diminuta eſt: τ aurū creſcit. Quid pdidiſti? Et
quid acquiſiuiſti? Quod acqſiſti aurū vocat: qd pdidiſti fides
vocatur. Compara fidem auro: ſi venalis eſſet in nundinis
fides haberet precium. Lucra tua cogitas: damna tua non
cogitas? De arca gaudes: de corde nō plangis? Abūdat ne-
ſcio quid in arca tua: ſed vide quid imminutum ſit in corde
tuo. Cum aperueris arcam: inuenies ſolidos qui non erant.
Bene: quia gaudes eſſe ibi quod ibi nō erat. Attende arcā
cordis. Erat ibi fides τ non eſt. Si hac gaudes: quare hac
N non plāgis? Plus perdidiſti q̄ acquiſiuiſti. Uis videre qd
perdideris? Nec naufragio tibi poſſet auferri. Nam aliqn̄
Act. 27. perdunt omnia homines in mari: τ nudi exeūt. Multi nau-
fragauerunt cū paulo: Amatores huiꝰ ſeculi paſſi ſunt nau-
fragium: et nudi oēs exierūt illi: Et qd foris habebāt ami-
ſerūt: τ domū cordis ſui inuenerūt inanē. Paulꝰ autē in cor
de ferebat patrimoniū fidei ſue: nullis fluctibꝰ: nullis tēpe-
ſtatibus potuit auferri. Nudꝰ exijt: τ diues exijt. Tales di-
uitias debemꝰ querere. Sed nō eas video dicis mihi. Scul

ta anima: nō eas vides oculis carnis tue: habeto oculū cor
dis τ vides eas. Sed nō vides fidē. Quare illā vides in al-
tero? Quare clamas qn̄ tibi frangit: ſi nō eā vides? Frāgit
tibi aliqs fidē: clamas. Uis ergo tibi exhiberi? Et tūc vides
cum petis: vt exhibeas tūc nō vides? Qd clamas aliū nō ha
bere erga te: plāge te nō habere erga aliū: τ vide q: pecca-
tum qd facis ſine ſubſtātia eſt. Qd em̄ acquirit de peccato
videt eſſe ſubſtātia: Sed τ hoc nō acquirit. Jlle em̄ habet
aurum q̄ nouit vti auro. Qui autē auro vti nō nouit: habet
nō habet: poſſidet nō poſſidet. Eſtote dn̄i auri: τ non ſerui Eccl. 1.
auri: quia τ aurū deꝰ fecit: τ te ſup aurū ipſe fecit. Aurū fe-
cit ad ſubſidiū tuū: τ te ad imaginē ſuam. Uide qd ſupra te
eſt: τ calcas qd infra te eſt. Quid ergo acquiſiſti? Uis videre
qualis aqua ſine ſubſtātia ſit? Tolle tecū ad inferos qd acq
ſiſti. Quid facturꝰ es? Acqſiſti aurū: pdidiſti fidē. Poſt pau-
cos dies exis de hac vita: aurū qd acqſiſti pdita fide: affer-
re tecū nō potes: Cor tuū inane fidei ad penas exit: qd ple-
num fide ad coronā exiret. Ecce nihil eſt qd feciſti: τ pp̄ter
nihil deū offendiſti? Aqua ſine ſubſtantia eſt q̄ te dimerſit. Pſ. 9. τ 24
Propter qd irritauit deū peccator? Cōfundant iniqua fa- O
cientes vane. Nemo em̄ nō inaniter inique facit: ſed nemo
cōſiderat. Sūt homines: audiūt verbū dei τ pūerbia dei: et
dormitāt in eis: audiūt illud vulgare pūerbiū τ vigilant in
eo. Qd pūerbiū? Malo qd teneo: q̄ qd ſpero. O infelix qd
tenes? Ecce dicis: malo qd teneo. Tene ſic vt non amittas:
et dic malo quod teneo. Si autem non tenes: quare non
illud tenes quod non potes amittere? Quid ergo tenes?
Aurum. Tene ergo ſi tenes: nō tibi auferat inuito. Si aūt
et p aurū traheris quo nō vis: τ ideo te q̄rit maior raptor:
quia inuenit minorē raptorē: Jdeo te q̄rit maior aquila: q:
prior cepiſti leporē. Preda tibi fuit minor: preda eris maio-
ri. Hec nō vidēt homines in rebꝰ humanis: tāta cupiditate
cecant. Mira res eſt fratres: horrēt qui cōſiderāt. Querit
potērior infirmiorē: τ q̄rit eū opprimere: nō ob aliud niſi q:
habet qd illi auferat. Uidet illū pati ſub ſe tribulationē: nō
ob aliud niſi pp̄ter qd habet: Et hocꝰ ſe pp̄ter qd ille pati
tur tribulationē ad ſe cōgerit: nō attēdebat quādo illum p
ſequebat. Jlle fugiebat: ille torquebat: ille timebat: ille vbi
ſe abſcōderet q̄rebat. Unde pateretur iſta mala: niſi q: ha-
bebat? Uel in illo diſce qd fugias: q̄ia res q̄ illum torq̄bat
te pſequēte ne auferretur a te: et te ſic habet torquere alio
pſequēte. Attēdis q: pinguis eſt. Si propterea illū pſeque
ris quia pinguis eſt: time pingueſcere ne alter te q̄rat: Et
omnia inaniter fiunt: Quere finē: tenebre occurrūt. Quere
quare? Nihil occurrit. Ergo exultēt τ letent in chriſto q̄ di-
cunt: Pertrāſijt anima noſtra aquā ſine ſubſtātia: τ recipiūt Luce. 15.
ſubſtantiā ſuā. Perdiderūt illā viuētes pdige: ſed nō pau-
per factꝰ eſt pater. Redeāt: τ inueniēt ibi diuitias quas in
longinqua peregrinatione cū meretricibꝰ cōſumpſerūt: eua- P
dant aquā ſine ſubſtātia: τ dicāt: Benedictus dominus: Als † ca-
qui nō dedit nos in † venationē dentibꝰ eorum. Uenātes ptionem.
enim erant pſequentes: τ poſuerūt eſcā in muſcipula. Quā
eſcam? Dulcedinē vite huiꝰ: vt vnuſquiſq̄ pp̄ter dulcedinē
huiꝰ vite mittat caput in nequiciā: τ muſcipula cōprimatur:
Non illi in quibꝰ erat dn̄s: illi q̄ dicunt: niſi quia dn̄s erat in
nobis: nō capti ſunt in muſcipula. Sit in te dn̄s: τ nec tu ca
pieris in muſcipula: Clama: Benedictꝰ dn̄s q̄ nō dedit nos Al. erepta.
in venationē dētibꝰ eorū. Anima noſtra ſicut paſſer † eru- † laqueo.
ta eſt: de † muſcipula venantium. Quia in ipſa anima do-
minus erat: ideo ſicut paſſer eruta eſt anima de muſcipula
venātium. Quare ſicut paſſer? Quia incauta ceciderat ſicut
paſſer: τ poterat dicere poſtea: Jgnoſcet mihi deus. O paſ-
ſer inſtabilis: fige potius pedes in petra: noli ire ad muſci-
pulam: Caperis: cōſumeris: obtineris. Sit in te dominus:
τ de maioribus minis eruet te: de muſcipula venātiū. Quo
modo ſi videas auem veluti iam cadere in muſcipulam: fa-
cis maiorem ſtrepitum τ volat de muſcipula: ſic τ martyres
iam forte aliqui ipſorum intendebant collum in dulcedinem
vite huius: dominus qui erat in illis fecit ſtrepitum gehen
narum: τ erutus eſt paſſer de muſcipula venantium. Anima
noſtra ſicut paſſer eruta eſt de muſcipula venātium. Et qd? Q
Semper erit illa muſcipula? Muſcipula erat dulcedo vite
huius. Jlli non deſerunt in muſcipula: τ occiſi ſunt. Jllis ne-
ceſſa

ciſis muſcipula fracta eſt. Jam non remanſit dulcedo vite
huius:per quam poſſent iterum capi:ſed illa contrita eſt:
Nunquid et paſſer contritus eſt? Abſit:quia non deſerat in
Al.†laq⁹. muſcipula. ⌊†Muſcipula cōtrita eſt:⁊ nos†eruti ſum⁹.⌋
cōtrit⁹ eſt. Clament ergo quia eruti ſunt:volent ad deũ:triumphent
†liberati. in deo:quia eruti ſunt:quoniam dominus erat in eis:ne a
muſcipula caperentur. Quare muſcipula cōtrita eſt:⁊ nos
eruti ſumus? Uis ſcire quare? ⌊Adiutorium noſtrum in no
mine domini:qui fecit celum ⁊ terram.⌋ Nam ſi adiutoriũ
hoc non eſſet:non quidem eterna maneret muſcipula:ſed
cũ capt⁹ eſſet contereret̃ paſſer. Nam vita iſta tráſitura eſt:
et ꝗ dulcedine ei⁹ capti fuerint et irretiti:et ꝑ hác dulcedinẽ
offenderint deum:cum iſta vita tranſibunt. Nam contere
tur muſcipula:Certi eſtote:Omnis dulcedo vite iſtius pre
ſentis non erit impleta forte loci ſui:Sed opus eſt non he
rere:vt quando conteretur muſcipula:tũc exultes et dicas
Muſcipula contrita eſt et nos eruti ſumus. Sed ne putes
te viribus tuis hoc poſſe:attende cuius eſt opis:eſto pius
vt eruaris. Nã ſi ſuperbieris in muſcipulam cadis:Et dic:
R Adiutorium noſtrum in nomine domini:qui fecit celũ ⁊ ter
ram. Pſalmus tractatus eſt:et quantum dominus adiuua
re dignatus eſt:vt puto expoſitus eſt. Craſtino etiam die
ſermonem deberi charitati veſtre optime noſtis. Adeſtote
et adiuuate nos orationibus veſtris. Pollicitationis enim
noſtre meminiſſe debetis:Nec dicerem quid eſſem tracta
turus:niſi adiuuari volens ſtudio fidei et orationum veſtra
rum. Meminiſtis enim me promiſiſſe vobis de hoc tracta
Joã.i. re quod dictum eſt in euangelio:Lex per moyſen data eſt:
gratia et veritas per ieſum chriſtum facta eſt. Solent enim
omnes heretici maxime manichei reprehendere legem:et
dicere quia deus illam non dedit. Exponẽdus eſt enim lo
cus iſte:vt cognoſcatur:quia et legem deus dedit:⁊ lex per
moyſen data eſt:vt non ſaluaret propter certã cauſam. Nõ
ſaluauit lex vt lator legis ipſe imperator deſideraretur qui
indulgentiam daret peccantibus:⁊ data quidem lex eſſet ꝑ
moyſen:gratia autem et veritas per ieſum chriſtum fieret
Ad hoc intentos vos facere volui:aderit domini miſericor
dia:nõ ex meritis noſtris:ſed forte pro merito deſiderij ve
ſtri:neq̃ ex facultatibus noſtris:ſed et abũdantia donorũ
ſuorum:vt ſic tractetur res ſatis neceſſaria hominibus poſi
tis in nouo teſtamẽto:vt omnino nullas latebras inueniat
inimicus vbi ſe occultet ad decipiendos fideles.

¶ Explicit Tractatus de ps.cxxiij.

¶ Incipit Tractatus de ps.cxxiiij.

¶ Prefatio.

A Pſalmus iſte pertinens ad numerũ ⌊Cãticorum gra
duum:⌋de quo titulo in alijs iã multa diximus:et re
petere nolumus:ne vos obtundamus potius ꝙ inſtruam⁹:
docet nos aſcendentes et leuantes animas noſtras ad do
minum deum noſtrum affectu charitatis atq̃ pietatis:nõ
intendere in homines qui proſperantur in hoc ſeculo felici
tate falſa atq̃ ventoſa et prorſus ſeductoria:vbi nihil aliud
nutriunt ꝙ ſuperbiã:et cor eorum cõgelaſcit aduerſus deũ:
et fit durum aduerſus imbrem gratie ipſius:ne fructum fe
rat. Preſumentes enim omnia ſibi abundare que videntur
huic vite neceſſaria et vltra ꝙ neceſſaria:extolluntur:Et cũ
ſint homines per iniquitatem inferiores omnibus homini
bus:ꝑ ſuperbiã ſuperiores ſe putãt omnib⁹ bob⁹:Atq̃ vtinã
ſicut alios vel homines ſe eſſe deputarent. Hos autẽ aliqñ
intuendo et nimis attendẽdo:etiam illi qui deum colũt:flu
ctuant ⁊ nutãt:quaſi perierit merces eorum: Quare deum
colunt cum ſe vident in laboribus:in egeſtate:in erumna:in
morbo:in dolore:in aliqua neceſſitate:et vidẽt alios habe
re ſanitatẽ corporis:abundare tẽporalib⁹:incolumitate ſuo
rum gaudere:nitore honorũ florere eos ꝗ nõ ſolũ deũ nõ co
lunt:ſed omnib⁹ hominib⁹ aduerſant̃:attẽdẽtes eos:nutãt:
ps.72. ⁊ dicũt apud ſe qḋ ſcriptũ eſt in quodã pſalmo: Quo
modo ſciuit de⁹:⁊ ſi eſt ſciẽtia in altiſſimo? Ecce ipſi pecca
Jbidem. tores ⁊ abũdãtes in ſeculo obtinuerũt diuitias: Et ſequit̃:
Nunqḋ vane iuſtificaui cor meũ:⁊ laui inter innocẽtes ma
nus meas? Nunqḋ forte van⁹ fui qui volui iuſte viuere:⁊ in
nocenter inter homines conuerſari:qñ ſcio eos ꝗ nolũt ſer
uare innocẽtiã habere tantã felicitatẽ:⁊ inſultare iuſtis per

iniquitates felices? Sed ꝗs illud dixit ibi in pſalmo? Cui⁹ B
nondũ erat rectũ cor. Sic enim cepit ipſe pſalm⁹ de quo mo
do teſtimoniũ dedim⁹:nõ iſte quẽ cõſiderandũ ⁊ tractandũ
modo ſuſcepimus:ſed vbi dictũ eſt. Quomodo ſciuit de⁹ et
ſi eſt ſciẽtia in altiſſimo? Ecce ipſi peccatores abundãtes in
ſeculo obtinuerũt diuitias: Nunqḋ vane iuſtificaui cor meũ
⁊ laui inter innocentes manus meas? Ille ergo pſalmus Jbidem
vbi videtis: quia periclitatur anima: vbi videtis quia
nutant pedes:ſic cepit: Quam bonus deus iſrael rectis cor
de:mei autem inq̃t pene commoti ſunt pedes:paulominus
effuſi ſunt greſſus mei. Quare? Quia zelaui in peccatorib⁹:
pacem peccatorum intuẽs. Inde ergo dixit cõmotos pedes
ſuos ⁊ pene effuſos greſſus:lapſos ad ruinã a deo:q: intui
tus eſt ⁊ inſpexit felicitatẽ peccatorum:⁊ vidit eos habere
pacẽ:ſe autẽ laborẽ. Narrauit autẽ hoc cũ iam euaſiſſet:cũ
iam correcto corde deo inheſiſſet:narrauit ꝑterita pericu
la ſua:Ergo bon⁹ de⁹ iſrael. Sed quib⁹? Rectis corde. Qui
ſunt recti corde? Qui nõ reprehẽdũt deũ. Qui ſunt recti cor
de? Qui voluntatẽ ſuã ad voluntatẽ dei dirigũt:nõ volũtatẽ
dei ad voluntatẽ ſuã curuare conãtur. Breue preceptũ eſt:
vt homo dirigat cor ſuũ. Uis habere rectũ cor? Tu fac quod
vult de⁹: Noli deũ velle facere qḋ vis tu. Prauicordes ergo
ſunt:id eſt qui rectũ cor nõ habẽt:qui ſedẽt ⁊ diſputãt quo
modo debuit facere deus:nõ laudãdo qḋ fecit ſed reprehen
dendo:Corrigere illũ volunt:Parũ eſt q: corrigi ab eo no C
lunt:⁊ dicunt:Nõ debuit de⁹ facere pauperes:ſed ſoli diui
tes eſſe debuerunt:et ipſi ſoli viuerẽt. Ut qḋ fact⁹ eſt paup̃?
Ut quid viuit? Reprehendit deũ pauperũ. Quãto melius
eſſet pauper dei:⁊ diues eſſet de deo: Hoc eſt ſequeret̃ vo
luntatẽ dei:et videret paupertatẽ ſuã tẽporalẽ eſſe tráſi
turã:diuitias aũt ſibi ſpiritales ita vẽturas vt nullo pacto
poſſent preterire:⁊ haberet in diuitijs cordis fidẽ ſi ei non
cõtigit aurũ habere in arca:quia ſi aurũ haberet in arca ſu
rẽ timeret:et aurũ de arca etiã nolẽs perderet:fidẽ autem
de corde non perdet:ſi ipſe illã inde nõ expulerit. Cito au
tem reſponderi poteſt chariſſimi. Fecit deus pauperem:vt
probet hominẽ:⁊ fecit deus diuitẽ:vt probet illũ de paupe
re:Et omnia ꝗ fecit de⁹ recte fecit. Et ſi nõ poſſumus vide
re cõſilium ipſius quare illud ſic fecit ⁊ illud ſic:bonũ eſt no
bis vt ſubdamus nos ſapiẽtie ipſi⁹:⁊ credam⁹ q: bene fecit:
etſi nondũ nouimus quare fecit:⁊ habebim⁹ cor rectũ vt ꝑ
ſumamus ⁊ cõfidamus in dño:⁊ nõ mouebuntur pedes no
ſtri:et fit in nobis aſcendentibus vnde cepit iſte pſalmus.

¶ Expoſitio pſalmi.

Qui confidunt in domino:ſicut mons ſion:nõ commo D
uebitur in eternum. ⌋Qui ſunt iſti? ⌊Qui†habitãt Al.† habi
in hieruſalem.⌋ Ipſi non commouebuntur in eternum qui tat.
habitant in hieruſalem. Si hanc hieruſalem intellexerim⁹:
omnes qui illic inhabitabant:bellis ⁊ euerſione ipſi⁹ ciuita
tis excluſi ſunt. Modo ꝗris iudeũ in ciuitate hieruſalẽ:et
non inuenies. Quare ergo non mouebunt̃ in eternũ ꝗ inha
bitant hieruſalem:niſi quia eſt alia hieruſalẽ:de qua multa
ſoletis audire? Ipſa eſt mater noſtra cui ſuſpiram⁹ ⁊ gemi
mus in iſta peregrinatione:vt ad illã redeam⁹. Errraueram⁹
a via:⁊ viã nõ habebam⁹. Rex ipſi⁹ venit:⁊ via nobis fact⁹
eſt:vt ad illã reddire poſſim⁹. Ipſa eſt illa vbi ſtãtes erant ps.121.
pedes noſtri in atrijs hieruſalẽ:ſicut audiſtis in pſalmo cã
ticorum graduũ ſuperiore iam vobis ⁊ expoſito ⁊ tractato
qui interfuiſtis:cui ſuſpirabat ille ꝗ cantabat: Hieruſalẽ ꝗ Jbidem.
edificat̃ vt ciuitas:cui⁹ pticipatio ei⁹ in idipſum. Qui ergo
ibi habitãt nõ mouebunt̃ in eternũ. Qui autẽ habitarũt in
iſta hieruſalẽ mori ſunt:primo corde:poſtea exilio. Qui mo
ti ſunt corde ⁊ ceciderũt:tũc regẽ ipſi⁹ ſyone hieruſalẽ cruci
fixerũt. Jam ſpiritaliter foris erãt:⁊ foris regẽ foras exclu
debãt. Eiecerũt enĩ illũ extra ciuitatẽ ſuã:⁊ eũ foris crucifi Mat.27.
xerunt:Et ipſe eiecit illos extra ciuitatẽ ſuã:id eſt eternã
hieruſalẽ matrẽ omniũ noſtrũ ꝗ eſt in celis. Qualis eſt iſta
hieruſalẽ? Breuiter deſcribit eã. ⌊Mõtes in circuitu ei⁹.⌋ E
Magnũ ergo aliqḋ eſt eſſe nos in ea ciuitate quã circũde
derũt mõtes? Ipſa eſt tota felicitas nr̃a:q: habebim⁹ ciuita
tes quã circũdederũt mõtes. Nõ enĩ nõ nouim⁹ mõtes:aut
qḋ ſint mõtes:niſi tumores terrarũ? Alij ſunt ergo montes
amabiles:mõtes excelſi:ꝑdicatores veritatis:ſiue ãgeli:ſiue

apoſtoli:ſiue prophete. Ipſi ſunt in circuitu hieruſalẽ:am
biunt illã:ꝛ quaſi murũ illi faciũt. De his montibus amabi
libus ꝛ delectabilib⁹ abũdine ſcriptura loquitur. Aduertite
vel cum auditis vel legitis: pluribus locis inuenitis mon
F tes delectabiles:q̃ꝙ ꝛ nos poſſumus commemorare. Verũ
tamen q̃tum dñs ſuggerit:delectat nos de his montibus
multa dicere. ꝛ diuina teſtimonia de litteris ſanctis occur
runt nobis. Ipſi ſunt montes qui illuminãtur a deo: Et
primitus illuminãtur:vt ab ipſis lumẽ deſcendat ad valles
vel ad colles:q: nõ tãte ſunt altitudinis quãte ſunt mõtes.
Ipſi ſunt per quos nobis ꝓrogat̃ ſcriptura:ſiue in prophe
tia:ſiue in epl̃is:ſiue in euãgelio. Ipſi ſunt montes de qui
Ps. 120. bus cantamus: Leuaui oculos meos in mõtes vnde veniet
auxiliũ mihi:q: de ſcripturis ſanctis in hac vita habemus
auxiliũ. Sed q: ipſi montes nõ a ſe ꝓeguntur:nec a ſeipſis
nobis cõſulunt:nec ſpes noſtra debet eſſe in montibus:ne
Hiere. 17. maledicti ſimus qui ſpem in homine ponimus: Jam dixe
Ps. 120. rat: Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium
mihi: Auxiliũ inquit meũ a dño qui fecit celũ ꝛ terrã: Ipſi
Ps. 71. ſunt montes de quibus item dicit: Suſcipiãt montes pacẽ
populo tuo: ꝛ colles iuſtitiã. Mõtes magni ſunt:colles mi
nores ſunt. Montes ergo vidẽt:colles credunt. Qui vidẽt
pacem ſuſceperũt ꝛ attulerũt ad illos qui credũt. Qui enĩ
Roma. 1. credunt ſuſcipiant iuſtitiã:q: iuſtus ex fide viuit. Angeli vi
Joã. 1. dent:annũciant qđ vident:ꝛ credimus nos. Joãnes ille in
principio inquit erat verbum:ꝛ verbũ erat apud deũ:ꝛ de⁹
erat verbũ: Videbat:ꝓdicauit nobis vt crederemus: Et ꝓ
montes ſuſcipiẽtes pacem:ſuſceperũt colles iuſtitiam:quia
de ipſis mõtibus ait: Suſcipiãt montes pacẽ populo tuo.
Non dixit:a ſe habent pacẽ:vel inſtituunt pacem:vel gene
rant pacem:ſed ſuſcipiũt pacẽ. Unde ſuſcipiũt pacem: dñs
eſt. Sic ergo leua oculos tuos ad montes ꝓpter pacem:vt
auxilium tuum ſit a dño qui fecit celum et terram. Rurſus
Ps. 120. illos montes cõmemorãs ſpũſſanctus hoc ait: Illuminans
Ps. 75. tu mirabiliter a montibus eternis. Non dixit: illuminant
montes:ſed illuminans tu/a montibus eternis. Per mon
tes iſtos quos eternos eſſe voluiſti predicãs euãgelium:tu
G illuminas nõ montes. Tales ergo montes in circuitu hie
ruſalem. Et vt noueritis quales ſint montes in circuitu ei⁹
vbi commemorauit montes bonos ſcriptura:valde raro et
difficile:aut forte nunq̃:ꝛ nõ ſtatim ibi nominat dñm:aut ſi
mul ſignificat:ne ſpes remaneat in mõtibus. Ecce videte q̃
Ps. 120. multa commemoraui. Leuaui oculos meos in mõtes vnde
veniet auxilium mihi: Et ne ibi remaneas: Auxilium meũ
Ps. 71. inquit a domino qui fecit celũ et terram. Rurſus ſuſcipiũt
montes pacem populo tuo. Cũ dixit:ſuſcipient:oſtẽdit aliũ
eſſe montes pacis vnde illi ſuſcipiunt. Rurſus:a montibus
Ps. 75. illuminans vt dixit:mox adiunxit: Illuminans tu mirabili
ter a montibus eternis. Item hoc loco cum dixiſſet: Mon
tes in circuitu eius:ne tu rurſus remaneres in montib⁹:ſta
tim ſubiunxit: ⌊ Et dominus in circuitu † plebis ſue: ⌋ Ut
Al. † popu tua ſpes non ſit in montib⁹:ſed in illo qui illuminat mõtes.
li ſui. Cum enim ille habitat in mõtibus:id eſt in ſanctis:ipſe eſt
in circuitu plebis ſue:et ipſe murabit plebem ſuã munimẽ
H to ſpirituali:ne moueatur in eternũ. At vero de illis montib⁹
malis quãdo loquit̃ ſcriptura:nõ eis addit dñm. Tales mõ
tes iam ſepe diximus vobis:ſignificant magnas quaſdã alas
ſed malas: Non enim pateris fratres:quia potuerunt fieri
hereſes per aliquas paruas animas. Non fecerunt here
ſes niſi magni homines:ſed quantũ magni:tantũ mali mon
Ps. 71. tes. Non enĩ montes erãt tales q̃ ſuſciperẽt pacẽ:vt colles
ſuſciperẽt iuſtitiã:ſed illi diſſenſionẽ ſuſceperunt a diabolo
patre ſuo. Montes ergo erãt: Ad tales montes caue ne fu
gias. Venturi enim ſunt homines:et dicturi tibi: Magnus
ille vir:ꝛ magn⁹ ille hõ: Qualis fuit ille donat⁹? qualis eſt
maximianus? et neſcis fotinus qualis fuit? ꝛ ille arrius qua
lis fuit? Omnes iſtos montes nominauimus: ſed naufrago
ſos. Videris quia iacet de illis aliqua flamma ſermonis:et
aliquis de ipſis ignis accenditur. Si nauigatis in ligno:et
noctẽ patimini:id eſt caliginẽ huius vite:nõ vos fallant:nec
dirigatis illuc nauim: Ibi ſunt ſaxa: vbi naufragia magna
fiunt. Cum ergo tibi laudati fuerint iſti montes: ꝛ ceperit
tibi ſuaderi vt venias ad ipſos montes quaſi ad auxilium:

et ibi requieſcas: Reſpõde: In dño cõfido: quomodo dici Ps. 10.
tis anime mee:tranſmigra in montes ſicut paſſer? Bonum Ps. 120.
eſt enĩ tibi vt ad illos montes leues oculos vnde tibi auxi
lium a dño ſit:vt euadas ſicut paſſer de muſcipula venãtiũ
nõ trãſmigres in montes. Paſſer enĩ inſtabilis res eſt: Cito
mouetur:cito volat hinc et inde. Sed tu confide in dño: et
eris ſicut mons ſyon:nõ moueberis in eternum:ꝛ non trãſ
migrabis in montes ſicut paſſer. Nunq̃d ibi ſic nominauit
montes:vt de domino diceret? Sed montes tales ama in
quibus dominus eſt. Tunc autem te amant ipſi montes: ſi
non in illis ſpem poſueris. Videte fratres quales ſunt mon I
tes dei. Nã inde ſic nominati ſunt in alio loco. Juſtitia tua Ps. 35.
ſicut montes dei. Non iuſtitia ipſorum:ſed iuſtitia tua: Au
di talem montem apoſtolum: Ut inueniar in illo inquit:non Philip. 3.
habens iuſtitiam meam que ex lege eſt:ſed eã que eſt per fi
dem chriſti. Illi autem qui ꝑ iuſtitiã ſuam montes eſſe vo
luerunt:ſicut iudei quidam vel phariſei principes eorũ ſic
reprehẽduntur: Ignorãtes enim dei iuſtitiam ꝛ ſuam volẽ Roma. 10.
tes conſtituere:iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Qui autẽ ſub
iecti ſunt:ſic ſunt alti vt humiles ſint. Et quia magni ſunt
montes dicuntur: Quia vero ſubiecti ſunt deo: valles ſunt:
Et q: habent capacitatem pietatis: ſuſcipiũt abũdantiam
pacis:ꝛ inũdationẽ trãſmittũt ad colles. Mõ tñ tu vide q̃s
mõtes ames. Si vis amari a bonis mõtib⁹:noli ſpem pone
re nec in bonis mõtib⁹. Nã q̃lis mõs erat paulus? Qñ inue
nit̃ talis? De magnitudine loq̃mur holm. Tãte gratie q̃ſq̃
põt facile inuenire? Et tñ timebat ne paſſer ille in illo pone
ret ſpem. Et quid ait? Nunq̃d paulus pro vobis crucifixus 1. Corin. 1.
eſt? Sed leuate oculos in montes vnde auxilium veniat vo Ps. 120.
bis:q: ego plantaui:apollo rigauit:ſed auxiliũ veſtrũ a do 1. Corin. 3.
mino qui fecit celum ꝛ terram. q: deus incremẽtum dedit.
Ergo montes in circuitu eius. Sed quomodo montes in
circuitu ei⁹:ſic ꝛ dñs in circuitu plebis ſue: ⌊ Ex hoc † ꝛ vſq̃ Al. † nunc.
in ſeculum. ⌋ Si ergo montes in circuitu eius:ꝛ dñs in cir
cuitu plebis ſue:cõſtringit dñs plebem ſuam in vnum vin
culum charitatis ꝛ pacis:vt qui cõfidũt in dño ſicut mons
ſyon nõ cõmoueantur in eternum: Et hoc eſt ex hoc ꝛ vſq̃ K
in ſeculum. ⌊ Quoniam non † derelinquet † virgã peccato Al. † Quia
rum ſuper ſortẽ iuſtorũ:vt nõ extẽdant iuſti ad iniquitatem † relinquet.
manus ſuas. ⌋ Modo quidem iuſti aliquãtum laborant:et † dominus
modo aliquãdo iniuſti dominãtur iuſtis: Quib⁹ modis: Ali
quãdo iniuſti perueniunt ad honores ſeculi: Cum peruene
rint ꝛ facti fuerint vel iudices:vel reges: q: hoc facit deus
propter diſciplinam plebis ſue:ꝓpter diſciplinã populi ſui:
nõ põt fieri niſi vt exhibeatur illis honor debit⁹ poteſtatis.
Ordinauit enim ſic deus eccleſiã ſuam:vt omnis poteſtas
ordinata in ſeculo habeat honorem:ꝛ aliquãdo a melioꝛib⁹.
Sed (exẽpli gratia) vnam rem dico:hinc conijcite gradus
omnium poteſtatum. Prima ꝛ quotidiana poteſtas hois in
hominem:domini eſt in ſeruum. Prope omnes domus ha
bent huiuſmodi poteſtatem. Sunt dñi:ſunt ꝛ ſerui. Diuerſa
ſunt nomina:dñs:ſeruus: ſed homines et hoies paria ſunt
nomina. Et quid dicit apoſtolus: docens ſeruos dominis
ſuis ſubditos eſſe? Serui:obaudite dominis veſtris ſm̃ car Eph. 6.
nem:quia eſt ꝛ dominus ſm̃ ſpiritum. Ille eſt verus domi
nus ꝛ eternus:iſti autem temporales ſm̃ temp⁹. Tu cũ am
bulas in via:cum viuis in hac vita:non vult te facere ſupbũ
chriſtus. Cõtigit tibi vt chriſtianus efficereris:ꝛ haberes do
minum hominem: Non ideo chriſtianus factus es:vt dedi
gneris ſeruire. Cum enĩ chriſto iubente ſeruis homini:non
illi ſeruis:ſed illi qui iuſſit. Et hoc ait: Obaudite dominis Ibidem.
veſtris ſm̃ carnem: cum timore ꝛ tremore ꝛ in ſimplicitate
cordis:non ad oculum ſeruientes quaſi hominibus placen
tes:ſed quaſi ſerui chriſti facientes bonã voluntatẽ dei ex
animo cum bona voluntate. Ecce nõ fecit de ſeruis liberos
ſed de malis ſeruis bonos ſeruos. O quantum debent diui
tes chriſto qui illis componit domum: vt ſi fuit ibi ſeru⁹ in
fidelis:conuertat illum chriſtus:ꝛ non ei dicat: dimitte do
minum tuum: iam cognouiſti eum qui verus eſt dñs:ille foꝛ
te impius eſt et iniquus:tu iam fidelis ꝛ iuſtus: Indignum
eſt vt iuſtus ꝛ fidelis ſeruiat iniquo ꝛ infideli. Nõ hoc ei di
xit:ſed magis ſerui: Et vt corroboraret ſeruum:hoc dixit:
Exẽplo meo ſerui:q: prior ego ſeruiui iniq̃s. Dño enĩ tanq̃ L
in paſſione

in paſſione ſuſtinens:a quibus ſuſtinuit niſi dominus a ſer
uis? Et a quibus:niſi a malis ſeruis? Naꝫ ſi fuiſſent boni ſer
ui honorarent dominū ſuū:Sed quia mali ſerui erant:iniu
riauerunt. Ille quid contra reddidit. Dilectionem pro odio
Luce.23. Ait enim: Pater ignoſce illis:quia neſciunt quid faciūt. Si
dominus celi et terre per quem facta ſunt omnia ſeruiuit in
dignis:rogauit pro ſeuientibus et furentibus:et tanꝙ me
dicum ſe exhibuit adueniens (Nam et medici et arte et ſa
nitate meliores ſeruiunt egrotis) quanto magis non debet
dedignari homo:ex toto animo:et ex tota bona voluntate:
cum tota dilectione ſeruire domino:etiaꝫ malo? Ecce ſeruit
melior deteriori:ſed ad tempus. Quod autem dixi de domi
no et ſeruo:hoc intelligite de poteſtatibus et regibus:⁊ de
omnibus culminibus huiꝰ ſeculi. Aliquādo enī poteſtates
bone ſunt ⁊ timēt deum:aliquādo non timēt deum. Iulia
11.q.3.Iulianus extitit. nus extitit infidelis imperator:nōne extitit apoſtata:iniquꝰ
idololatra? Milites chriſtiani ſeruierūt imꝑatori infideli.
Ubi veniebatur ad cauſam chriſti:nō agnoſcebāt niſi illum
qui in celo erat. Quādo volebat vt idola colerent: vt thuri
ficarent:preponebant illi deū. Quādo autē dicebat:produ
cite aciem:ite cōtra illam gentem:ſtatim obtemperabant.
Diſtinguebant dominū eternū a dño tꝑali: ⁊ tamē ſubditi
erant ꝓpter dñm eternū:etiā dño temporali. Sed nunquid
ſic erit ſemper:vt iniqui imperent iuſtis? Non ſic erit. Uide
M te enim quid dicat iſte pſalmus: Quī nō derelinquet dñs
virgam peccatorum ſuꝑ ſortē iuſtorū. Sentitur ad tempus
virga peccatorū ſuꝑ ſortē iuſtorū:ſed nō ibi relinquitur:non
erit in eternū. Ueniet tempus quādo vnus agnoſcatur deꝰ:
veniet tempꝰ quādo vnus chriſtus in claritate ſua apparēs
cōgreget ante ſe omnes gentes:⁊ diuidat eas ſicut diuidit
paſtor hedos ab ouibus:oues ponet ad dexteram: hedos
Matth.25 ad ſiniſtrā. Et videtis ibi multos ſeruos inter oues:⁊ mul
tos dños inter hedos:et rurſus multos dños inter oues:⁊
multos ſeruos inter hedos. Non enī q: ſic conſolati ſumus
ſeruos omnes:ſerui boni ſunt:aut quia ſic reprehendimus
ſuꝑbiā dñorum:oēs ibi mali ſunt. Sunt boni ⁊ fideles do
mini:⁊ ſunt mali: Sūt boni ⁊ fideles ſerui ⁊ ſunt mali. Sed
N quādiu ſerui boni ſeruiunt malis dominis: ferūt ad tempꝰ
q: nō derelinquet virgā peccatorū ſuꝑ ſortem iuſtorū. Qua
re hoc? Ut nō extēdāt iuſti ad iniquitatem manus ſuas: vt
ad tempus ferant iuſti iniquos dominātes:⁊ intelligāt non
eſſe hoc ſempiternum:ſed preparent ſe ad poſſidendaꝫ ſem
1.Corin.15 piternam hereditatem. Quam hereditatem? Ubi deſtruet
omnis potētatus ⁊ omnis poteſtas:vt ſit deꝰ omnia in om
nibus. Ad hoc ſe ſeruātes ⁊ hoc corde cōtemplantes: ⁊ ad
huc in fide retinentes:⁊ vt videant perdurātes:nō extēdūt
manus ſuas in iniquitatē. Nam ſi videāt q: ſemper eſt vir
ga peccatorꝫ ſuꝑ ſortē iuſtorꝫ:cogitāt apud ſe ⁊ dicūt: Quid
mihi prodeſt q: iuſtus ſum? Semꝑ mihi dñabitur iniquus
⁊ ſemꝑ ſeruus ero? Faciā ergo ⁊ ego iniquitatē:q: nihil pro
qui non fecit miracula in corpore chriſti: non debet gaude-
re niſi de facie dei. Redierunt apoſtoli:⁊ dixerunt domino:
cum miſſi eſſent a domino: Ecce domine in nomine tuo etiā Luce.10
demonia nobis ſubiecta ſunt. Vidit domin⁹ q̄ tentaret eos
ſuperbia ex potentia miraculorum:et ille qui medicus vene Ibidem
rat ſanare tumores noſtros:⁊ ferre infirmitates noſtras:cō
tinuo ait: Nolite in hoc gaudere quia demonia vobis ſubie
cta ſunt:ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in ce-
lo. Non omnes chriſtiani boni demones eijciunt:omniū ta-
men nomina ſcripta ſunt in celo. Non eos voluit gaudere ex
eo q̄ proprium habebant: ſed ex eo q̄ cum ceteris ſalutem
tenebant. Inde voluit gaudere apoſtolos: vnde gaudes ⁊
tu. Intendat charitas veſtra. Nullus fidelis habet ſpem:ſi
nomen eius non eſt ſcriptum in celo. Omniū fidelium qui
diligunt chriſtum: qui ambulant viam eius humiliter quā
ipſe docuit humilis: nomina ſcripta ſunt in celo. Cuiuſuis
cōtemptibilis in eccleſia qui credit in chriſtum ⁊ diligit chri-
ſtum et amat pacem chriſti: nomen ſcriptum eſt in celo:cu-
iuſlibet quem contēnis. Et quid ſimile ipſe et apoſtoli: qui
tanta miracula fecerunt? Et tamen apoſtoli reprimūtur ex
eo q̄ de bono proprio gaudebant.⁊ iubentur hinc gaudere
vnde gaudet et ille contemptibilis. Non immerito fratres
mei cum iſta humilitate dicit: Domine non eſt exaltatū cor
meū:neq; in altum elati ſunt oculi mei:neq; ingreſſus ſum N
in magnis:neq; in mirabilibus ſuper me. Si non humili- Al† Sicut
ter ſentiebam:ſed exaltaui animam meam:† Quēadmodū Al† nō h̄z
qui† ablatus eſt† a lacte ſuper matrem ſuam: †ſic retri- Als† abla
butio in †animam meam. Videtur enim velut maledicto cratus.
ſe obſtrinxiſſe. Quomodo alio loco in pſalmo dicit: Domine Al.† nō h̄z
deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manib⁹ meis: Si Als† ita
reddidi retribuentibus mihi mala:decidā merito ab inimi- al† anima
cis meis inanis ⁊c. ſic videt̄ ⁊ hic dixiſſe: Si non humiliter mea.
ſentiebā:ſed exaltaui animā meam. Age quaſi dicturus eſt: Pš.7.
Illud mihi contingat:qđ ⁊ ibi: Si reddidi retribuentibus
mihi mala: contingat mihi illud. Quid? Decidam merito
ab inimicis meis inanis. Sic ⁊ hic. Si non humiliter ſentie-
bam: ſed exaltaui animam meam: quēadmodum qui abla-
ctatus eſt a lacte ſuper matrem ſuam: ſic retributio in ani-
mam meam. Intendite. Noſtis quia quibuſdam infirmis O
dicit Apoſtolus: Lac vobis potum dedi non eſcam: Non- 1.Cor.3.
dum enim poteratis:ſed nec adhuc quidem poteſtis. Sunt
infirmi qui non ſunt idonei valido cibo: volunt ſe tendere
ad id qđ capere non poſſunt: Et ſi aliquid vtcunq; accepe-
rint: aut viſi ſibi fuerint capere qđ non ceperunt: extollun-
tur inde et ſuperbiunt: inde videntur ſibi quaſi ſapientes.
Hoc autem contigit omnibus hereticis: qui cum eſſent ani
males ⁊ carnales:defendēdo ſententias ſuas prauas quas
falſas eſſe non potuerunt videre: excluſi ſunt de catholica.
Dicam charitati veſtre qđ poſſum. Dominus noſter ieſus
chriſtus noſtis quia verbum dei eſt:ſcđm illud Johannis: In Joan.1.
principio erat verbum: et verbum erat apud deum: ⁊ deus
erat verbum: Hoc erat in principio apud deum: Omnia per
ipſum facta ſunt:⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Panis ergo eſt
inde viuūt angeli. Ecce panis paratus eſt tibi:ſed creſce de
lacte:vt ad panem peruenias. Et quomodo inquis creſco
de lacte? Qđ tibi factus eſt chriſtus ad infirmitatem tuam:
Hoc primo crede et fortiter tene. Quomodo ergo mater cū
viderit filium minus idoneū ad capiendum cibum:ipſos ci-
bos ei dat: ſed traiectos p̄ carnem ſuam. Nam ipſe eſt pa-
nis de quo infans paſcitur:quo et mater eius paſcit̄: ſed ad
menſam infans minus idoneus eſt:ad mām̄illam idoneus
eſt. Panis ergo de menſa traijcitur p̄ matris mām̄illam: vt
ſic perueniat idem alimētum ad paruum infantem: Sic do
minus noſter ieſus chriſtus cum eſſet verbum apud patrē: Phil.2.
per quod facta ſunt omnia: qui cum in forma dei eſſet non
rapinam arbitratus eſt eſſe equalis deo:qualem caperent
pro modo ſuo angeli: ⁊ vnde in celo poteſtates ⁊ virtutes:
ſpiritus intellectuales paſcerentur: homo autē infirmus
⁊ carne inuolutus iaceret in terra nec poſſet ad eum perue- Pš.77.
nire panis celeſtis:vt panem angelorum manducaret ho- Exod.16.
mo:⁊ manna deſcenderet ad vberiorem populum iſrael:ver Joan.1.
bum caro factū eſt:et habitauit in nobis. Quapropter ipſis P
infirmis paulus Apoſtolus hoc dicit: quos dicit animales 1.Cor.3.
⁊ carnales:

1.Cor.2. ⁊ carnales: Nūquid dixi me ſcire aliquid in vobis: niſi ieſuꝫ
chriſtum ⁊ hūc crucifixum? Nam chriſtus erat: ⁊ non crucifi-
Ioan.1. xus. In ṗncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deum: ⁊ de⁹
3.ſen. diſt. erat verbum. Et quia ip̄m verbum caro factū eſt: ⁊ ip̄m ver
21.receden bum crucifixum eſt: ſed non eſt mutatū in hominē: homo in
te. illo mutatus eſt: Mutatus eſt homo in illo vt melior fieret
ꝙ erat: nō vt in ipſam ſubſtantiā verbi conuerteretur. Per
id ergo qđ homo erat: mortuus eſt deus: ⁊ per id quod de⁹
Marci.15. erat excitatus eſt homo: et reſurrexit: et aſcendit in celum.
et.16. Quicquid paſſus eſt homo: non poteſt dici non paſſus eſt
deus: quia deus erat hominem aſſumendo: ſed non eſt mu
tatus in hominem: quomodo non potes dicere non te paſ
ſum iniuriam ſi veſtis tua cōſcindatur. Et quādo quereris
vel amicis vel in iudicio: hoc dicis iudici: Conſcidit me: Nō
dicis conſcidit birrhum meū: ſed conſcidit me. Si potuit et
meruit veſtis tua dici tu: que nō eſt tu: ſed veſtis tua: quāto
potius meruit audire caro chriſti templū verbi vnitum cuꝫ
3.ſen. diſt. verbo? Et quicquid in carne pateretur: deus ipſe patereť:
21. recedē- q̄uis verbum nec mori potuerit: nec corrumpi: nec mutari:
te. nec occidi: ſꝫ quicquid hoc paſſum eſt: in carne paſſum eſt.
Et noli mirari: quia verbuꝫ nihil paſſum eſt: Nec anima ho
minis poteſt pati aliquid occiſa carne: dicente ipſo domino:
Mat.10. Nolite timere eos qui corpus occidunt: animā autem non
poſſunt occidere. Si anima nō poteſt occidi: verbum dei po
terat occidi? Et tamen quid dicit? Flagellauit me: colaphi-
zauit me: percuſſit me: dilaniauit me: Totum hoc non fit in
anima: ⁊ tamen non dicit niſi me: ꝓpter vnitatem conſortij
ipſius. Domin⁹ ergo noſter ieſus chriſtus panis: ſe fecit no
bis lac: incarnatus ⁊ apparens mortalis: vt in eo finiretur
mors: ⁊ nō aberraremus a verbo: credentes in carnem qđ
factum eſt verbum. Hinc creſcamus: ipſo lacte nutriamur:
Anteꝙ validi ſimus ad capiendū verbum: non recedamus
Q a fide lactis noſtri. Illi autem heretici volentes diſputare
de eo quod nō poterant capere: dixerunt quia filius minor
eſt ꝙ pater: ⁊ dixerunt quia ſp̄uſſanctus minor eſt ꝙ filius:
⁊ fecerunt gradus: ⁊ immiſerūt in eccleſiam tres deos. Nō
eīn poſſunt negare deum eſſe patrem: nec poſſunt negare fi
lium deum: nec poſſunt negare ſpūſanctum deum. At ſi pa
ter deus: ⁊ filius deus: ⁊ ſp̄uſſanctus deus: inequales ſunt:
⁊ nō ſunt eiuſdem ſubſtantie: nō eſt vnus deus ſed tres dij.
Diſputantes ergo quod capere nō poterant: elati ſunt in ſu
perbiam: ⁊ factum eſt in eis qđ dicitur in iſto pſalmo: Si nō
humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animā meam: Quēadmo
dum qui ablatus eſt a lacte ſuper matrem ſuam: ſic retribu
tio in animā meam. Mater eīn eccleſia dei eſt: vnde illi ſe-
parati ſunt: vbi lactari ⁊ nutriri debebant: vt creſcerent ad
capiendum verbum deū apud deum: in forma dei equalem
Ioan.1. patri. Uiſa eſt hic quidem ab his qui ante nos iſta tractaue
runt ⁊ alia ſententia: ⁊ alius intellectus in his verbis: queꝫ
R nō tacebo charitati veſtre. Hoc eīn dixerunt: Omnis ſuper
bus diſplicet deo: et debet ſe humana anima humiliare ne
Eccli. 3. deo diſpliceat: ⁊ toto corde intueri quod dictum eſt: Quan-
to magnus es humilia te in omnibus: ⁊ coram deo inuenies
gratiam. Sed rurſus ſunt quidaꝫ homines qui cum audie
rint quia humiles eſſe debent: dimittunt ſe: nihil volunt di-
ſcere: putantes quia ſi aliquid didicerint ſuperbi erunt: et
remanent in ſolo lacte. Quos reprehendit ſcriptura dicēs:
Heb.5. Et facti eſtis opus habentes lacte: nō ſolido cibo. Sic eīn
nos deus vult nutriri lacte: vt nō ibi remaneamus: ſed cre-
ſcendo per lac ad ſolidum cibum perueniamus. Ergo non
debet homo extollere cor ſuum in ſuꝑbiam: ſed debet eleua
re in doctrinam verbi dei. Nam ſi leuanda anima nō eſſet:
Ps̄.122. non diceretur in alia voce pſalmi: Ad te domine leuaui ani-
mā meam. Et niſi ſeipſa anima ſuper ſe effundat: nō perue
niet ad viſionem dei: ⁊ ad cognitionem ſubſtātie illius incō
mutabilis. Nam modo cum adhuc in carne eſt dicit̄ ei: Ubi
Ps̄. 41. eſt deus tuus: Sed intus eſt deus eius: ⁊ ſpiritualiter int⁹:
⁊ ſpiritualiter excelſus eſt: nō quaſi interuallis locorū: quō
per interualla loca altiora ſunt. Nam ſi talis altitudo querē
da eſt: vincunt nos aues ad deum. Ergo intus deus alt⁹ eſt:
⁊ ſp̄ualiter altus: nec perueniet anima vt cōtingat eum niſi
tranſierit ſe. Nam quicquid de deo ſenſeris ſm corpus: mul-
tum erras: Multum infans es ſi ſentis de deo etiā ſm ani-
mam humanam ꝙ deus aut obliuiſcatur: aut ita ſapiat vt
deſipiat: aut faciat aliquid ⁊ peniteat eum. Omnia eīn iſta
poſita ſunt in ſcripturis: vt nobis lactentibus cōmendare-
tur deus: nō vt proprie de illo ſic audiamus iſta: ⁊ intelliga
mus quaſi peniteat deum: ⁊ modo aliquid diſcat quod non
nouerat: ⁊ intelligat qđ non intelligebat: ⁊ reminiſcatur qđ
oblitus erat. Talia eīn anime ſunt non dei. Niſi ergo homo
tranſierit ⁊ modum anime ſue: nō videbit quis deus eſt qđ Exo.3.
eſt: qui dixit: Ego ſum qui ſum. Itaqꝫ ille cui dicebať: vbi Ps̄.41.
eſt deus tuus: quid dixit? Facte ſunt mihi lachryme mee pa
nes die ac nocte: duꝫ dicitur mihi q̄tidie: vbi eſt deus tuus. Ibidem.
Ut autem inueniret deum ſuum: quid egit? Hec meditatus
ſum inquit ⁊ effudi ſuper me animam meam. Ut inueniret
deum: effudit ſuper ſe animam ſuam. Non ergo ſic tibi dici-
tur: humilis eſto vt non ſapias: Humilis eſto propter ſuper
biam: altus eſto propter ſapientiam. Audi euidentem ſentē
tiam de hac re. Nolite pueri effici mentibus: ſed malicia in- 1.Cor.14.
fantes eſtote: vt mentibus perfecti ſitis. Certe explicatum S
eſt fratres mei vbi nos deus voluit eſſe humiles: vbi altos:
Humiles ꝓpter cauendā ſuperbiam: altos propter capiēdā
ſapientiā. Lactare vt nutriaris: ſic nutrire vt creſcas: ſic cre
ſce vt panem manduces. Cum eīn ceperis panem mandu-
care: ablactaberis: id eſt iam tibi non opus erit lacte: ſed ſo
lido cibo. Et hoc videtur dixiſſe: Si non humiliter ſentiebā
ſed exaltaui animam meam: id eſt ſi non mente ſed malicia
paruulus fui. Qđ ſignificans dixit ſuperiora verba: Domi-
ne nō eſt exaltatum cor meum: neqꝫ in altum elati ſunt ocu-
li mei: Neqꝫ ingreſſus ſum in magnis: neqꝫ in mirabilibus
ſuper me. Ecce quia malicia paruulus fui: ſed quia ſenſu nō Ibidem.
fui paruulus: ſi non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui ani-
mā meam: retribuatur mihi quod retribuitur paruulo qui
ablactatur a matre: vt iam panem ſim idoneus māducare.
Et hec ergo fratres ſententia non diſplicet: quia non eſt cō-
tra fidem. Mouet me tamen quia nō tantū dictum eſt quē- T
admodum qui ablactatus eſt a lacte: ſic retributio in aīam
meam: ſed additum eſt quēadmodum qui ablatus eſt a la-
cte ſuper matrem ſuam: ſic retributio in animā meam. Hic
mihi neſcio quid tale occurrit vt videam quia male dictum
eſt. Ablactatur eīn non infans: ſed iam grandiuſculus. Qui
autem infirmus eſt prima infantia que vera infantia eſt: ſu-
per matrem ſuam eſt: Si forte fuerit a lacte ablatus: extin-
guitur. Non fruſtra ergo additum eſt: ſuper matrem ſuam.
Ablactari enim omnes poſſunt creſcendo: Qui creſcit et ſic
ablactať: bonū eſt illi: Qui aūt adhuc ſuꝑ matrē ſuā eſt: ꝑni
cioſum. Ergo cauendū fratres ⁊ timendū eſt: ne quis ante
tempus ablactetur. Nam omnis grandis puer ſeparatur a
lacte: Sed ne quis tunc a lacte ſeparetur: quādo adhuc ſuꝑ
matrem ſuā eſt: Cum autē portatur manib⁹ matris qui por
tatus eſt vtero (Portatus eſt eīn vtero vt naſceretur: porta
tur manibus vt creſcat) lacte opus habet: adhuc ſuper ma-
trem ſuam eſt: Non ergo velit tunc exaltare animam ſuam:
cum forte minus idoneus eſt ad capiendum cibum: ſed im-
pleat ꝑcepta humilitatis: Habeat vbi ſe exerceat: credat in
chriſtum: vt poſſit intelligere chriſtum. Uidere verbum non
poteſt: capere nō poteſt equalitatem verbi cum patre: equa
litatem ſpiritusſancti cum patre ⁊ verbo: nōdum poteſt vi-
dere: credat hoc ⁊ ſugat: Securus eſt: q: cum creuerit: man
ducabit quod nō poterat anteꝙ ſugendo creſceret: ⁊ habet
vbi ſe extendat. Altiora te ne queſieris: ⁊ fortiora te ne ſcru- Eccl.3.
tatus fueris: id eſt ad que capienda minus idoneus es. Et
quid facio inquis? Sic remanebo? Sed que ꝑcepit tibi do-
min⁹ illa cogita ſemper. Que tibi precepit domin⁹? Fac mi-
ſericordiā: pacem eccleſie noli dimittere: in hominem ſpem
noli ponere: deſiderando miracula noli tentare deum. Si
iam in te eſt fructus cognoſcis quia cum bonis toleras ziza Mat.13.
nia vſqꝫ ad meſſem: quia cum malis ad tempus potes eſſe:
nō in eternū. Pallea hic tibi mixta eſt in hoc tēpore in area:
in horreo tecum nō erit. Hec que tibi ꝑcepit domin⁹: illa co-
gita ſemper. A lacte non ſeparaberis quoadu ſqꝫ ſuper ma-
trem tuam es: ne prius fame moriaris: anteꝙ panem man-
ducare ſis idoneus. Creſcere: erūt valide vires tue: ⁊ videbis V
ꝙ non poteras: ⁊ capies quod nō capiebas. Quid ergo? Si
videro que nō poteram videre: ⁊ cepero que non poteram

capere:iam ſecurus ero?perfectus ero? Non:q̄diu hic viuis
Ipſa eſt perfectio noſtra humilitas. Audiſtis quo concluſit
modo apoſtolica lectio:ſi heſit in memoria veſtra:quomodo
ille qui accepit colaphum ne extolleretur in reuelationibus
quãta ei reuelabantur:ꝓpter ipſam magnitudinem reuela
tionũ:quia poterat extolli niſi acciperet angelũ ſathane. Et
tamen cui tanta reuelabantur:q̄d ait? Fratres:ego meipſm
Phil.3. non arbitror apprehendiſſe. Paulus dicit: fratres:ego me-
ipſum nõ arbitror: apprehendiſſe: quia ad hoc accepit cola-
phizantem angelum ſathane ne extolleretur in magnitudi-
ne reuelationũ ſuarum. Quis audet dicere quia comprehen
dit? Ecce paulus apprehendit ⁊ dicit:nõ me arbitror: appre
hendiſſe. Et quid ais o paule? Adhuc curro inquit:vt appre-
hendam. Adhuc paulus in via eſt: ⁊ tu te putas in patria?
Ibidem. Unũ autem inquit que retro ſunt oblitus. Hoc fac ⁊ tu:et vi
tam p̄teritam malam obliuiſcere. Si te delectauit aliquan-
do vanitas:nõ te delectet. Que retro oblitus inquit: in ea
que ante ſunt extentus:ſm intentionem ſequor: ad palmam
ſuperne vocationis dei in chriſto ieſu. Audio vocem dei de
ſuper:⁊ curro vt apprehendam. Nõ enĩ dimiſit me in via re
manere:quia non ceſſat alloqui me. Ergo fratres nõ ceſſat
deus alloqui nos. Nam ſi ceſſat: quid eſt quod agimus?
Quid eſt qđ agunt lectiones diuine ⁊ cantica diuina? Obli-
uiſcimini ergo que retro ſunt:et in ea que in ante ſunt vos
extendite. Sic ſugite lac vt creſcatis ad cibum. Cum ergo
X veneritis: in patria gaudebitis. Et adhuc attẽdite Apoſto
lum ſequi ad palmam ſuperne vocationis. Dicit enĩ: Quot-
Phil.3. quot ergo perfecti:hoc ſapiamus. Non loquor inquit imper-
Heb.2. fectis:quibus adhuc non poſſum loqui ſapientiam: qui ad-
huc lacte potantur: nõ ſolido cibo paſcuntur:ſed illis dico
qui iam manducãt ſolidum cibum: Iam videntur eſſe per-
1.Cor.13. fecti:quia intelligunt equalitatem verbi cum patre. Adhuc
non ſic vident quomodo videndum eſt facie ad faciem:ad-
huc ex parte in enigmate. Currant ergo,quia cum via finita
fuerit:tunc redimus ad patriam. Currant currant:exten-
Phil.3. dant ſe: Quotquot ergo perfecti:hoc ſapiamus. Et ſi quid
aliter ſapitis:hoc q̄ꝫ vobꝰ deus reuelauit. Si forte erras in
aliquo:quare nõ redis ad lac matris? Quia ſi non extollimi
ni:quia ſi non exaltatis cor veſtrum: quia ſi nõ ingredimini
in mirabilibus ſuper vos:ſed ſeruatis humilitatem: reuela
bit vobis deus quod aliter ſapitis. Si autem hocipſum qđ
aliter ſapitis defendere vultis:⁊ pertinaciter aſtruere:⁊ cõ
tra pacem eccleſie:fit vobis maledictum hoc qđ dixit:ſuper
matrem cum eſtis:⁊ foris a lacte ſeparabimini:foris a viſce
ribus matris fame moriemini. Si autem perſeuerauerítis
in pace catholica:ſi quid forte aliter ſapitis q̄ oportet ſape-
Jacobi.4 re:deus vobis reuelabit humilibus. Quare? Quia deus ſu-
1.Petri.5. perbis reſiſtit:humilibus autem dat gratiam. Ideo ad hoc
Y cõcluſit hoc pſalmus. Speret iſrael in domino: ex hoc nũc
⁊ vſqꝫ in ſeculum. Quod autem ſcriptum eſt grece: απο
τοῦ νυν και εως του αιωνος:hoc eſt poſitum: ex hoc nunc
⁊ vſqꝫ in ſeculum. Sed non ſemper ſeculi nomen hoc ſeculũ
ſignificat:ſed aliquando eternitatem:quia eternum duobꝰ
modis intelligitur:Uſqꝫ in eternum: id eſt aut ſemper ſine
fine:aut quouſqꝫ perueniamus ad eternitatẽ. Hic ergo quo
modo intelligẽdum eſt? Quouſqꝫ veniamus ad eternitatẽ:
ſperemus in dominũ deum: quia cum venerimus ad eterni
tatem:iam ſpes nõ erit:ſed ipſa res erit.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄.cxxx.
¶ Incipit Tractatus de pſ̄.cxxxj.

B Iuſtum quidem erat chariſſimi:vt fratrem potius au-
diremus collegã meũ:preſentem omnibus nobis. Et
modo nõ negauit: ſed diſtulit: Et ideo hoc indico charitati
veſtre: vt mecum promiſſum teneatis Non fuit autem ab-
ſurdum charitati veſtre:vt prior obtemperarẽ iubenti. Ex-
torſit enim mihi vt eſſet modo auditor meus:eo ſane pacto
vt et ego ſim ipſius: q: in ipſa charitate omnes eius audito
Mat.23. res ſumus:qui vnus in celo nobis magiſter eſt. Ergo ani-
mum intendite ad pſalmũ:quẽ in ordine ſicut noſtis tractã-
dum habemus. Eſt etiã ipſe prenotatus: Canticum gra-
duum: Et aliquanto ceteris ſub eodem titulo prolixior.
Non ergo immoremur: niſi vbi neceſſitas coegerit: vt to-
tum ſi dominus permiſerit explicare poſſimus: Quia ⁊ vos
non tanq̄ rudes omnia debetis audire:aliquid et de p̄teri-
tis auditionibus adiuuare nos debetis:ne omnia tanq̄ no-
ua a nobis dici neceſſe ſit. Et noui quidem eſſe debemus.
quia vetuſtas nobis obrepere non debet: ſed etiam creſcen-
dum et proficiendum eſt. De ipſo quippe profectu ait Apo-
ſtolus: Et ſi exterior homo noſter corrumpit:ſed interior re 2.Cor.4.
nouatur de die in diem. Non ſic proficiamus vt ex nouis ve
teres efficiamur:ſed ipſa nouitas creſcat.

¶ Expoſitio pſalmi.

Memento domine dauid:et omnis mãſuetudinis eiꝰ. B
Sicut iurauit domino:votum vouit deo iacob. Da
uid,ſm fidem rerum geſtarum vnus homo erat: rex iſrael:
filius ieſſe. Erat quidẽ et ipſe manſuetus: ſicut eum indi-
cat atqꝫ cõmendat ſcriptura diuina: ⁊ ita manſuetus vt nec
perſecutori ſuo ſauli malum ꝓ malo reddiderit. Seruauit 1.Re.24.
autem erga eum tantam humilitatem:vt illum regem fate-
retur:ſe autem canẽ: Et non proterue nec ſuperbe cum eſſet
in deo potentior reſpondebat regi: ſed eum placare potius
affectabat humilitate q̄ concitare ſuperbia. Etiam in pote- Ibidem.
ſtate datus eſt ei ſaul:⁊ hoc a domino deo vt ei faceret quic
quid vellet. Sed quia non p̄ceptum illi erat vt occideret:
ſed tantũ in poteſtate datum illi erat: Licet autem homini
vti poteſtate ſua:ad lenitatem potius deflexit qđ ei deus
cõceſſit: Qui ſi vellet occidere:careret inimico. Sed quomo
do diceret: Dimitte mihi debita mea:ſicut ⁊ ego dimitto de- Mat.6.
bitoribꝰ meis? In ſpeluncam intrauit ſaul vbi erat dauid:
neſciens q̄ illic eſſet dauid: Ad neceſſaria ventris ille intra-
uit: ſurrexit dauid ſenſim et lente poſt ipſum: p̄ſcidit illi de 1.Re.24.
veſte pãniculũ quẽ illi oſtẽderet:vt noſſet q: habebat illũ in
poteſtate:⁊ nõ neceſſitate ſed volũtate pepercerat:et noluit
occidere. Forte ipſam manſuetudinem cõmendauit modo
dicens: Memento dñe dauid: ⁊ omnis mãſuetudinis eius.
Hoc ſm rerum geſtarum fidem:quã ſcriptura diuina vt di- C
ximus continet. Sed ſolemus in pſalmis non ad litteram
attendere ſicut in omni prophetia:ſed per litteram ſcruta-
ri myſteria. Et meminit charitas veſtra:quia cuiuſdam ho-
minis vocem in omnibus pſalmis ſolemus audire: q: vnus
habet caput et corpus. Caput autẽ in in celo eſt: ſed corpus
in terra. Sed quo preceſſit caput: ⁊ corpus ſecuturum eſt.
Et iam non dico quis caput ſit:qui corpus ſint:quia ſcienti-
bus loquor. Commendatur ergo humilitas dauid: cõmen-
datur manſuetudo dauid:et dicitur deo: Memento domi-
ne dauid:et omnis manſuetudinis eius. Ad quam rem me-
mento domine dauid? Sicut iurauit domino: votum vouit
deo iacob. Ergo ad hoc memento: vt impleatur quod pro-
miſit. Ipſe dauid vouit tanq̄ in poteſtate habens: ⁊ rogat
deum:vt impleat quod vouit. Eſt deuotio vouentis:ſed eſt
humilitas deprecantis. Nemo preſumat viribus ſuis:ſe red
dere quod vouerit. Qui te hortatur vt voueas:ipſe adiuuat Pſ.75.
vt reddas. Quid ergo vouit videamus: et hinc intelligimꝰ
quemadmodum ſit accipiendus in figura dauid. Dauid au D
tem interpretatur manu fortis. Erat enim magnus bellige-
rator.preſumens quidem de domino deo ſuo: Confecit bel
la omnia:proſtrauit omnes inimicos ſuos deo ſe adiuuan-
te:quẽadmodum ſe habebat illius imperij diſpenſatio:p̄fi-
gurans tamen fortem manu quẽdã ad debellandos inimi-
cos:diabolum et angelos eius. Hos autem inimicos eccle-
ſia debellat. Et quomodo debellat? Manſuetudine. Man-
ſuetudine enim ipſe rex noſter vicit diabolum. Seuiebat il
le:ille ſufferebat. Uictus eſt qui ſeuiebat: vicit qui ſuffere-
bat. In iſta manſuetudine corpus chriſti quod eſt eccleſia
vincit inimicos. Sit manu fortis:operando vincat. Cum au
tem corpus chriſti eſt:et templum: et domus:et ciuitas: et
ille qui caput corporis eſt:⁊ habitator domus eſt:⁊ ſanctifi-
cator templi eſt: et rex ciuitatis eſt: quomodo eccleſia om-
nia illa:ſic chriſtus omnia iſta. Quid ergo vouimus deo:
niſi vt ſimus templum dei? Nihil gratius ei poſſumus of-
ferre:q̄ vt dicamus ei quod dicitur in Eſaia: Poſſide nos.
Equidem in iſtis poſſeſſionibus terrenis patrifamilias
preſtatur: quando ei datur poſſeſſio. Non ſic eſt poſſeſſio
que eſt eccleſia. Ipſi poſſeſſioni preſtatur vt a tali poſſi-
deatur.

deatur. Quid ergo dicit? Sicut iurauit domino votum vo-
E uit deo iacob. Videamus qđ votum eſt: niſi vt ſimus tēplū
dei? Nihil gratius ei poſſumus offerre: q̄ iure iurare. Iura
re eſt autem firme promittere. Attendite votum hoc: id eſt
qđ vouerat quo ardore vouerit: quo amore: quo deſiderio: ⁊
tamen ad hoc implendum: dominum deprecatus eſt dicēs:
Memento domine dauid et omnis manſuetudinis eiꝰ. In
Alſ ✝ ſi in. hac manſuetudine votum vouit: vt ſit domus dei. Si in-
troiero in tabernaculum domus mee: ſi aſcendero ✝ ſuper le
ctum ſtrati mei: Si dedero ſomnum oculis meis. Paruꝫ
viſus eſt dicere: ſomnum oculis meis. Et palpebris meis
Al. ✝ nō hꝫ dormitationem: Et requiem temporibus meis ✝ ſi dede
Al ✝ donec ro: ✝ quoadusq; inueniam locum domino tabernaculum
deo iacob. Vbi querebat locum domino? Si manſuetus
erat: in ſe querebat. Quomodo eſt enim locus domini? Au-
Eſa. 66 di prophetam: Super quem requieſcet ſpiritus meus? Su
per humilem et quietum ⁊ trementeꝫ verba mea. Vis ergo
eſſe locus domini? Eſto humilis ⁊ quietus; et tremens ver-
ba dei: ⁊ tuipſe efficieris qđ queris. Si enim in te non fiat
qđ queris in altero quid tibi prodeſt? Operatur quidē deꝰ
aliquādo per euāgeliſtā ſaluteꝫ alterius: tātum ſi ipſe dicit
et non facit: ⁊ ſit per linguam eius in alio locus domino: nō
autem ſit ipſe locus domino. Qui autem que docet ipſe hō
facit: ⁊ ſic docet: ſit locus domino cum eo queꝫ docet: Quia
omnes credentes vnum locum faciūt domino. In corde vnō
habet locum dominus: q: vnum cor eſt omniuꝫ in charitate
copulatorum. Quā multa milia crediderūt fratres mei: qui
Act. 2. ⁊ 4 precia rerum ſuarum poſuerunt ante pedes apoſtolorum.
Sed quid de illis dicit ſcriptura? Certe facti ſunt templuꝫ
dei: non tantum templum dei ſinguli: ſed ⁊ omnes ſimul tē-
plum dei. Facti ſunt ergo locus domino. Et vt noueritis q:
Act. 4. vnus locus factus eſt domino in omnibus: ſcriptura dicit:
F Erat illis anima vna ⁊ cor vnum: in deum. Multi autem ne
faciant locum domino: ſua querunt: ſua diligunt: poteſtate
ſua gaudent: priuatum ſuum concupiſcunt. Qui autem vult
facere locum domino: non de priuato ſed de cōmuni debet
gaudere. Hoc illi fecerunt de rebus ſuis priuatis: fecerunt
Vbi. 3. illas communes: Quod habebant ſuuꝫ: nunquid amiſerūt?
Si ſoli haberent et vnuſquiſq; ſuum haberet: hoc ſolum ha
beret quod ſuum habebat. Cum auteꝫ qđ proprium erat cō
mune fecit: ⁊ ea que erant ceterorum: ipſius facta ſunt. In-
tendat charitas veſtra: quia propter illa que ſinguli poſſide
mus: exiſtunt lites: inimicitie: diſcordie: bella inter homines
tumultus: diſſenſiones aduerſum ſe: ſcandala: peccata: iniq-
tates: homicidia. Propter que? Propter iſta que ſinguli poſ
ſidemus. Nunquid propter iſta que communiter poſſide-
mus litigamus? Aerem iſtum communiter ducimus: ſolem
communiter omnes videmus. Beati ergo qui ſic faciunt lo
cum domino: vt priuato ſuo non gaudeant. Talem enim de
ſcribebat iſte qui dicebat: Si introiero in tabernaculum do
mus mee: Priuatum hoc erat. Sciebat priuato ſe impediri:
ne faceret locum domino: ⁊ ea commemorat que ad ſeipſum
pertinebant: Non introibo in tabernaculum domus mee:
donec inueniam. Quid? Cum inueneris locum domino: in-
trabis in tabernaculum tuum? An ipſum erit tabernaculum
tuum: vbi inueneris locum domino? Quare? Quia ipſe eris
locus domini: et cum eis qui fuerint locus domini vnū eris
Abſtineamus ergo nos fratres a poſſeſſiōe rei priuate: aut
ab amore ſi non poſſumus a poſſeſſione: et facimus locū do
mino. Multum eſt a me ait aliquis. Sed vide quid ſis fa-
G cturus locum domino. Si vellet apud te hoſpitium habere
aliquis ſenator (nō dico ſenator: procurator alicuius magni
ſm ſeculum) ⁊ diceret: offendit me quidam in domo tua: et
ſi amares hoc: auferres tamen: ne eū offenderes cuius ami
citiam ambires. Et quid tibi pđeſt hominis amicitia? For-
te ibi non ſolum nullum auxilium: ſed ⁊ periculū inuenires.
Nam multi non periclitabātur anteq̄ maioribus iungeren-
tur: et optarūt maiorum amicitias: vt maiora pericula incur
rerent. Securus opta amicitiam chriſti. Hoſpitari apud te
vult: fac illi locum. Quid eſt: fac illi locum? Noli amare teip
ſum: illum ama. Si te amaueris: claudis contra illum: ſi ip-
ſum amaueris: aperis illi. Si autem aperueris et intrauerit
non peries amando te: ſed inuenies cū amante. Si introie

ro in tabernaculum domus mee: ſi aſcendero ſuper lectum
ſtrati mei. Priuata enim res ipſa vbi homo acquieſcit: ſup- D
bos facit: Ideo dicit: ſi aſcendero. In re quā priuatim quiſq;
poſſidet: neceſſe eſt ſuperbus ſit. Inde ſe enim tēdit homo
ad hominem: cum ambo ſint caro. Quid eſt homo fratres?
Caro. Et quid eſt alter homo? Altera caro. Et tamen caro
diues extendit ſe contra carnē pauperem: quaſi aliquid illa
caro attulerit quando nata eſt: aut aliquid auferat quando
moritur. Ad hoc plus habuit. vt plus tumeret. Iſte aūt qui
vult inuenire locū domino: dicit: Si aſcendero ſup lectum
ſtrati mei: ſi dedero ſomnum oculis meis. Multi enim cum
dormiunt: nō faciūt locū domino. Tales excitat Apls: Sur Eph. 5.
ge qui dormis: ⁊ exurge a mortuis: ⁊ illuminabit te chriſtus 1. Theſ. 5.
Et alio loco: Nos aūt qui diei ſumus vigilemus: ⁊ ſobrij ſi-
mus: Nam qui dormiunt: nocte dormiunt: ⁊ qui inebriātur:
nocte ebrij ſunt: Noctem dicēs iniquitatē: in qua illi obdor-
miunt: cupiendo iſta terrena. Et omnes iſte felicitates que
videntur ſeculi: ſomnia ſunt dormientium. Et quomodo qui
videt theſauros in ſomnis: dormiens diues eſt: ſed euigila-
bit et pauper erit: Sic omnia iſta vana huius ſeculi de qui-
bus homines gaudent: in ſomno gaudent: Euigilabūt quā-
do nolūt: ſi non modo euigilāt quādo vtile eſt: et inuenient
ſomnia illa fuiſſe: ⁊ tranſiiſſe (ſicut dicit ſcriptura) veluti ſom Ps. 72.
nium exurgētis. Et alio loco. Dormierūt ſomnū ſuū: ⁊ nihil Ps. 75.
inuenerūt omnes viri diuitiaruꝫ in manibus ſuis. Dormie
runt ſomnum ſuum: finitus eſt ſomnus: et nihil inuenerunt
in manibus ſuis: quia in ſomnis videbant diuitias tranſitu I.
ras. Iſte ergo qui vult inuenire locum domino: dicit etiam:
Si dedero ſomnum oculis meis. Sunt autem quidam qui
non dormiūt: ſed dormitant: Aliquātum retrahūt ſe ab amo
re temporalium: et rurſus reuoluuntur in eum: quaſi dormi
tantes caput crebro inclināt. Euigila: excute ſomnū: dormi-
tando caſurus es. Non vult pſalmus oculis ſuis dare ſom-
num: nec palpebris dormitationem: eum qui vult inuenire
locum domino. Et requiem inquit temporibus meis. A re-
quie temporum: ſomnus venit ad oculos. Tēpora circa ocu-
los ſunt: Velut futurus ſomnus grauedo temporuꝫ eſt. Nā
oībus dormituris grauari tpa incipiūt: ⁊ cū ſenſerint ſibi gra
uari tpa: iā imminet ſomnus. Qui ſi dādus eſt oculis: dat re
quiē tpibꝰ ſuis: et venit ſomnꝰ: Si nō dederit requiē tpibꝰ
ſuis: nō venit ſomnꝰ. Cū ergo cepit te aliqđ tpale delectari
ad peccatū: iā grauātur tibi tēpora. Vis euigilare: ⁊ non dor
mire nec dormitare? Noli te credere tali delectationi: maio
res dolores habebis q̄ ſuauitates. Iſta cogitatione quaſi
cōfricās frōtem excutis ſomnum: ⁊ paras locum domino: do
nec inuenias locum domino: tabernaculum deo iacob. Quā
q̄ aliqñ dicitur tabernaculū dei domꝰ dei: ⁊ domꝰ dei taber-
naculū dei: diſtinctius tamen accipitur fratres chariſſimi ta
bernaculum eccleſia ſm hoc tempus: Domus autē eccleſia
celeſtis hieruſalem quo ibimus. Tabernaculum enim tāq̄
militantium et pugnātium: Tabernacula militum in procin
ctu in expeditione. Vnde cōtubernales dicūtur milites: q̄ſi
tabernacula eadem habētes et habitātes. Quādiu ergo ha
bemus hoſtem cum quo pugnemus tabernaculum deo faci
mus. Cum autem trāſierit tempus pugne: et venerit pax
illa que precellit omnem intellectum: ſicut dicit Apoſtolus:
Et pax dei que precellit omnem intellectum. Quātācunq; enī Philip. 4.
cogitaueris de pace illa: minus eam capit animus adhuc in
iſta corporis grauedine cōſtitutus: cum venerit illa patria:
iam domus erit: nullus aduerſarius temptabit vt taberna
culum vocetur. Nō procedemus ad pugnādum: ſed permane-
bimus ad laudādum. Quid enī dicitur de illa domo? Beati Ps. 83.
qui habitāt in domo tua: in ſecula ſeculorū laudabūt te. In
tabernaculo adhuc gemimus: in domo laudabimꝰ. Quare?
Quia gemitꝰ eſt peregrinātiū: laudatio iam in patria cōma
nentium: Hic primo queratur tabernaculū deo iacob. Ec- Alſ ✝ eum.
ce audiuimus ✝ eam in effrata. Quam eam. Sedem do- K
mini. Audiuimus in effrata. Inuenimꝰ ✝ ea in campis ✝ Alſ ✝ eam
ſaltuum. Ibi audiuit: ibi inuenit. An alibi audiuit: ⁊ alibi ✝ ſyluę.
inuenit? Queramꝰ ergo quid ſit effrata vbi audiuit: itē que
ramus quid ſit in campis ſaltuum vbi inuenit. Effrata ver-
bum hebreum: interpretatur latine ſpeculum: ſicut tradide
runt q̄ verba hebrea ſcripturis poſita in aliā linguā trāſtu-

lerunt:vt ad nos perueniret intellectus: Nam ex hebrea
tranſtulerunt in grecam:et ex greca tranſlata ſunt nobis
in latinam. Fuerũt enim qui vigilarunt in ſcripturis. Si er
go effrata ſpeculum:illa domus que inuenta eſt in campis
ſaltuum:in ſpeculo audita eſt. Speculum imaginẽ habet:
Omnis prophetia imago futurorum. Domus ergo dei fu-
tura:in imagine prophetie predicata eſt. Audiuimus enim
illam in ſpeculo:id eſt audiuimus in effrata:inuenim⁹ in cã
pis ſaltuum. Qui ſunt campi ſaltuum? Campi ſyluarũ. Nõ
enim quemadmodum vulgo dicitur: Saltus ille: verbi
gratia:centurias habens tot:ſaltus propter locus adhuc in
cultus et ſylueſter dicitur. Nam et quidam codices:in cam
pis ſylue habent. Qui ergo erant campi ſaltuum:niſi gẽtes
inculte? Qui erant campi ſaltuũ:niſi vbi adhuc vepres erãt
idololatrie? Sic tamẽ quomõ vepres ibi erant idololatrie:
ibi inuenim⁹ locum dño tabernaculũ deo iacob. Qđ audi-
uimus in effrata:inuenimus in campis ſaltuum. Quod pre-
dicatum eſt in imagine iudeis:manifeſtatum eſt in fide gẽ-
L tium. ⌊ † Intrauimus in † tabernacula eius. ⌋ Cuius? Do-
Al. † In- mini dei iacob. Qui intrant vt inhabitent:ipſi ſunt q̃ intrãt
troibim⁹. vt inhabitẽtur. In domum tuam vt inhabites intras:in do
Al. † taber mum dei vt inhabiteris. Eſt enim melior dñs:qui cum te ce
naculum. perit inhabitare:beatũ te facit. Nã ſi tu ab illo nõ inhabite
ris:miſer eris. In ſua poteſtate te eſſe voluit ille filius q̃ di
xit: Da mihi partẽ patrimonij que me contingit. Bene ſer
Luce. 15. uabatur apud patrẽ:ne cũ meretricibus diſſiparetur. Acce
pit:facta eſt in eius poteſtate: Profectus in regionẽ lõginq̃
quam:effudit omnia cũ meretricibus: Paſſus eſt tãdem fa-
men:recordatus eſt patrẽ:reuerſus eſt vt pane ſaturaretur.
Ergo intra vt inhabiteris:et non quaſi tuus ſis:ſed illi⁹. In
M trauimus in tabernacula eius. ⌊ Adorabim⁹ in loco vbi ſte-
terũt pedes eius. ⌋ Cuius pedes? Dñi:an ipſi⁹ domus dñi?
Dom⁹ enĩ domini eſt:vbi dicit qua debet adorari. Adorabi
mus in loco vbi ſteterunt pedes eius. Preter q̃ domũ iſtaz
non exaudit deus ad vitam eternaz. Ille enim a domũ dei
pertinet:qui eſt in charitate compaginatus lapidib⁹ viuis.
Qui autem charitatẽ nõ habuerit:ruinã facit:et illo ruente
domus ſtat. Nemo enĩ minetur domui vbi eſſe quaſi lapis
cepit:ſi ruere voluerit quaſi aliquid domui noceat. Sic enĩ
ſuperbierat et primus populus iudeorũ dicẽs: Neq̃ enim
fraudaturus eſt deus patrem abraã:cui promiſit tãta de ſe
mine eius:et faciebant oĩa mala tãq̃ ſecuri de pollicitatio
ne dei:quia non pro illorum meritis qui ſcelera faciebant:
ſed pro meritis abrae parceret eis:et qualeſcunq̃ malos
Matth. 3. filios abrae congregaret in domum ſuam ad vitam eternã.
Sed quid iohannes? Generatio inquit viperarum. Quan
do ad illum venerũt ipſi filij abrae vt baptizarẽtur in aqua
penitentie:non eis dixit: Generatio abrae:ſed viperarum.
Tales enim erant quales quos imitabant: Non filij abrae:
ſed filij amorrei:chananei:gergeſei:iebuſei:et omnium q̃
offenderunt deum:ipſorum filij erant:quia ipſorũ facta ſe
Ibidem. ctabantur. Generatio viperarũ quis oſtendit vobis fuge-
re a ventura ira? Facite ergo fructum dignũ penitẽtie: Et
ne dixeritis:patrem habemus abraã. Potẽs eſt enim deus
de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios abrae. Neſcio quos lapides
tũc videbat in campis ſaltuũ vnde ſuſcitati ſunt filij abrae.
Filij enĩ magis qui fidem imitati ſunt:q̃ qui de carne nati
ſunt. Nemo ergo minetur domui dei: q̃ſi dicat: Subtrabo
me:et ruet domus. Bonum eſt enĩ illi vt coedificetur ⁊ ha-
N beat charitatẽ. Nam ſi ipſe ruerit:ſtabit domus. Itaq̃ fra-
tres in his eſt domus dei:quos predeſtinauit et preſciuit p̄
ſeueraturos. De illis dictũ eſt:vbi ſteterũt pedes ei⁹. Sũt
enim qui nõ pſeuerãt:nec ſtant pedes eius in eis. Nõ ſunt
ergo ipſi eccleſia:nõ ipſi pertinent ad illud modo taberna-
Mat. 24. culum tũc domum. Sed vbi nõ ſteterunt pedes eius? Quo
niam abundauit iniquitas:refrigeſcit charitas multorũ. In
Ibidem. his in q̃bus charitas refrigeſcit:nõ ſtant pedes ei⁹. Sed q̃d
ſecutũ eſt? Qui autem perſeuerauerit vſq̃ in finem: hic ſal
uus erit. Ecce in quibus ſteterũt pedes ei⁹:in eo loco ado-
ra:id eſt de talibus eſto in quibus ſteterunt pedes domini.
Si autem de ipſa domo intelligere volueris: vbi ſteterunt
pedes domini:pedes tui in chriſto ſtent. Tunc autẽ ſtabũt
pedes:ſi perſeueraueris in chriſto. Quid enim dicitur de

diabolo? Ille homicida erat ab initio:⁊ in veritate nõ ſtetit. Ioã. 8.
Diaboli ergo pedes nõ ſteterunt. Item de ſuperbis quid
dicit? Non veniat mihi pes ſupbie:⁊ manus peccatorum nõ Ps. 35.
moueãt me. Ibi ceciderũt qui operãtur iniquitatẽ: expulſi
ſunt nec potuerunt ſtare. Ergo domus dei cuius pedes ſtãt.
Unde ille gaudens ioãnes quid ait? Qui habet ſpõſam ſpõ Ioã. 3.
ſus eſt:amicus autem ſponſi ſtat ⁊ audit eum. Si non ſtat:
nõ audit eum. Et gaudio gaudet pp̄ter vocem ſponſi. Me
rito ſtat:q2 pp̄ter vocem ſponſi gaudet. Nam ſi pp̄ter vocẽ
ſuã gauderet:caderet. Iam videtis ergo quare ceciderint:
qui ad vocẽ ſuã gaudẽt. Amicus autem ille ſponſi dicebat:
Hic eſt qui baptizat. Quidam dicunt: Nos baptizamus:ad
vocẽ ſuã ſtare gauſi nõ potuerũt:⁊ nõ ptinent ad iſtam do- O
mũ de qua dicitur:vbi ſteterũt pedes eius. ⌊ † Exurge do- Al. † ſurge
mine in requiẽ tuã. ⌋ Domino dormienti dicit:exurge. Iaz 1. Paral. 6.
noſtis quis dormiuit:⁊ quis ſurrexit. Ipſe enĩ quodaz loco Ps. 56.
dicit in pſalmo: Dormiui cõturbat⁹. Bene illi dicitur: Exur Ro. 6.
ge dñe in requiẽ tuã. Iam nõ cõturbaberis:q2 xp̄s ſurgens
a mortuis:iam nõ moritur:⁊ mors ei vltra nõ dñabitur. Ip Ps. 3.
ſius eſt vox in alio pſalmo: Ego dormiui et ſomnum cepi et
exurrexi: q̃ñ dñs ſuſcepit me. Ipſe dormiuit: ipſi dicitur:
Exurge dñe in requiem tuam: ⌊ Tu ⁊ arca ſanctificationis
tue: ⌋ Id eſt exurge:vt exurgat arca ſctificatiõis tue quã
ſanctificaſti. Ipſe caput noſtrum: Arca eius: eccleſia eius.
Surrexit prior:ſurgat ⁊ eccleſia. Nõ autẽ auderet ſibi reſur
rectionẽ corpus pmittere:niſi prius exurgeret caput. Exur
ge dñe in requiẽ tuã:tu ⁊ arca ſanctificationis tue. Et corp⁹
xp̄i qđ ex maria natũ eſt intellectũ eſt a quibuſdã arca ſan-
ctificationis:vt hoc diceret: Exurge dñe in requiẽ tuã:tu ⁊
arca ſanctificationis tue:cũ corpore exurge:vt palpẽt q̃ non
credebãt. Exurge dñe in requiẽ tuã:tu⁊ arca ſanctificatiõis 1. Paral. 6.
tue. ⌊ Sacerdotes tui induãtur iuſticiã:⁊ ſancti tui † letẽn- Al. q̃ † exul
tur. ⌋ Te exurgẽte a mortuis ⁊ eunte ad patrẽ:regale illud tent.
ſacerdotiũ induatur fide:q2 iuſt⁹ ex fide viuit:⁊ accepto pi- Ro. 1.
gnore ſpiritusſancti:letẽtur mẽbra ſpe reſurrectionis q̃ pre P
ceſſit in capite. Eis enĩ ap̄ls dicit: Spe gaudẽtes. ⌊ Prop-
ter dauid ſeruũ tuũ:nõ auertas faciẽ chriſti tui. ⌋ Hoc deo pa
tri dictũ eſt: Propter dauid ſeruũ tuũ: nõ auertas faciẽ xp̄i
tui. Crucifixus eſt dñs in iudea: crucifixus eſt a iudeis: ab
ipſis turbat⁹ dormiuit. Inter quos reſuſcitatus manus dormi- Ps. 40.
uit:ad eos iudicãdos ſurrexit: Et dicit quodã loco: Reſuſci-
ta me:⁊ reddã illis:⁊ reddidit:⁊ redditur⁹ eſt: Nã quãta poſt
ea iudei paſſi ſunt occiſo dño: nouerunt ipſi. De ipſa ciuitate
vbi illum occiderunt:oẽs expulſi ſunt. Quid ergo? Etiã oẽs
de ſtirpe dauid perierũt:⁊ de tribu iuda? Non. Nam credi-
derũt inde aliqui:⁊ multa milia hoĩm crediderũt inde:⁊ hoc
iam poſt reſurrectionẽ dñi. Seuierunt vt crucifigerent: et Act. 2.
poſtea ceperũt videre fieri miracula in nomine chriſti cruci
fixi:et plus contremuerunt tantum poſſe eius nomen: qui
quaſi inter manus eorum nihil poterat:et compuncti corde
iam credentes diuinitatem occultam fuiſſe in illo quem ce-
teris ſimilem hominibus putauerant:et conſilium petẽtes Ibidem
ab apoſtolis:audierunt: Agite penitentiam: ⁊ baptizetur
vnuſquiſq̃ veſtrum in nomine domini noſtri ieſu chriſti. Er
go quia ad iudicandos eos a quibus crucifixus eſt ſurrexit
chriſtus:et auertit faciem ſuam a iudeis et conuertit ad gẽ-
tes:tanq̃ rogatur de⁹ propter reliquias iſrael:⁊ dicitur ei:
Propter dauid ſeruum tuũ non auertas faciem chriſti tui.
Si palea damnata eſt:frumẽta colligantur: Reliquie ſalue Eſa. 10.
fiant:ſicut dicit Eſaias. Et plane facte ſunt reliquie ſalue. Roma. 9.
Inde erant duodecim apoſtoli:inde plus q̃ quingenti fra- 1. Corin. 15.
tres:quibus ſe dominus demonſtrauit poſt reſurrectionẽ: Act. 4.
inde tot milia baptizata:que precia rerum ſuarum ante pe- Q
des apoſtolorum ponebant. Ergo impletuz eſt quod hic ro Alis † non
gatus eſt deus: Propter dauid ſeruum tuum ne auertas fa habet
ciem chriſti tui. ⌊ Iurauit dominus dauid † in † veritate et Alis † veri-
non † penitebit eum. ⌋ Quid eſt:iurauit? Promiſſum per ſe tatem.
ipſum firmauit. Quid eſt non penitebit eum? Non mutabit † fruſtrabi
Non enim dolorem penitentie patitur deus:aut in aliquo tur.
fallitur vt velit corrigere in quo errauit: Sed quomodo ho
minem cum penitet mutare vult quod fecit:ſic vbi audis:
quia penitet deum:mutationem ipſam ſpera. Aliter illam
facit deus: quãuis nomine penitentie appellet: aliter tu.

Tu enim

Tu enim facis:quia erraueras. Jlle aūt facit: q: vindicat:
1.Regū.15. aut q: liberat. Mutauit regnū ſauli cum peniteret eū:ſicut
Jbidem. dictum eſt:Et in eoipſo loco vbi ſcriptura dicit:Penituitq3 eū
ſibi paulopoſt dicitur:Nō enī ſic eſt vt homo vt peniteat eū.
Cum ergo mutat opera ſua p incōmutabile conſilium ſuū:
ꝓpter ipſam nō cōſilij ſed operis mutationem penitere di-
citur. Hoc aūt ſic promiſit:vt nō mutaret:quomō dicitur et
Pſ. 109. illud: Jurauit dñs ⁊ nō penitebit eū:tu es ſacerdos in eter
Hebreo. 7. num ſm ordinem melchiſedech. Sit ⁊ hoc q: ita ꝓmiſſum
eſt vt nō mutaretur:q: neceſſario futurū erat ⁊ ꝓmāſurum:
dixit: Jurauit dñs dauid veritatem : ⁊ nō penitebit eum:
Alia † de. ⌊ †Ex fructu ventris tui ponam ſup ſedem tuā.⌋ Poterat
dicere:ex fructu femoris tui. Quare ex fructu vētris voluit
dicere? Et illud quidem ſi diceret:verum diceret: Sed ſigni
Luce.2. ficātius dicere voluit:ex fructu ventris:quia de femina na-
tus eſt chriſtus:quo vir nō acceſſit. Quid ergo? Jurauit do
minus dauid veritatem:ex fructu ventris tui ponā ſuper ſe
R dem tuam. ⌊Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum:⁊
Alia † eos. teſtimonia mea hec que docebo †illos:Et filij eorum ſede-
Al.:†in ſe- bunt vſq3 †in eternum ſuper ſedem tuam.⌋ Si filij tui cu-
culum. ſtodierint:⁊ filij eorum ſedebunt in eternum: Meritaz filijs
parētes faciunt. Quid ſi filij ipſius cuſtodierint:⁊ filij eoruz
nō cuſtodierint? Quare a d meritū patrum promittitur bea-
titudo filiorum? Quid enim ait? Non ait:Si cuſtodierint fi
lij tui:⁊ filij eorum ſedebunt in eternum. Non ait:ſi cuſtodie
rint filij tui ſedebūt ſuper ſedem tuam:⁊ ſi cuſtodierint filij
eorum:⁊ ipſi ſedebunt ſup ſedem tuam:Sed ait: Si filij tui
cuſtodierint:⁊ filij eorum ſedebūt ſuper ſedem tuam:niſi q:
filios hic voluit intelligi fructus ipſorum: Si filij tui inquit
cuſtodierint legem meam:⁊ mandata mea hec que docebo
eos ſeruauerint:filij tui:⁊ filij eorū ſedebūt ſup ſedē tuam:
id eſt hic erit fructus ipſorum:vt ſedeāt ſup ſedē tuā. Mo-
do enī fratres omnes qui laboramus in chriſto : omnes qui
contremiſcimus verba ipſius: qui quōcūq3 conamur facere
volūtatem ipſius:⁊ ingemiſcimus petentes:vt adiuuet nos
quo impleamus qđ iubet:nūquid iam ſedemus in illis ſedi
bus beatitudinis que nobis promittūtur? Non. Sed māda
ta tenentes ſperamus hoc futurum. Jpſa ſpes tāq̄ in filijs
dicta eſt: quia hominis in hac vita viuentis ſpes filij ſunt:
fructus filij ſunt. Propterea ⁊ homines excuſantes auariciā
ſuam:dicunt ſe filijs ſuis ſeruare qđ ſeruant: ⁊ nolentes da-
re inopi:pietatis nomine ſe excuſant:q: filij eorum ſpes eo-
rum ſunt. Omnes homines enī qui ſm hoc ſeculum viuunt
ſpem ſuam dicunt filios generare ⁊ relinquere. Jdeo nomi
ne filiorum ſpem ipſam poſuit et ait:Si cuſtodierint filij tui
teſtamentuz meū:et teſtimonia mea hec que docebo illos:
et filij eorum ſedebunt in eternum ſuper ſedem tuam:id eſt
tales fruct⁹ habebunt:vt ſpes eos non fallat:vt illuc veniāt
quo ſperant ſe venturos. Modo ergo tanq̄ patres ſunt ho
mines ſpei future. Cum autem adepti fuerint quod ſperāt
filij ſunt:q: illud quod adipiſcuntur pepererunt ⁊ genera-
S uerunt in operibus bonis: Et hoc illis ſeruatur in poſteruz:
quia ⁊ ipſa poſteritas in filijs appellari ſolet. Aut ſi filios ip
ſos hoies accipis:intellige et de ipſis dictum : Si cuſtodie-
rint filij tui teſtamētum meum : ⁊ teſtimonia mea hec que
docebo illos:vt iſte ſit ſenſus:Si cuſtodierint filij tui teſta-
mentum meū:⁊ teſtimonia mea hec que docebo illos:⁊ filij
eorum:id eſt ſi cuſtodierint:vt hic ſubdiſtinguas : ⁊ deinde
inferas:ſedebunt in eternum ſuper ſedem tuaz: id eſt ⁊ filij
tui et filij eorum:ſed omnes ſi cuſtodierint. Quid ergo ſi nō
cuſtodierint? Perit promiſſio dei? Non: Sed ideo dictū eſt:
et ideo promiſſum eſt:q: predicauit deus. Quid niſi credita
ros? Sed ne aliquis quaſi minaretur promiſſio dei:⁊ in po-
teſtate ſua vellet ponere qđ ꝓmiſit de⁹ vt impleretur : ideo
ei iurauit et dixit: Jn quo oſtēdit:q: ſine dubio venturū eſt.
Quomodo ergo poſuit ſibi ſi cuſtodierint? Ne iam glorieris
de promiſſis:⁊ dimittas te nō cuſtodire. Tūc eris filius dauid
ſi cuſtodieris: Si aūt nō:nō eris filius dauid. Filios dauid
promiſit deus. Noli dicere: Filius ſum dauid ſi degeneras.
Si iudei illud nō dicunt qui de ipſa ſtirpe nati ſunt:immo
Joā. 2. dicūt illud:ſz delyrāt:Aperte enī dñs ait:Si filij abrae eſtis
facta abrae facite. Jnde illos negauit filios:q: facta non fa
ciebant. Nos quō nos dicimus filios dauid:qui de eius ſtir
pe nō ſumus ſm carnem? Reſtat vt filij nō ſimus:niſi imitā
do fidem:niſi colēdo deū ſicut et ille coluit. Si ergo qđ tibi
per ſtirpem nō ſperas:p facta nō vis aſſequi:quomō in te cō
plebitur:quia ſedebis ſuper ſedem dauid? Et ſi nō in te cō-
plebitur:putas q: nō complebitur? Et quō inuenit eam in
cāpis ſaltuum? Et quomodo ſteterunt pedes eius? Qualiſ-
cūq3 ergo fueris illa domus ſtabit. ⌊Quā elegit dñs ſyon:† Al†elegit.
preelegit eam in habitationez ſibi.⌋ Syon ipſa eſt eccleſia:
ipſa eſt ⁊ illa hieruſalem:ad cuius pacem currimus: que nō
in angelis ſed in nobis peregrinatur:que ex pte meliore ex-
pectat partē rediturā:vnde nobis littere venerūt q̄ quoti-
die recitātur. Jpſa ciuitas:ipſa eſt ſyon quā preelegit de⁹. Alia † ſecu-
⌊Hec requies mea in† ſecula ſeculorum.⌋ Jam dei verba lum ſeculi.
ſunt: Requies mea:ibi requieſco. Quātum nos amat de⁹ fra-
tres:vt q: nos requieſcimus:ſe dicat requieſcere. Nō enī ipſe
aliquādo turbatur:aut ſic requieſcit:ſed ibi ſe dicit requieſce- Alia † elegi
re:q: nos in illo requiē habebimus. ⌊Hic habitabo quoniā
†preelegi eā. Viduā ei⁹ benedicēs benedicā: † ⁊ pauperes Al.† nō hz
eius ſaturabo panibus.⌋ Omnis anima que intelligit ſe de-
ſertam omni auxilio:niſi ſoli⁹ dei:vidua eſt. Quō enī Apl's 1.Timot.5
deſcribit viduā? Que aūt vere vidua eſt ⁊ deſolata : ſperauit
in dñm. Agebat aūt de iſtis viduis quas omnes dicimus in
eccleſia. Dixerat aūt:que in delitijs degit viuēs mortua eſt: Jbidem.
et nō illam numerauit inter viduas. Deſcribēs autē viduas
⁊ ſanctas:quid ait? Que aūt vere vidua eſt ⁊ deſolata:ſpera
uit in dño:⁊ ꝑſiſtit in precib⁹ ⁊ obſecrationib⁹ nocte ac die:
Jbi ſubiecit: Que aūt in delitijs agit:viuēs mortua eſt. Vñ
ergo vidua eſt? Quia nō habet auxilium aliūde:niſi ſolius
dei. Jlle que habent viros:quaſi ſuperbiunt de auxilio viro
rum. Deſerte vidētur vidue:⁊ robuſtius eſt auxilium earū.
Ergo tota eccleſia:vna vidua eſt:ſiue in viris : ſiue in femi-
nis:ſiue in cōiugatis:ſiue in maritatis feminis: ſiue in ado-
leſcentibus:ſiue in ſenibus:ſiue in virginibus. Omnis eccle
ſia vna vidua eſt:deſerta in hoc ſeculo:ſi ſentit illud:ſi nouit Luce.18.
viduitatem ſuā. Tūc enī auxilium preſto eſt illi. Nonne agno
ſcitis iſtam viduam in euāgelio fratres mei:cum diceret do
minus oportere ſemper orare ⁊ nō deficere? Erat quidā iu-
dex in ciuitate dixit:qui nec deum timebat nec hoies reuere
batur:et interpellabat eum quedam vidua quotidie et dice
bat:Vindica me de aduerſario meo: Et interpellādo quoti
die vidua fregit illum. Ait enim ipſe iudex apud ſe: qui nec
deum timebat nec homines reuerebatur: Et ſi deum non ti-
meo:nec homines erubeſco vel propter tedium qđ mihi fa-
cit iſta vidua vindicabo eā. Si audiuit iudex malus viduā
ne tedium pateretur:deus non audit eccleſiaz quam hortat
vt deprecetur? Jtem Pauperes eius ſaturabo panibus: C
Quid eſt fratres? Simus pauperes:et tunc ſaturabimur.
Multi preſumētes de ſeculo:et ſuperbi chriſtiani ſunt ado
rant chriſtum:ſed nō ſaturantur. Saturati enim ſunt:⁊ abū Pſ.122.
dant in ſuperbia ſua. De talibus dicitur: Opprobrium eis q̄
abundant:et deſpectio ſuperbis. Jſti abundant:et ideo mā
ducant:ſed non ſaturantur . Et quid de illis dictum eſt in Pſ.21.
pſalmo? Manducauerunt et adorauerunt omnes diuites
terre. Adorant chriſtum:venerātur chriſtum:ſupplicāt chri-
ſto:ſed non ſaturantur ſapientia et iuſticia ipſius. Quare?
Quia non ſunt pauperes. Pauperes autem:id eſt humiles
quāto plus eſuriunt: tāto plus manducant : Tanto autem
plus eſuriunt:quanto a ſeculo inanes ſunt. Qui plenus eſt:
quicquid illi daturus es:reſpuit : quia plenus eſt. Da mihi
eſurientem:da mihi de quibus dictum eſt : Beati qui eſu- Matth.5.
riunt et ſitiunt iuſticiam:quoniam ipſi ſaturabūtur:⁊ erunt
hi pauperes de quibus modo dicit: Et pauperes eius ſatu-
rabo panibus:q: ⁊ in ipſo pſalmo vbi dictū eſt: Māducaue
rūt ⁊ adorauerūt oēs diuites terre:dictū eſt illic ⁊ de paupe
ribus:⁊ prorſus eo mō quo et in iſto pſalmo: Edēt paupes ⁊ Pſ.21.
ſaturabūtur:⁊ laudabūt dñm qui requirūt eum. Vbi dictū
eſt: Māducauerūt ⁊ adorauerūt oēs diuites terre:ibi dictū
eſt: Edent pauperes ⁊ ſaturabūtur. Quare quādo diuites
dicti ſunt adoraſſe:ſaturati nō dicti ſunt:qn autē pauperes
dicti ſunt:ſaturati dicti ſunt? Et vñ ſaturati? Hec ſaturitas
fratres qualis eſt? De⁹ ipſe eſt panis. Panis vt lac fieret de
ſcendit ad terrā:⁊ ait ſuis: Ego ſum panis viuus qui de ce- Joā.6.
lo deſcendi. Jdeo illic in pſalmo: Edent pauperes et ſatu-

pſ.21. rabuntur. De quo ſaturabūtur? Audi qđ ſequitur: Et lau-
X dabunt dominum qui requirunt eum. Eſtote ergo paupe-
res:eſtote in mēbris illius vidue:nō ſit auxiliū veſtrū niſi in
vno deo. Pecunia nihil eſt:nō inde auxiliū habebitis. Mul-
ti propter pecuniam precipitati ſunt:multi propter pecuniā
perierunt:Multi propter pecuniam multam queſiti ſunt a
raptoribus:Tuti eſſent:ſi non haberent quare quererētur.
Multi de amicis potentioribus preſumpſerunt:ceciderunt
illi de quibus preſumpſerūt:et inuoluerūt eos qui de ſe pre-
ſumpſerant. Reſpicite exempla generis humani. Quid ma-
gnum eſt quod vobis dicit? Nō ſolū de his ſcripturis ea lo-
quimur:legite ea in orbe terrarū:Attēdite non pſumere de
pecunia:de amico homine:de honore et iactātia ſeculi. Tol-
le iſta omnia:Sȝ ſi habes illa:Age deo gratias:ſi cōtemnis
illa. Si autē inflaris inde:noli attēdere quādo eris pda ho-
minum:iam diabolo preda es. Si aūt de his reb' nō pſum-
pſeris:eris in membris illi' vidue q̄ eſt eccleſia:de qua di-
ctum eſt:Viduā ei' benedicēs benedicā:eris et paup:de qua-
Y libus dictū eſt:Et pauperes ei' ſaturabo panib'. Aliqñ autē
qđ nō eſt ptermittēdū dicere:inuenis:pauperē ſupbū:et di-
uitem humilē:Quotidie patimur tales. Audio pauperē q̄ſi
gemētē ſub diuite:et q̄ſi potērior pmit diues:tūc illū humi-
lem vides:aliqñ nec tūc:ſed et tunc ſupbū:vnde video q̄d eſ-
ſet:ſi aliqđ haberet? Ergo paup dei in animo eſt:nō in ſecu-
lo. Procedit aliqñ homo habēs plenā domū:vberes terras
multa predia:multū auri et argenti: nouit q: in ipſis nō eſt
preſumēdū:humiliat ſe deo:facit inde bene:ita cor ipſi' eri-
gitur ad deū:vt nouerit q: nō ſolū nihil illi pſunt diuitie ipe
ſed et impediūt pedes ipſi':niſi ille regat et ille ſubueniat:et
numerat inter pauperes q̄ ſaturant panib'. Inuenis aliū
mēdicū iflatū aut iō nō iflatū:q: nihil hȝ q̄rentē tn̄ vnū iflet:
Nō attēdit de' facultatē ſed cupiditatē:et iudicat eū ſm cu-
piditatē qua inhiat reb' tpalib':nō ſecūdū facultatē quam
1.Timot.6 nō ei cōtigit adipiſci. Unde eñ de diuitib' dicit Aplſ: Diui-
tibus hui' ſeculi pcipe non ſupbe ſapere:neqȝ ſperare in in-
certo diuitiarū:ſed in deo viuo:q̄ nobis pſtat oīa abūdāter
ad fruendū. Quid ergo faciūt de diuitijs ſuis? Sequit et di-
Ibidem. cit: Diuites ſint in operib' bonis:facile tribuāt:cōmunicēt
Et vide q: hic paupes ſunt:Theſaurizēt inqt ſibi fundamē-
tum bonū in futurū:vt apprehēdāt verā vitā. Cū apphen-
derint:tūc erūt diuites. Qñ aūt nō eam adhuc habent no-
uerint ſe pauperes. Ita fit vt oēs humiles ſancto corde:et
in charitate germana cōſtitutos:q̄cq̄d habuerint in hoc ſe-
culo:inter paupes ſuos numeret de':quos ſaturat panib'.
Z [Sacerdotes ei' iduā ſalutari:et ſancti ei' exultatiōe exul-
tabūt.] Iā in fine pſalmi ſum':paululū aduertat charitas
veſtra:Sacerdotes eius induā ſalutari:et ſancti eius exulta-
tione exultabūt. Quis eſt ſalutaris noſter:niſi chriſt' noſter
Quid eſt ergo:ſacerdotes ei' induā ſalutari? Quotquot in
Gal.3. chriſto baptizati eſtis:chriſtū induiſtis. Et ſancti eius exul-
tatione exultabūt. Unde exultabūt? Unde? Exultatiōe:q: in-
Eph.5. duti ſunt ſalutari. Nō in ſe eñ lux facti ſunt:ſed in dño. Nā
Al. † Illuc erant ante tenebre:Et ideo ſubiecit:[† Ibi ſuſcitabo cornu
producam. dauid.] Ut de chriſto pſumat:ipſa erit altitudo dauid. Cor-
nu eñ ſignificat altitudinē. Et qualē altitudinē? Nō carna-
lē. Ideo oīa oſſa carne iuoluta ſunt:cornu excedit carnē. Al-
titudo ſpūal' cornu ē:Que aūt altitudo ſpūalis ē:niſi de xp̄o
pſumere:nō dicere:Ego facio:ego baptizo:ſȝ hic eſt q̄ bapti-
zat? Ibi eſt cornu dauid. Et vt noueritis:q: ibi eſt cornu da-
uid attēdite q̄d ſequat: [Paraui lucernā xp̄o meo.] Que
Ioā.5. eſt lucerna? Iā noſtis dñi verba de ioāne:Ille erat lucerna
Ioā.1. ardens et lucēs. Et q̄d ait iohānes? Hic eſt qui baptizat. In
hoc ergo exultabūt ſancti:in hoc exultabunt ſacerdotes:q:
omne qđ ipſorū bonū eſt:nō eſt ipſorū ſed illi'. Et q: ille ha-
bet poteſtatē baptizandi:ſecur' accedit ad tēplū eius om-
nis qui accipit baptiſmū:q: nō hois:ſed illi' eſt in quo exci-
Al. † Inimicos ei' induā cōfuſione. tatum eſt cornu dauid. [† Super ipſum autem † florebit
ſanctificatio mea.] Super quem? Super chriſtum meum:
Chriſto enim meo:cum dicit:vox eſt patris qui dicit:Viduā
eius benedicens benedicam:et pauperes eius ſaturabo pa-
Al. † exſurget. nibus. Sacerdotes eius induā ſalutari:et ſancti eius exul-
tatione exultabunt. Qui dicit: Ibi ſuſcitabo cornu dauid:
deus eſt. Ipſe dicit: Paraui lucernam chriſto meo:quia et

chriſtus noſter eſt:et chriſtus patris. Chriſtus noſter eſt:q̄
ſaluat nos et regit nos:quomodo et dñs noſter eſt:filius au-
tem patris:chriſtus autem et noſter et patris. Nam ſi pa-
tris chriſtus non eſſet:non diceretur ſuperius: Propter da-
uid ſeruum tuum ne auertas faciem chriſti tui: Super ip-
ſum autem florebit ſanctificatio mea. Super chriſtum au-
tem floret. Nemo hominū ſibi illā aſſumat:quia ipſe ſancti-
ficat: Alioquin non erit verū:Sup ipſum aūt florebit ſancti-
ficatio mea. Gloria ſanctificationis florebit. Sanctificatio
ergo xp̄i in ipſo chriſto:poteſtas ſanctificationis dei in chri-
ſto. Florebit enim q̄ dixit:ad gloriam vult pertinere. Quan-
do enim florent arbores tunc pulchre ſunt. Ergo ſanctifica-
tio in baptiſmo:vnde floret et claret. Unde ceſſit mundus
huic pulchritudini? Quia in chriſto floret. Nam pone illam Eſa.40.
in hominis poteſtate:quomodo floret:quando omnis caro
fenum:et omnis claritas carnis vt flos feni?

¶ Explicit Tractatus de pſ. cxxxj.

¶ Incipit tractatus de pſ. cxxxij.

¶ Expoſitio pſalmi.

Pſalmus breuis eſt et valde notus:ſed valde eſt no- A
minatus [Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū habitare fra-
tres in vnum.] Ita ſonus iſte dulcis eſt:vt et qui pſalteriū
neſciunt:ipſum verſū cantent. Tam dulcis eſt q̄ dulcis eſt
charitas:que facit fratres habitare in vnum. Et hoc quidē
fratres non indiget interpretatione aut expoſitione:q̄ bo-
num et q̄ iocundum ſit habitare in vnū:Sed ea que ſequū-
tur habent aliquid quod pulſantibus aperiatur. Ueruntā-
men vt ab iſto verſu deſcendat nobis intellect' vniuerſe tex-
ture pſalmi:hoc primum etiam atqȝ etiam conſideremus:
vtrum de omnibus chriſtianis dictum ſit:q̄ bonum et q̄ iocū-
dum ſit habitare fratres in vnum:an aliqui ſint certi atqȝ p-
fecti qui habitant in vnū:nec ad omnes pertineat iſta bene-
dictio:ſed ad quoſdā:a quibus tamen deſcēdat ad ceteros.
Iſta enim verba pſalterij:iſte dulcis ſonus:iſta ſuauis melo-
dia:tam in cantico q̄ in intellectu:etiā monaſteria peperit.
Ad hunc ſonum excitati ſunt fratres:qui habitare in vnū cō-
cupierunt. Iſte verſus fuit tuba ipſorū: Sonuit p orbē ter-
rarum:et qui diuiſi erāt:cōgregati ſunt in vnū. Clamor dei: B
clamor ſpiritusſancti:clamor propheticus nō audiebatur in
iudea:et auditus eſt in orbe terrarum. Aduerſus iſtum ſonū
ſurdi erant inter quos cantabatur:et apertis aurib' inuēti
ſunt de quib' dictū eſt: Quibus nō eſt nunciatū de illo vide- Eſa.65.
bunt. Et qui non audierunt intelligent. Ueruntamen dile-
ctiſſimi ſi conſideremus de illo pariete circūciſionis:pri' na-
ta eſt iſta benedictio. Nō enim omnes iudei perierūt. Et vñ pſ.126.
apoſtoli:filij pphetarū:filij excuſſorū? Sicut iam ſciētib' lo- 1.Cor.15.
quimur. Unde illi quingenti qui dominum poſt reſurrectio-
nem viderunt:quod commemorat apoſtolus Paul'? Unde Act.1.
illi centū viginti q̄ ſimul erant in vno loco poſt reſurrectio- Act.2.
nem dñi et aſcēſionē in celum:quibus in vno loco conſtitutis
ſuperuenit ſpiritusſanct' die penthecoſtes miſſus de celo:ſic
miſſus ſicut promiſſus? Omnes inde erant:et ipſi primo ha- Act.4.
bitauerunt in vnum:qui omnia que habebant vendiderūt:
rerumqȝ ſuarum precia ad pedes apoſtolorū poſuerūt:ſicut
in Actib' apoſtolorū legitur: Et diſtribuebat vnicuiqȝ ſicut Act.2.
cuiqȝ opus erat:et nemo dicebat aliquid propriū:ſed erant
illis omnia cōmunia. Et q̄d eſt:in vnum? Et erat illis inquit Act.4.
anima vna et cor vnū:in deū. Ergo ipſi primo audierunt: Ec-
ce q̄ bonū et q̄ iocundū habitare fratres in vnū. Primi audie-
rūt:ſed nō ſoli audierūt. Nō eñ vſqȝ ad illos iſta dilectio et
vnitas fratrū venit. Uenit eñ et ad poſteros iſta charitatis
exultatio et votū deo. Uouetur eñ aliquid deo:et dictū eſt: C
Uouete et reddite domino deo veſtro. Meli' eſt autē nō vo- pſ.75.
uere et reddere:q̄ vouere et nō reddere. Sed debet eſſe im- Eccle.5.
piger animus vt et voueat et reddat: ne cum ſe minus ido-
neum putat ad reddendum:piger ſit ad vouendum. Pla-
ne nunq̄ reddet:ſi de ſuo ſe putauerit redditurum. Et vo-
ce huius pſalmi appellati ſunt et monachi:ne quis vobis
de iſto nomine inſultet catholicis. Quando vos recte here-
ticis de circumcellionibus inſultare ceperitis: vt erubeſcen-
do ſaluentur: illi vobis inſultant de monachis. Primo ſi
comparandi ſunt vos videte: ſi verbis noſtris opus eſt:
iam laborātis: non opus eſt: niſi vt admoneam vnum-
quemqȝ

queq̄ vt attendat: ſolum attēdat et comparet: Quid opus
eſt vt verbis noſtris comparētur ebrioſi cum ſobrijs: precipi
tes cū cōſideratis: furētes cum ſimplicibus: vagantes cū cō
gregatis? Sed tamē dicere cōſueuerūt: Quid ſibi vult no
men monachoꝝ? Quāto melius dicim⁹ nos: quid ſibi vult
nomē circellionū? Sed nō inquit vocātur circelliones: forte
corrupto ſono nominis eos appellamus. Dicturi ſumus vo
bis integrū nomē ipſorum: Forte circūcelliones vocātur: nō
circelliones. Plane ſi hoc vocātur exponant quid ſint? Nam
circūcelliones dicti ſunt: q2 circū cellas vagātur: Solēt em̄
ire hac atq̄ illac nuſq̄ habentes ſedes: et facere que noſtis:
D et que illi norunt: velint nolint. Verūtamē chariſſimi ſunt: ⁊
qui monachi falſi ſunt: Et nos nouimus tales: ſed nō perijt
fraternitas pia ꝑpter eos qui ꝓfitētur qd̄ nō ſunt. Tā ſunt
enim monachi falſi: q̄ et clerici falſi: et fideles falſi. Omnia
iſta tria genera fratres mei que aliquando vobis commen
dauimus: et vt puto non ſemel: habent bonos ſuos: habent
malos ſuos. De tribus enim ipſis generibus dictū eſt: Duo
Matt. 24. in agro: vn⁹ aſſumetur: ⁊ vnus relinquetur: Et duo in lecto:
Ibidem. vnus aſſumetur et vnus relinquetur: Et due in molendino
vna aſſumetur et vna relinquetur. In agro ſunt qui guber
1. Corin. 3. nant eccleſiam. Unde dicit Apoſtolus (Videte ſi nō in agro
erat) Ego plantaui: apollo rigauit: ſed deus incrementum
dedit. In lecto autem eos intelligi voluit: qui amauerūt q̄e
tem. Per lectum enim quietem voluit intelligi: non ſe miſcē
tes turbis: non tumultui generis humani: in ocio ſeruiētes
deo. Et inde tamen vnus aſſumetur et vn⁹ relinquetᷣ. Sūt
ibi probi: ⁊ ſunt ibi reprobi. Ne expaueſcatis quādo ibi inue
niuntur reprobi: Nam ⁊ latent quidam qui non inueniuntᷣ
Mat. 24. niſi in fine. Due item in molēdino ex noīe generis feminini
appellauit: plebes enim intelligi voluit. Quare in molendi
no? Quia in iſto mūdo verſantur: vbi molēdinam intelligit
q2 ſic vertitur mūdus iſte quō mola. Ue enim quos cōterit.
Sic ibi verſanť fideles boni. vt vna ex eis cōſumatᷣ: altera
aſſumatur. Quoſdam em̄ actiones mūdi faciunt dilectores
ſeculi: fraudatores: ſimulatores. Alij aūt ſic ibi ſunt quomō
1. Corin. 7. ait Apl's: Et qui vtū. hr hoc mūdo: tāq̄ nō vtentes ſint. P'e
E terit em̄ figura huius mūdi: Uolo vos ſine ſollicitudine eſſe.
Audis que aſſumetur de molēdino? Certe em̄ multa pecca
ta videntur ad diuites pertinere. Cum em̄ plus agunt: ⁊ pl⁹
adminiſtrant: et plus ad eos pendet res familiaris ampla:
difficile eſt vt non plura peccata cōtrahāt. Et de illis dictū
Mat. 19. eſt: Quia facilius eſt intrare camelū ꝑ foramē ac⁹: q̄ diuitē
in regnum celoꝝ. Et cū cōtriſtati eſſent diſcipuli pro illis de
Ibidem. quibus iam deſperabāt: cōſolatus eſt eos dn̄s dicēs: Que
hoībus impoſſibilia ſunt: deo facilia ſunt. Quō autem illud
facile facit de⁹? Audi apoſtolum: Si nō negligas qd̄ precē
1. Timot. 6 pit. Precipe inquit diuitibus huius ſeculi: nō ſuperbe ſape
re. Inuenis em̄ pauperē ſuperbiētem: diuitē: humilem: chri
ſtianum bene cōſideratum: q2 illa oīa preterennt ⁊ preter
fluūt: q2 nihil attulit in hūc mūdū: nihil poteſt de mūdo au
Luce. 16. ferre: cogitātem quēadmodum diues ille qui ardebat in flā
ma apud inferos guttā ſibi diſtillari de digito deſiderauit
ei⁹ qui micas de mēſa ei⁹ cōcupierat. Cogitātes iſta: faciūt
1. Timot. 6 qd̄ ait Apl's: Neq̄ ſperare in incerto diuitiarum: ſed in deo
viuo qui preſtat nobis oīa abūdanter ad fruēdum. Diuites
ſint inquit in operibus bonis: facile tribuāt: cōmunicēt: thes
Ibidem. ſaurizent. Et quid inde illis lucri? Theſaurizent ſibi funda
Mat. 24. mentum bonum in futurū: vt apprehendant veram vitam.
Ecce que aſſumetur de molendino. Qualis aūt diues ille
Luce. 16. erat qui induebatur purpura et byſſo: ⁊ epulabatur quoti
die ſplendide: ⁊ iacentem ad ianuam ſuam pauperē cōtēne
F bat? Relinquetur: quia de molendino vna aſſumetur ⁊ vna
Ezech. 14. relinquetur. Sic dicit et Ezechiel de tribus perſonis: in q̄
bus nō abſurde tria hec genera intelligimus: Cū miſerit do
minus gladium in terrā: et ſi fuerint in meo eorum noe: da
niel et iob: non liberabūt filios neq̄ filias: ſed ipſi ſoli ſalui
erunt. Iam illi olim liberati ſunt: Sed in iſtis tribus nomi
nib⁹: tria genera quedā ſignificauit. Noe ſignificat rectores
Gen. 7. eccleſie: q2 ipſe arcam in diluuio gubernauit. Daniel aūt vi
tam quietam elegit in celibatu ſeruire deo: id eſt vxorē non
Dan. 6. et querens: Erat vir ſanctus in deſiderijs celeſtibus vitam ge
14. rens: temptatus in multis: et inuētus aurum obrizum. Quā

quietus erat: qui et inter leones ſecurus erat? Ergo in noīe Dan. 9.
danielis qui etiam vir deſideriorū eſt appellatus: ſed vtiq̄
caſtorum atq̄ ſanctorum: ſignificantur ſerui dei: de quibus
dicitur: Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdum habitare fratres in vnum.
In nomine iob: ſignificatur vna illa de molendino que aſſu Mat. 24.
metur. Habebat em̄ vxorem: habebat filios: habebat mul Iob. 1.
tas diuitias? Et tam multa habebat in iſto ſeculo: vt diabo
lus hoc ei obijceret: q2 non gratis ſed propter ea que acce Ibidem.
perat colebat deum. Hoc obiecit aduerſarius ſancto viro: ⁊
in temptationibus ſuis probatus eſt q̄ gratis iob coleret
deum: ⁊ non propter illa que acceperat: ſed propter eū qui
dederat. Amiſſis itaq̄ oībus repentina afflictione et tēpta
tione: amiſſa hereditate: amiſſis heredibus: ſola coniuge ſi
bi relicta non ad conſolationem: ſed ad temptationem: ait Ubi. s.
quod noſtis: Dominus dedit dominus abſtulit: ſicut domi
no placuit ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. Im
pletum eſt in eo quod quotidie cantamus: ſi et moribus cō Ps. 33.
ſonemus: Benedicam dominum in omni tempore: ſemper
laus eius in ore meo. Ergo in iſtis tribus nominibus ſignifi
cata ſunt tria genera hominum: et in illis trib⁹ rurſus in euā
gelio que cōmemorauī. Quid ergo dicunt illi qui nobis de B
nomine monachorum inſultant? Forſitan dicturi ſunt: Noſ
tri non vocantur circūcelliones: vos illos ita appellatis con
tumelioſo nomine: nam nos eos ita non vocamus. Dicant
quid eos vocent: ⁊ audietis: Agoniſticos eos vocant. Fate
mur et nos honeſto nomine: ſi ⁊ res conueniret. Sed inte
rim illud videat ſanctitas veſtra: Qui nobis dicunt: oſten
dite vbi ſcriptū ſit nomē monachoꝝ: oſtēdant vbi ſcriptū ſit
nomen agoniſticoꝝ. Sic eos appellamus inquiunt propter 1. Timot. 6
agonem. Certant enim illi: et dicit Apoſtolus: Certamen
bonum certaui: Quia ſunt qui certant aduerſus diabolum
et preualent: milites chriſti agoniſtici appellantur. Utinam
ergo milites chriſti eſſent: et non milites diaboli: a quibus
plus timetur deo laudes: q̄ fremitus leonis. Hi etiam in
ſultare nobis audēt: quia fratres cum vident homines: deo In epiſtoli
gratias dicunt. Quid eſt inquiunt: deo gratias? Ita ne ſur 19. p.
dus es vt neſcias quid ſit deo gratias? Qui dicit: deo gra
tias: gratias agit deo. Vide ſi non debet frater deo gratias
agere: quando videt fratrem ſuum Non enim eſt locus gra
tulationis: quando ſeinuicem vident qui habitant in chri
ſto? Et tamen vos: deo gratias noſtrum ridetis: Deo laus
des veſtrum: plorant homines. Sed certe reddatis rationē
de nomine quare appelletis agoniſticos. Ita fiat vt appel
latio: Ita fiat: omnino fauemus. Preſtet dominus vt illi cō
tra diabolum certent: et non contra chriſtum cuius perſe
quūtur eccleſiam. Tamen quia certant: dicitis agoniſticos:
et inueniſtis vnde appelletis: quia dixit Apoſtolus: Bonū 1. Timot. 6
certamen certaui. Quare ergo et nos non appellemus mo D
nachos: cum dicit pſalmus: Ecce q̄ bonum et q̄ iocundū ha
bitare fratres in vnum? μονος enim vnus dicitur: Et non
vnus quōcūq̄: Nam et in turba eſt vnus: ſed vna cum mul
tis vnus dici poteſt: μονος non poteſt: id eſt ſolus. μονος
enim vnus ſolus eſt. Qui ergo ſic viuunt in vnum vt vnum
hominem faciant: vt ſit illis vere quomodo ſcriptū eſt: Una Act. 4.
anima et vnum cor: multa corpora ſed nō multe anime: mul
ta corpora ſed non multa corda: recte dicitur μονος: id eſt
vnus ſolus. Unde et ille vnus ſanabatur in piſcina. Reſpon Ioh. 5.
deant nobis et exponant qui inſultant nomini monacho
rum. quare ille qui inuentus eſt trigintaocto annos habens
in infirmitate: hoc reſpondiſſet domino: Cum commota fue
rit aqua non habeo qui me deponat: alius ante me deſcen
dit. Deſcenderat vnus: iam alius non deſcendebat. Unus
ſolus ſanabatur: vnitatem eccleſie figurabat. Merito inſul
tant nomini vnitatis: qui ſe ab vnitate preciderunt. Me
rito illis diſplicet nomen monachorum: quia illi nolunt ha
bitare in vnum cum fratribus: ſed ſequentes donatum: chri
ſtum dimiſerunt. Hec denuo et de vno ſolo audiunt charitas
veſtra. Iam iocundemur cum pſalmo vt ſequentia videa
mus. Breuis eſt: poteſt a nobis curri quantum dominus
ſuggerit. Puto enim ex his que dicta ſunt patere poſſe
que ſequuntur: quāuis et illa videantur obſcura. Ecce q̄
bonum et q̄ iocundum habitare fratres in vnum. Oſtende
bat qui dicebat: Ecce. Videmus et nos fratres et benedici

mus deum:et oramus vt dicamus et nos:ecce. Et cui rei ſi-
I miles ſint dicit pſalmus: ⌊ Sicut vnguentum in capite:qđ
deſcendit in barbam barbaꝫ aaron. Quod deſcendit in orā
veſtimenti eius. ⌋ Aarō quid erat? Sacerdos. Quis eſt ſa
cerdos niſi vnus ſacerdos qui intrauit in ſancta ſanctorum?
Quis eſt ſacerdos iſte:niſi ille qui fuit et victima? Et quis
eſt ſacerdos niſi ille qui cum in mundo non inueniret mun-
dum quod offerret:ſeipſum obtulit? In capite ipſi⁹ vnguē-
tum:quia totus chriſtus cū eccleſia. Sed a capite venit vn-
Act.2. guentum. Caput noſtrum chriſtus eſt:crucifixum ⁊ ſepultū
reſuſcitatum aſcendit in celum:et venit ſpiritusſanctus a ca
pite. Quo? Ad barbā. Barba ſignificat fortes:barba ſigni
ficat iuuenes:ſtrenuos:impigros:alacres. Ideo quando ta
les deſcribimus:barbatus homo eſt dicim⁹. Ergo illud pri
mum vnguentum deſcendit in apoſtolos:deſcendit in illos
qui primos impetus ſeculi ſuſtinuerunt. Deſcendit ergo in
illos ſpiritusſanctus. Nam et illi qui primum in vnum habi
tare ceperunt:perſecutionem paſſi ſunt. Sed quia deſcēde
rat vnguentum in barbā:paſſi ſunt non victi. Etenim ⁊ ca
K put iam paſſum precеſſerat vnde deſcendit vnguētum. Pre
cedente tali exemplo:quis vinceret barbam? Et illa barba
erat ſtephanus ſanctus. Et hoc eſt non vinci:vt charitas nō
vincatur ab inimicis. Nam viſi ſunt ſibi viciſſe qui perſecuti
ſunt ſanctos. Illi cedebant:illi cedebantur:illi occidebant:
illi occidebantur. Quis non putaret illos vincere:illos vin-
ci? Sed quia non victa eſt charitas:ideo vnguētū deſcēdit
in barbam. Attēde ſtephanum: Seuiebat in illo charitas:
ſeuiebat in eos cum audirent:rogauit pro eis cum lapida-
Act.7. rent. Quid enim ait cum audirent: Dura ceruice,et incircū-
ciſis corde et auribus:vos ſemper reſtitiſtis ſpirituiſancto?
Vide barbam: Nunquid adulauit? nunquid timuit? Illi cū
audirent iſta que in illos dicebantur:ſeuiebāt: Quaſi ſeuie
bat enim ſtephanus: Seuiebat ore:corde diligebat:et non
eſt ficta ipſa charitas in eo. Nam illi abhorrentes a verbo
tanꝗ̄ tenebre fugientes a lumine:ad lapides currere cepe-
Ibidem. runt ſtephanum lapidare. Sicut antea ſtephani verba lapi
dabant illos:ſic poſtea lapides eorum ſtephanum. Quando
debuit plus iraſci ſtephanus:quando lapidabatur:aut quā
do audiebatur? Ecce mitis factus eſt cum lapidaretur:et ſe
uiebat cum audiretur. Quare ſeuiebat cum audiret? Quia
mutare volebat eos a quibus audiebatur. Venientibus in
ſe lapidibus non victa eſt charitas:quia vnguentum a capi
Mat.5. te in barbam deſcenderat:et audierat ab ipſo capite: Diligi
te inimicos veſtros:et orate pro eis qui vos perſequuntur:
Luce.23. Audierat ab ipſo capite pēdente in cruce et dicente: Pater
ignoſce illis:quia neſciunt quid faciunt. Eo modo ergo vn-
guentum a capite deſcenderat in barbam:quia et ille cum
Act.7. lapidaretur fixo genu ait: Domine:ne ſtatuas illis hoc pec
catum. Ergo ille tanꝗ̄ barba erat. Multi enim fortes erāt:
L et multas perſecutiones paſſi ſunt. Sed ſi nequaꝗ̄ a barba
deſcendiſſet vnguentum:modo monaſteria non haberem⁹:
Sed quia deſcēdit et in oram veſtimenti:ſic enim ait:quod
deſcendit in oram veſtimenti eius: ſecuta eſt eccleſia de
veſte domini:peperit monaſteria. Nam veſtis ſacerdotalis
Eph.5. eccleſiam ſignificat. Ipſa eſt veſtis de qua dicit Apoſtolus
Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiam:non habentem macu
lam neꝗ̄ rugam. Mundatur vt non habeat maculam:et
tenditur vt non habeat rugaꝫ. Vbi eam extendit fullo niſi
in ligno? Videm⁹ quotidie a fullonibus tunicas quodammo
do crucifigi. Crucifiguntur vt rugam nō habeant. Quid eſt
ergo ora veſtimenti? Fratres mei:in oram veſtimenti quid
accepturi ſumus? Ora finis veſtimenti eſt. Quid accepturi
ſumus in fine veſtimenti? An quia in fine temporum habitu
ra erat eccleſia fratres habitantes in vnum? An in ora per-
fectionem intelligimus:quia in orā veſtimentum perficitur
Et illi perfecti qui norunt habitare in vnum: Illi perfecti ꝗ
legem implent. Quomodo autē impletur lex chriſti ab eis
Gal.6. qui habitant fratres in vnum? Audi Apoſtolum: Inuicem
onera veſtra portate:et ſic implebitis legeꝫ chriſti. Hec eſt
ora veſtimenti. Quomodo fratres mei intelligimus quam
oram dicat:quo potuit deſcendere vnguentum? Nō puto ꝙ
oram veſtimenti in lateribus voluit intelligi. Sunt enim
ore in lateribus:ſed a barba deſcendere vnguentum ad orā

potuit que in capite eſt:vbi aperitur capitium. Tales ſunt
qui habitant in vnum:vt quomodo per oram iſtam intrat ca
put hominis vt veſtiat ſe:ſic per concordiam fraternaꝫ chri
ſtus intrat qui eſt caput noſtrum vt veſtiatur et hereat illi
eccleſia. Quid aliud dicit? ⌊ Sicut ros hermon qui deſcen- M
dit † ſuper montem ſyon. ⌋ Hoc voluit intelligi fratres mei Als. † in
gratiam dei eſſe ꝙ fratres habitant in vnum:non ex ſuis vi
ribus:non ex ſuis meritis:ſed ex illius dono:ſed ex illi⁹ gra
tia:ſicut ros de celo. Num enim terra ſibi pluit? aut non ꝗc
quid genuerit areſcit:niſi pluuia deſuper deſcendat? Dicit p̄s.67.
quodam loco in pſalmo: Pluuiam voluntariam ſegregans
deus hereditati tue. Quare dixit voluntariam? Quia nō me
ritis noſtris:ſed illius voluntate. Quid enim boni merui m⁹
peccatores? Quid boni meruimus iniqui? Ex adam adam:⁊
ſuper adam multa peccata naſcuntur. Quiſquis naſcitur:
adam naſcitur:damnatus de damnato:et addidit male vi-
uendo ſuper adā. Quid enim boni meruit adam? Et tamē
miſericors amauit:et ſponſus dilexit non pulchrā:ſed vt fa N
ceret pulchram. Ergo gratiam dei dixit rorem hermō. Sed
hermon quid ſit:noſſe debetis: Mons eſt quidam lōge diſ
iunctus ab hieruſalem:id eſt a ſyon. Itaqꝫ mirum eſt ꝙ ſic
ait: Sicut ros hermon qui deſcendit ſuper monteꝫ ſyon:cū
mons hermon longe ſit diſiunctus ab hieruſalem. Nā trās
iordanem eſſe dicitur. Ergo aliquid interpretatione hermō
queramus. Nomen enim hebreum eſt:et habemus interp̄-
tationem ab eis qui illam linguam nouerunt. Hermō inter
pretari dicitur lumen exaltatum. A chriſto ergo ros. Nā nul
lum lumen exaltatum eſt niſi chriſtus. Quomodo exaltatū
eſt? Primo in cruce:poſtea in celo. Exaltatus in cruce cū hu
miliaretur:ſed humiliatio illius nō potuit niſi alta eſſe. Ho
minis diſpenſatio min⁹ minuſqꝫ fiebat:que ſignificabatur
in ioanne:dei diſpenſatio in domino noſtro ieſu chriſto cre
ſcebat: Quod et natalibus eorum oſtenditur. Naꝫ ille nat⁹
eſt ſicut tradit eccleſia octauo calendas iulias:cum iam inci
piunt minui dies:dominus autem nat⁹ eſt octauo calendas
ianuarias quando iam dies incipiunt creſcere. Audi ipſum Ioā.3.
iohannem confitentem: Illum oportet creſcere:me aūt mi
nui. Et paſſiones ipſorū hoc indicāt. Dominus in cruce exal Mat.27.
tatus eſt:ille ceſo capite diminutus eſt. Ergo lumen exalta et.14.
tum chriſtus: Inde eſt ros hermon. Sed quicūqꝫ vultis ha O
bitare in vnum:optate rorem iſtum:compluimini inde. Alio
quin:non poteritis tenere quod profitemini: Nec profiteri
audere poteritis:niſi ille intonuerit:nec pmanere poteritiſ:
niſi et⁹ ſagina nō deſit vobis. Ipſa enī ſagina deſcendit ſup
mōtē ſyon. Iam mōtes ſyon magni in ſyon. Quid eſt ſyon?
Eccleſia. Et qui ibi ſunt montes? Magni. Quos ſignificāt
monteſ:hos ſignificat barba:hos ſignificat ora veſtimenti.
Barba non intelligitur niſi in pfectis. Non ergo habitāt in
vnū:niſi in quib⁹ pfecta fuerit charitas chriſtiana. Nā in ꝗ-
bus nō eſt pfecta charitas chriſti:⁊ cū in vno ſint:nō in vnū
habitant: Ergo ſi ſunt:odioſi ſunt:moleſti ſunt:turbulenti
ſunt:anxietate ſua turbāt ceteros:et querūt quid de illis di
cant:quomodo in iunctura inquietū iumentū:nō ſolū nō tra
hit:ſed et frangit calcibus quod iūctū eſt: Si autē habet ro
rem hermō ꝗ deſcēdit ſup montē ſion:quiet⁹ eſt:placat⁹:hu
milis:tolerās:p murmure p̄ceꝫ fundēs. Nā murmuratores
omnes magnifice deſcripti ſunt quodaꝫ loco ſcripturarum.
Precordia fatui ſicut rota carri. Quid eſt:precordia fatui ſi
cut rota carri? Fenū portat ⁊ murmurat. Nō enī poteſt ro- Eccli.33.
ta carri ꝗeſcere a murmure. Sic ſunt multi fratres:nō habi
tant in vnū niſi corpore. Sed ꝗ ſunt ꝗ habitāt in vnum? Illi
de ꝗbus dictū eſt: Et erat illis anima vna:⁊ cor vnū in deū: Act.4.
Et nemo dicebat aliquid ſuū eſſe:ſed erāt illis omnia cōmu
nia. Deſignati ſunt:deſcripti ſunt ꝗ ptineāt ad barbā:ꝗ pti-
neant ad orā veſtimenti:ꝗ numerent̄ inter mōtes ſyō: Et ſi
ſunt ibi aliꝗ murmuratores:meminerint dicti dn̄i: Vn⁹ aſſu-
met̄ ⁊ vn⁹ relinquet̄. ⌊ Quōm † ibi mādauit dn̄s bn̄dictionem. ⌋ Mat.24.
Vbi mādauit? In fratrib⁹ ꝗ habitāt in vnum. Ibi p̄cepit bn̄ Al. † illic.
dictionē:ibi bn̄dicūt dn̄m ꝗ habitāt concorditer. Nam in diſ P
cordia non benedicis dominum: Sine cauſa dicis quia lin-
gua tua ſonat benedictionem domini:ſi corde non dicis.
Ore benedicis:et corde maledicis. Ore ſuo benedicebant:
et corde ſuo maledicebant. Nunquid verba noſtra ſunt? p̄s.61.

ſignificati ſunt quidam. Benedicis dñm cum oras: et ſeq̄ris in prece tua: ⁊ maledicis inimico tuo. Hoc eſt qđ audiſti
Matth. 5. ab ipſo dño: diligite inimicos veſtros. Si autem facias vt diligas inimicum tuum ⁊ ores pro eo: ibi mādauit dñs bene
Al. † et. † vſq. dictionem ſuam: Ibi habebis ⌊ † vitam † in ſeculum: ⌋ Id eſt in eternum. Multi enim amātes vitā iſtā: maledicūt inimicis ſuis. Pro qua re: niſi pro iſta vita: niſi pro cōmodis ſecularibus? Ubi te anguſtauit inimicus tuus: vt cogaris maledicere? In terra anguſtat⁹ es: migra: habita in celo. Quō inquies habito in celo homo carne indutus: carni deditus? Corde precede: vt pſequaris corpore. Noli ſurdus audire. Surſum habe cor: et nemo te coanguſtabit in celo. Et ideo bene ſequitur et alius pſalmus.

¶ Explicit Tractatus de pš. cxxxij.

¶ Incipit Tractatus de pš. cxxxiij.

¶ Expoſitio pſalmi.

A
Al. † dño
Pš. 134. Ecce nunc benedicite † dñm: omnes ſerui dñi: Qui ſtatis in domo dñi: in atrijs domus dei noſtri. ⌋ Quare addidit in atrijs? Atria ampliora ſpacia domus intelligunt. Qui ſtat in atrijs: nō anguſtatur: nō premitur: quodāmodo delectatur. In latitudine mane: et potes diligere inimicū tuū: q: nō eū diligis vbi ab inimico anguſtias patiaris. Quō intelligeris ſtare in atrijs? Sta in charitate: ⁊ ſtas in atrijs.
Ro. 2. In charitate latitudo eſt: In odio anguſtia. Audi Apſum. Ira ⁊ indignatio: tribulatio ⁊ anguſtia in omni anima hōis operātis malum. De latitudine aūt charitatis quid dicit?
Ro. 5. Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpm̄ ſcm̄ qui datus eſt nobis. Ubi audis diffuſionem: intellige latitudinē. Ubi audis latitudinē: itellige atria dñi: ⁊ habebis verā
Ibidem. benedictionem dñi: quādo nō maledicis inimicis. Alioquin eñ ſpūs eos qui patiūtur tribulationem: vt glorientur in tribulationibus: ⁊ dicit eis: Ecce nūc benedicite dñm: omnes ſerui dñi. Quid eſt: ecce nūc? In hoc tpe. Nā poſt trāſactas tribulationes manifeſtum eſt q: benedictioni dñi vacabim⁹
Ps. 83. Et dictum eſt: Beati qui habitāt in domo tua: in ſecula ſeculorum laudabūt te. Qui tūc benedicturi ſunt ſine defectu: hic incipiunt benedicere dñm: Hic in tribulationibus: in tēptationibus: in moleſtijs: inter aduerſitates ſeculi: inter inſidias inimici: inter fraudes ⁊ impetus diaboli: Hoc eſt: Ecce nūc benedicite dñm: omnes ſerui dñi: qui ſtatis in domo dñi. Quid eſt: qui ſtatis? Qui perſeueratis: q: dictum eſt de quodam qui archangelus fuit ⁊ in veritate nō ſtetit: Et
Ioā. 8.
Ioā. 3. dictum eſt de amico ſponſi: Amicus autem ſponſi ſtat ⁊ audit eum: ⁊ gaudio gaudet ppter vocem ſpōſi. Ergo qui ſtatis in domo domini in atrijs domus dei noſtri: ⌊ In nocti-
B
Al. † dño. bus extollite manus veſtras in ſancta: et benedicite † dominum. ⌋ Facile eſt benedicere in diebus. Quid eſt in diebus? In rebus pſperis. Nox eñ triſtis res eſt: dies res eſt leta. Quādo tibi bene eſt: benedicis dñm: Quādo filius deſideras ⁊ naſcit: benedicis dñm. Liberata eſt vxor tua a periculo partus: benedicis dñm: Egrotabat filius: liberatur: benedicis dominum. Egrotabat filius: forte queſiſti mathematicum: ſortilegū: forte nō de lingua ſed de moribus tuis erit maledictio in dominum: erit de moribus ⁊ de vita tua. Noli gloriari q: lingua benedicis: ſi vita maledicis. Quō inquis vita maledico? Quia attēditur vita tua et dicitur: Ecce chriſtianus: ecce quales ſunt chriſtiani. Blaſphematur ppter te chriſtus. Ecce cum vita tua maledicat, qđ pdeſt q̄ lingua tua bñdicit? Benedicite ergo dñm. Quādo? In noctibus. Quādo benedicit Iob? Quādo triſtis nox erat. Ablata
C
 ſunt oīa q̄ poſſidebātur: Ablatis filijs quibus ſeruabant: q̄ triſtis nox. Sed videamus ſi nō in noctib⁹ benedicit. Do-
Iob. 1. minus dedit domin⁹ abſtulit: ſicut dño placuit ita factū eſt: ſit nomē dñi benedictū. Quā nox atrox: percuſſus vulnere a capite vſq: ad pedes: putrefactus liqueſcebat in ſe. Tunc
Iob. 2. eñ eua auſa eſt eum temptare: Dic aliquid in deum tuum ⁊ morere: Audi benedicentem in noctibus. Locuta es inquit quaſi vna ex inſipiētibus mulieribus. Si bona ſuſcepimus
Ibidem. de manu domini: mala quare nō toleramus? Ecce qđ eſt in noctibus extollite manus veſtras in ſancta: et benedicite dominum. Quid dixit Iob? Locuta es tāq̄ vna ex inſipientibus mulierib⁹. Adam patris repulit euā tāq̄ dicens. Suffi-
Geñ. 3.
Ps. 84. cit q: ppter te mortalis effectus ſum. Uulneras in paradiſo ſed vinceris in ſtercore. Magna gratia dei. Sed vnde hoc: niſi q: ros hermon cōpluerat illā aīam? ⁊ dederat dñs ſuauitatem: vt terra noſtra daret fructum ſuū. In noctib⁹ extollite manus veſtras in ſancta: ⁊ benedicite dñm. ⌊ Benedicat
D
Al. † tibi.
Ps. 127. † te dominus ex ſyon: qui fecit celum ⁊ terram. ⌋ Plures hortatur vt benedicant: ⁊ ipſe vnum benedicit: q: ex plurib⁹ vnum fecit: Quia bonū ⁊ iocūdū eſt habitare fratres in vnū. Pluralis numerus fratres: ſed ſingularis habitare in vnum. Ideo benedicat te dominus ex ſyon: qui fecit celum ⁊ terram. Nemo veſtrum dicat. Ad me non peruenit iſta benedictio. Puta: quis eſt quem benedixit: Benedicat te domin⁹ ex ſyon? Unum benedixit. Eſto vnum et in vno: et perueniet ad te benedictio.

¶ Explicit Tractatus de. pš. cxxxiij. Qui eſt viceſimus Cantici graduum.

¶ Incipit Tractatus de pš. cxxxiiij.

¶ Expoſitio pſalmi.

A
Uide nobis dulce eſſe debet: ⁊ dulce nobis eſſe gaudēdū eſt: quo nos pſalmus iſte cohortatur. Dicit enim: Laudate nomē dñi. ⌋ Cauſamq: ipſam quare iuſtū ſit vt laudem⁹ nomē dñi: cōtinuo ſubiecit: ⌊ Laudate ſerui dñm. ⌋ Quid iuſti⁹: quid digni⁹: qđ grati⁹? Etenim ſi nō laudauerint ſerui dominū: ſupbi: ingrati: irreligioſi erūt. Et quid faciūt nō laudādo dñm: niſi vt ſeuerū ſentiāt dominū? Neq: eñ ſeru⁹ igrat⁹ ſi dñm ſuū laudare noluerit: ideo efficit vt ſeruus nō ſit. Laudes: nō laudes: ſeru⁹ es. Sed ſi laudes ppitiabis: ſi nō laudes offendis. Bona eſt exhortatio ⁊ vtilis: Unde magis ſatagere debemus: quēadmodum laudandus ſit deus: q̄ dubitare laudādum. Laudate ergo nomen domini. Hortat nos pſalm⁹: hortat nos pphera: hortatur nos ſpūs dei: hortat poſtremo nos ipſe dominus vt laudemus dominū. Nō eñ laudib⁹ noſtris ille creſcit: ſed nos. Deus nec melior fit ſi laudaueris: nec deterior eſt ſi vituperaueris: Sed tu laudādo bonū melior eris: vituperādo deterior: Bon⁹ aūt ille manet vt eſt. Si eñ ſeruos ſuos ipſos bene de ſe meritos: predicatores verbi ſui: rectores eccleſie ſue: veneratores nois ſui: obtēperatores mādati ſui: id docet vt in cōſciētia ſua habeāt dulcedinem bone vite ſue: ne corrūpātur laudib⁹: ne frāgātur vituperationib⁹ hoim: q̄to magis ipſe incōmutabilis ſup oīa q̄ hec docet: nō vtiq: maior fit ſi laudaueris: nec minor ſi vituperaueris? Sed q: nobis expedit laudare dominū: miſericorditer iubet vt laudemus eum: nō arrogāter. Audiamus ergo quid dicit: Laudate nomē domini: laudate ſerui dominū. Nō aliqđ incōgruū facitis laudādo ſerui dominum. Et ſi ſemp tātūmodo ſerui
B
 eſſetis: deberetis laudare dominum: quātomagis debetis laudare dominū ſerui: vt eſſe mereamini ⁊ filij? Sed q: ſcri-
Ps. 32.
Eccli. 15.
Ps. 49.
Ibidem. ptum eſt in alio pſalmo: Rectos decet laudatio: Et itē alibi ſcriptum eſt: Nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: Itēq: alibi dicitur: Sacrificium laudis glorificabit me: Et ibi via eſt in qua oſtēdā illi ſalutare dei. ⁊ cōſequēter: Peccatori autem dixit deus: vt qđ tu enarras iuſtitias meas: et aſſumis teſtamētum meum p os tuū? tu aūt odiſti diſciplinā: ⁊ proieciſti ſermones meos poſt te: Ne forte quiſq: q: dictum eſt: laudate ſerui dominū: etiam ſi in domo iſta magna fuerit
Ps. 133. malus ſeruus: putet ſibi pdeſſe laudē domini: cōtinuo quales ſint qui laudare debeāt dominū ſubijcit et docet: ⌊ Qui ſtatis in domo domini: in atrijs dom⁹ dei noſtri. ⌋ Qui ſtatis: nō qui ruitis. Illi aūt ſtare dicūtur qui in mādatis eius perſeuerant: qui in fide nō ficta: et ſpe firma: ⁊ charitate ſincera ſeruiunt deo ⁊ honorāt eccleſiam eius: ⁊ nō dant offenſionem male viuēdi eis qui venire volunt: et in via lapidem offenſionis inueniant. Ergo qui ſtatis in domo domini laudate nomen domini. Grati eſtote ne foris erretis. Quia ergo ſtatis: parum ne eſt vobis? vbi laudādus eſt qui vos erexit iacentes: et fecit in domo ſua ſtare ⁊ ipſum agnoſcere ipſumq: laudare? Parum ne hoc beneficium eſt q: ſtam⁹ in domo domini? Hic interim in hac pegrinatiōe: in hac domo
C
 qđ etiā peregrinationis tabernaculū dicit: q: hic ſtamus: nūqđ parū grati eſſe debem⁹? Nōne cogitandum eſt q: hic ſtamus? Nonne cogitandum eſt quid facti fuerimus? Non

ne cogitandum eſt nobis vbi iacebamus:et quo collecti ſu-
mus? Nonne cogitandum eſt:quia omnes impij dominū nō
querebant:et ipſe illos non querentes queſiuit:ipſe inuen-
tos excitauit:ipſe excitatos vocauit:ipſe vocatos intro-
duxit:et in domo ſua ſtare fecit? Hec quiſquis cogitat et in-
gratus non eſt:omnino deſpicit ſe pre amore domini ſui:a
quo ſibi tanta preſtita ſunt. Et quoniam non habet quid p
tantis beneficijs deo retribuat:quid ei reſtat:niſi gratias
Ps.115. agere et nō rependere? Ad ipſam:gratiarumactionem per-
tinet:et calicē domini accipere et nomen eius inuocare. Num
quid retribuat domino ſeruus pro omnibꝰ q̄ retribuit illi?
D Ergo qui ſtatis in domo domini in atrijs domꝰ dei noſtri:
Al.†Q: bonus. [Laudate dominum.] Quid dicturus ſum quare laude-
tis? [†Quoniam benignus dominꝰ.] Breuiter vno verbo
Gen.1. Explicata eſt laus domini dei noſtri. Bonꝰ dominꝰ:ſed bo-
nus non vt ſunt bona que fecit. Nā fecit deus oīa bona val-
de: Non tantū bona:ſed et valde. Celū et terrā et omnia q̄ in
eis ſunt fecit bona et valde bona fecit. Si hec omnia bona fe-
cit:qualis eſt ille qui fecit? Et tamē cū bona fecerit:multo
q3 ſit melior qui fecit ꝙ iſta que fecit:nō inuenies meliꝰ qd
de illo dicas:niſi quia bonus eſt dñs:ſi tamē intelligas pro-
prie bonū a quo ſunt cetera bona. Oīa enim bona ipſe fecit
Ipſe eſt bonus quē nemo fecit. Ille bono ſuo bonꝰ eſt:nō
aliunde participato bono. Ille a ſeipſo bono bonus eſt:nō
Ps.72. adherendo alteri bono. Mihi autem adherere deo bonum
E eſt: Qui non eguit a quo fieret bonus:ſed eguerunt illo ce-
tera vt fierent bona. Vultis audire ꝙ ſingulariter ille ſit bo-
Mat.19. nus? Dñs interrogatꝰ dixit: Nemo bonꝰ niſi ſolus vnꝰ deus.
Hanc ſingularitatem bonitatis eiꝰ:et preterire breuiter nolo:
et cōmēdare cōgrue nō ſufficio. Metuo ne ſi hinc cito trāſie-
ro:ego ingratꝰ inueniar: Itē metuo ne hoc cū explicandū
ſuſcepero:ſub tanta laudis dominice ſarcina defatiger. Sic
tamen fratres accipite me et laudantē et non ſufficientē:vt
etiam ſi non impletur illius laudis explicatio:accepte ſit lau-
datoris deuotio. Approbet me ipſe voluiſſe:ignoſcat non im-
pleuiſſe. Ineffabili dulcedine teneor cum audio bonus do-
minus: Conſideratiſq3 omnibus et colluſtratis q̄ foriſecus
video quoniā ab ipſo ſunt omnia:etiā cū mihi hec placēt:ad
illū redeo a quo ſunt vt intelligā quoniā bonꝰ eſt dñs. Pr-
ſum cū ad illum quantū poſſum ingreſſus fuero:interiorem
mihi et ſuperiorē inuenio:quia ſic bonꝰ eſt dñs:vt iſtis non
indigeat quo ſit bonꝰ. Deniq3 iſta nō laudo ſine illo:illū aūt
ſine iſtis perfectum:non indigū:incōmutabilem:nulliꝰ bonū
querentē quo augeat:nulliꝰ malū timentē quo minuat' in-
F uenio. Et q̄d dicā ampliꝰ? Inuenio in creatura celum bonū
ſolē bonū:lunā bonā:ſtellas bonas:terrā bonā q̄ gignūt in
terra et radicibꝰ nixa ſunt bona:que ambulant et mouentur
Mat.12. bona:que volitant in aere et natant in aquis bona. Dico et
hominem bonum. Homo enī bonꝰ de bono theſauro cordis
ſui profert bonum. Dico et angelum bonum qui nō eſt lap-
ſus ſuperbia et diabolus factus eſt:ſed inheret obediendo
ei a quo factus eſt. Omnia iſta dico bona:ſed tamen cū ſuis
nominibus celum bonū:angelum bonū:hominē bonum: Ad
dominum autē cum me refero puto meliꝰ nihil dicere ꝙ bo-
Ibidem. num Ipſe quippe dominus noſter ieſus chriſtus dixit: Ho-
Mat.19. mo bonus: Et ipſe itē dixit: Nemo bonꝰ niſi ſolus deus. Nō-
ne ſtimulauit nos ad inquirendū et ad diſtinguendū q̄d ſit
bonū:et alio bono bonū:et bonū ſeipſo bonū? Quā ergo bo-
G num eſt a quo ſunt omnia bona? Omnino nullum inuenias
bonum quod non ab illo ſit bonum. Bonum bona faciēs ſi-
cuti eſt proprie:ſic et bonus eſt proprie. Neq3 enim ea que
facit non ſunt:aut iniuria illi ſit cum dicimus non eſſe q̄ fe-
cit. Quare enim fecit:ſi nō ſunt que fecit? Aut q̄d fecit:ſi nō
eſt qd fecit? Cū ergo ſint et illa q̄ fecit:venitur tamē ad illiꝰ
Exo.3. comparationem et tāq̄ ſolus ſit dixit: Ego ſum q̄ ſum. Et di-
ces filijs iſrael: Qui eſt:miſit me ad vos. Nō dixit: Dominꝰ
deus ille omnipotens:miſericors:iuſtus: Que ſi diceret:vti-
q3 vera diceret. Sublatis de medio omnibus quibus appel-
lari poſſet et dici deus:ipſum eſſe ſe vocari reſpondit:et tan-
ꝙ hoc eſſet ei nomē. Hoc dices eis inquit: Qui eſt:miſit me
Ita enim ille eſt:vt in eius comparatiōe ea que facta ſunt:
non ſint illi comparanda:quoniā ab illo ſunt: Illi aūt nō cō-
parata:ſunt:quoniā ab illo ſunt. Illi enī cōparata:nō ſunt:

quia verum eſſe:incommutabile eſſe eſt:quod ille ſolus eſt:
Eſt enim eſt:ſicut bonum bonū:bonū eſt. Cogitate et videte
quoniā quicq̄d aliud laudatis:ideo laudatis q2 bonum eſt.
Inſanit qui laudat quod non eſt bonū. Si laudes iniquum
eo ipſo ꝙ iniquus eſt:nonne et tu iniquꝰ eris? Si laudes fu-
rem eo ipſo ꝙ fur eſt:nonne et tu particeps eris? Si laudes
iuſtum in eo ipſo ꝙ iuſtus eſt:nonne et tu habes inde partē
laudando? Non enim laudares iuſtū niſi amares: Nō ama-
res:ſi nihil inde haberes. Si ergo quicquid aliud laudamꝰ
ideo laudamus quia bonum eſt:nulla tibi maior cauſa et me-
lior et firmior dari potuit quare laudas deū:niſi quia bonus
eſt. Ergo laudate dominū:quoniam bonus eſt. Quādiu di-
camus eius bonitatem? Quis corde concipiat aut comple-
ctatur ꝙ bonus ſit dominus? Sed et ad nos redeamus:et
in nobis illum agnoſcamus:et in operibus artificem lande-
mus:quia ipſum contemplari idonei non ſumus. Et ſi con-
templari idonei aliquādo erimꝰ:cū fuerit mundatū cor no-
ſtrum fide:vt poſtremo gaudeat veritate. Nūc quoniā ipſe
a nobis videri nō poteſt:opera eiꝰ videamꝰ:ne ſine eiꝰ lau-
de remaneamꝰ. Ergo dixit: Laudate dñm quoniā bonꝰ eſt: H
[Pſallite nomini eius quoniā †ſuauis† eſt.] Forte eſſet Al.†ſuaue
bonꝰ:et ſuauis non eſſet ſi tibi non daret poſſe guſtare. Ta- Al.†nō h3
lem autem ſe prebuit hominibus vt etiā panem de celo mi- Joā.6.
ſerit:et filium ſuum equalem qui hocꝰ eſt quod ipſe dederit
hominem faciendum:et pro hominibus occidēdum:vt per
hoc quod tu es:guſtes quod non es: Multū enī ad te erat
guſtare ſuauitatem dei:q2 remota erat illa et nimis alta:tu
autē nimis abiectꝰ et in imo iacēs. In magna iſta ſeperatio-
ne miſſus eſt mediator. Nō poteras ad deū homo:deꝰ factꝰ
eſt homo:vt quoniā homo potes ad hominē qui nō poſſes
ad deū:p hominē venires ad deū:et factus eſt mediator dei
et hominū:homo chriſtꝰ ieſus. Sed ſi homo ſolū eſſet:hoc ſe- 1. Timot.2
quendo quod es:nunꝙ peruenires. Si deus ſolus eſſet:nō
cōprehēdēdo qd nō es:nunꝙ peruenires: Deus factꝰ eſt homo:
vt hominem ſequendo quo potes:ad deū peruenias qd non
poteras. Ipſe eſt mediator:inde factꝰ eſt ſuauis. Quid ſua- Ps.77.
uius pane angelorū? Quomodo ergo nō eſt ſuauis dñs:q2
panē angelorū manducauit hō? Nō enī aliunde viuit homo
et aliunde viuit angelus: Ipſa eſt veritas:ipſa eſt ſapiētia:
ipſa eſt virtus dei: Sed quomodo ea perfruuntur angeli:
tu nō potes. Illi enī quomodo perfruūt'? Sicuti eſt: In prin- Joā.1.
cipio erat verbum:et verbum erat apud deū:et deꝰ erat ver-
bum:p qd facta ſunt omnia. Tu autē quomodo pcontingis?
Quia verbum caro factū eſt:et habitauit in nobis. Vt autē Ibidem.
panem angelorum manducaret homo:creator angelorum
factꝰ eſt homo. Pſallite ergo nomini eiꝰ q2 ſuauis eſt. Si
guſtaſtis pſallite:ſi guſtatis quoniā ſuauis eſt dñs pſallite
ſi bene ſapit qd guſtaſtis laudate. Quis tam ingratꝰ eſt vel
coquēti vel paſcēti:vt cū fuerit pulmēto aliquo delectatus
non reddat gratiam laudando quod guſtat? Si de his non I
tacemus:de illo qui dedit omnia tacebimꝰ? Pſallite nomi-
ni eius quoniam ſuauis eſt:et audite iam opera eius. Ten-
debatis enim vos fortaſſis videre bonum omnium bono-
rum bonum a quo ſunt omnia bona:bonū ſine quo nihil eſt
bonum:et bonum quod ſine ceteris bonum eſt:tendebatis
vos vt videretis:et forte in extendenda acie mentis veſtre
deficiebatis. Hoc enim et me conijcio:ſic patior. Sed et ſi
eſt aliquis ſicut fieri poteſt et valde poteſt acie mentis for-
tior me:et cōtuitū cordis ſui diu figit in eo quod eſt:laudet
ille vt poteſt:et quomodo nos non poſſumus laudet: Gra-
tias tamen illi qui in hoc pſalmo temperauit laudem ſuam:
vt et firmorum eſſet et infirmorum. Nam et in illa miſſione Exo.3.
ſerui ſui moyſi cum diceret: Ego ſum qui ſum:et dices filijs
iſrael: Qui eſt:miſit me ad vos: Quia ipſum proprie eſſe mē-
ti humane difficile erat capere:et mittebatur homo ad ho-
mines:q̄uis non ab homine:continuo deꝰ temperauit lau-
dem ſuam:et hoc de ſe dixit quod capi dulciter poſſit:non
in eo voluit remanere quod laudabatur:quo non poſſet lau- Ibidem.
dator attingere: Vade inquit dic filijs iſrael: Deus abraam
et deus iſaac et deꝰ iacob miſit me ad vos: Hoc mihi nomen
eſt in eternum. Certe dñe nomē illud habes:q2 et tu dixiſti:
Ego ſum: Qui eſt miſit me ad vos. Vñ mō nomē mutaſti vt
diceres:deꝰ abraā et deꝰ iſaac deꝰ iacob? Nōne tibi videt' rō

eius reſponderet dicere:quod dixi:ego ſum qui ſum:verum
eſt ſed non capis:quod autem dixi:ego ſum deus abraam:&
deus iſaac & deus iacob:& verum eſt et capis.Qđ enim ego
ſum qui ſum:ad me pertinet:ꝙ aūt deus abraā & deus iſaac
et deus iacob:ad te pertinet:Et ſi deficis in eo qđ mihi ſuꝫ
cape qđ tibi ſum.Et ne forte quiſꝗ putaret illud quod dixit
deus:ego ſum qui ſum:& qui eſt miſit me ad vos: hoc ſolum
eternum ei nomen eſſe: ꝙ autem dixit deus: ego ſum deus
abraam & deus iſaac & deus iacob:temporale nomen eſſe:nō
curauit deus cum dixiſſet:Ego ſum qui ſum:et qui eſt miſit
me ad vos:dicere ꝙ hoc ei nomen ſit in eternuꝫ:qui & ſi hoc
non diceret intelligeretur:Eſt enim vere eſt:& eoipſo ꝙ vere
eſt ſine initio & ſine termino eſt:Qđ vero propter hominem
eſt:ego ſum deus abraam & iſaac & deus iacob:ne ibi ſubori
retur humana ſollicitudo: q; hoc temporale eſt nō ſempiter
num:ſecuros nos fecit : quia de temporalibus ad eternā vi-
tam nos perducit.Hoc inquit mihi nomen eſt in eternuꝫ:nō
quia eternus abraam & eternus iſaac & eternus iacob:ſed q;
K deus illos facit eternos poſtea ſine fine.Habuerunt quippe
Exod.3. initium:ſed finem non habebunt.In abraam & iſaac & iacob
totam eccleſiam eius cogitate:omne ſemen iſrael cogitate:
omne autem ſemen iſrael:nō ſolū quod eſt ex carne:ſed etiā
quod eſt ex fide.Apoſtolus enim gentibus loquebatur qui-
Gal.3. bus dicebat:Si ergo vos chriſti:ergo ſemen abrae eſtis:ſe-
cundum promiſſioneꝫ heredes: Benedicemur ergo omnes
in deo abraam et iſaac et iacob. Arborem quideꝫ benedixit
quandam:eamꝗ oliuaꝫ creauit:ſicut dixit Apoſtolus:ipſos
patriarchas ſanctos:vnde effloruit populus dei.Sed hec ar
bor oliue putata eſt:non amputata:et inde ſuperbi rami fra
Ro.11. cti ſunt:Ipſe eſt blaſphemus et impius populus iudeoruꝫ:
Manſerunt tamen rami boni & vtiles:Nā inde apoſtoli fue
runt.Et cum ibi rami vtiles relicti eſſent:per dei miſericor-
diam inſertus eſt & oleaſter gentium : cui dicit Apoſtolus:
Ibidem. Tu autem cum eſſes oleaſter inſertus es in illis:& particeps
pinguedinis olee factus es: Noli gloriari aduerſus ramos.
Qđ ſi gloriaris:non tu radicē portas: ſed radix te. Hec vna
arbor eſt pertinens ad abraam & iſaac & iacob:& qđ plus eſt:
magis ad abraam & iſaac et iacob oleaſter inſertus ꝗ rami
confracti.Illi enim per fragmentū iam non ibi ſunt oleaſter
non ibi erat & ibi eſt.Illi per ſuperbiā frangi meruerūt: iſte
per humilitatem inſeri meruit. Illi amiſerunt radicem: iſte
tenuit eam.Cum ergo audiſtis iſrael:& de iſrael:pertinentē
ad deum:Inde nolite vos facere alienos.Oleaſter quidem
fuiſtis ſed oliua eſtis:participes pinguedinis oliue.Naꝫ vul-
tis noſſe in abraā & iſaac & iacob quomō ſic ſit inſertus olea-
ſter:ne putetis vos ad hanc arborem non pertinere: q; non
pertinetis carnaliter ad ſemen abraam?Dñs quando mira-
tus eſt fidem centurionis illius qui nō erat de populo iſrael
ſed erat de populo gentium:propterea inquit dico vobis q;
multi ab oriente & occidente venient.Ecce iā oleaſter in ma
nu inſertoris:multi ab oriente & occidente venient.Uidemus
Mat.8. quid ferat inſerendum:vbi inſerat videamus:Et recūbent in
quit cum abraam:iſaac et iacob in regno celorum.Uidemus
et quid inſeruit:& vbi inſeruit.De ramis ſuperbis naturalibꝰ
Ibidem quid dicit?Filij autē regni ibunt in tenebras exteriores: ibi
erit fletus & ſtridor dentium.Res prenunciata:res impleta.
Ergo pſallite domino quoniam ſuauis eſt:& attēdite que cir
L ca nos fecit.[Quoniam iacob elegit ſibi dominus :iſrael in
poſſeſſioneꝫ ſibi.] Laudate:pſallite:quoniam fecit iſta.Ta-
lia dico que capere valeatis.Ceteras gētes ſub angelis po-
ſuit:Jacob elegit ſibi dominus:iſrael in poſſeſſionem ſibi.
Gentem ſuam fecit agrum quē coleret:que ipſe ſeminaret.
Quāuis ipſe omnes gentes cōdiderit:ceteras angelis cōmi
ſit:ſibi iſtam poſſidendam ſeruandamꝗ deputauit: Hūc po-
pulum:hunc iacob:Merito illius:an gratia ſua? De nonduꝫ
Ro.9. natis ait:Maior ſeruiet minori.Apoſtolus dixit:qđ meritū
habere nondum nati potuerunt:anteꝗ quiſꝗ eorum egiſſet
aliquid boni aut mali.Nō ergo ſe extollat iacob:non glorie-
tur:non ſuis meritis tribuat:Ante eſt precognitus:ante pre
deſtinatus:ante electus:non ſuis meritis electus:ſed gratia
Ro.11. dei inuentus & viuificatus.Sic & omnes gentes. Nam vt in
ſereretur quid meruit oleaſter:amaritudine baccarum:ſteri
litate ſilueſtri?Lignum quippe erat ſylue nō agri dominici:

et tamen ille per miſericordiam ſuaꝫ et oleaſtrum inſeruit in
oliuam.Sed adhuc non erat inſertus oleaſter:quando do-
minus elegit ſibi iacob iſrael in poſſeſſionē ſibi.Et quid pro M
pheta?[† Quoniā ego cognoui ꝙ magnus eſt dominus.] Al† Quia
Mente:voluntate volante ad ſuperna erecta a carne: tran-
ſcendente creaturā:cognouit q; magnus eſt dominus. Non
omnes poſſunt videndo cognoſcere:laudēt qđ fecit:quoniā
ſuauis eſt:Jacob elegit ſibi dominus: iſrael in poſſeſſionem
ſibi.Et hic illum laudas:Nam & ego cognoui: quia magnus
eſt dominus.Propheta loquebatur qui intrauit in ſanctua-
rium dei:qui audiuit forte ineffabilia verba:que nō licet ho- 2.Cor.12.
mini loqui:qui dixit quod poſſet ab hominibus dici:& tenuit
apud ſe qđ nō poſſet dici.Ergo & audiatur ad qđ poſſumus:
et credatur ad qđ nō poſſumus.Ad qđ poſſumus audiatur:
quoniam iacob elegit ſibi dominus:iſrael in poſſeſſionē ſibi.
Ad qđ non poſſumus credatur:q; ipſe cognouit ꝙ magnus
eſt dominus.Si illi diceremus:rogamus te:explica magni-
tudinem illius:nonne forte reſponderet nobis.non eſt valde
magnus quē video:ſi a me poterit explicari?redeat ergo ad
opera eius & dicat nobis:Habeat ipſe in conſcientia magni-
tudinem domini:quam vidit:quam nobis credendam cōmē
dauit:quo noſtros oculos perducere non potuit:& enumeret
quedam que hic dominus fecit:vt & nobis qui magnitudinē
illius ſicut ille videre non poſſumus: dulceſcat ex operibus
ſuis ꝗ capere poſſumus.Q; ego inquit cognoui ꝙ magnꝰ eſt N
dñs.[Et deꝰ noſter † ſup oēs deos.] Quos deos?Sicut di- Al† pre omi-
cit Apls:Et ſi ſunt q̄ dicanꝫ dij in celo & in terra:ſicut ſunt dij bus dijs.
multi et dñi multi:nobis tamen vnus eſt deus pater ex quo 1.Cor.8.
omnia:& nos in ipſo:et vnus dominus noſter ieſus chriſtus:
per quem omnia & nos per ipſum.Dicantur dij homines.Di
ctum eſt enim Deus ſtetit in ſynagoga deorum:dictum eſt; Pſ.81.
Ego dixi dij eſtis:& filij altiſſimi omnes:Nonne ſuper homi-
nes deus?Sed quid magnum ſi ſuper homines deus?Et ſu
per angelos deus:quia angeli non fecerunt deum:Angelos
fecit deus:& neceſſe eſt ſuper omnia que fecit:ſit ipſe qui fe-
cit.Cognoſcēs ergo magnitudinem domini iſte:& videns eū
ſuper omnem eſſe creaturā:non tantuꝫ corporalem ſed etiā
ſpiritualem:Rex magnus inquit ſuper omnes deos. Ipſe
eſt ſummus deus :qui ſuper ſe non habet deum.Opera eius
dicat:ipſa capiuntur.[Omnia quecunꝗ voluit dominus fe O
cit in celo & in terra : in mari & in omnibus abyſſis.] Quis Pſ.113.
autem comprehendat hec?Quis enumeret opera domini in
celo & in terra:in mari & in omnibus abyſſis?Si comprehen
dere omnia non poſſumus:tamen omnia inconcuſſe credere
et tenere debemus:quoniam quicquid creaturarum in celo
quicquid in terra:quicquid in mari et in omnibus abyſſis:a
domino factum eſt:q; omnia que voluit fecit in celo & in ter Concor.1.
ra & in mari & in omnibus abyſſis:Sicut iam diximus:Non ſent. diſt.
omnia que fecit coactus eſt facere. ſed omnia quecunꝗ vo- 45.b trag.
luit fecit. Cauſa omniū que fecit:voluntas eius eſt. Facis tu
domum:quam ſi nolles facere:ſine habitatione remaneres.
Neceſſitas coegit te facere domum:nō libera voluntas. Fa-
cis veſtem:quia ſi non faceres:nudus ambulares.Ad faciē-
dam ergo veſtem neceſſitate duceris: non libera voluntate.
Conſeris montē vitibus:ſemen ſpargis:q; niſi feceris:alimē
ta non habebis.Omnia hec neceſſitate facis:Deus bonita-
te fecit:& nullo qđ fecit eguit:ideo omnia quecunꝗ voluit fe
cit.Putas habemus & nos qđ libera volūtate faciamus?Ea P
eſt que diximus ex neceſſitate facimus:q; ſi nō faceremus:
egentes & inopes remaneremus. Inuenimus aliquid qđ li-
bera volūtate faciamus?Inuenimus plane: cū ipſum deum
amando laudamus.Hoc eſt libera voluntate facis:quando
amas qđ laudas:Nō eſt ex neceſſitate:ſed q; placet. Unde
iuſtis & ſanctis dei placuit deus etiā flagellans eos.Quādo
iniquis omnibus diſplicet:placuit illis:& ſub flagello eius :in
erūnis:in laboribus:in vulneribus:in egeſtate cōſtituti lau-
dauerunt deū.Nō eis diſplicuit nec torquēs:Hoc eſt gratis
amare:nō quaſi propoſita acceptione mercedis:q; ipſa mer
ces tua ſumma deus ipſe erit quē gratis diligis: Et ſic ama
re debes:vt ipſum pro mercede deſiderare non deſinas qui
ſolus te faciet:ſicut philippus deſiderabat cū diceret:Oſten Joan.14.
de nobis patrē:& ſufficit nobis Merito:q; hoc de libera vo-
luntate facimus:& de libera volūtate facere debemus: quia

delectati facimus:dehinc amādo facimus:q2 ſi corripimur
ab illo : nobis nunq̃ diſplicere debet: q2 ſemper iuſtus eſt.
Pſ.55. Hocdixit ille laudator eius : In me ſunt deus vota tua:que
Pſ.55. reddam laudationes tibi. Et alio loco:Uoluntarie ſacrifica
Pſ.49. bo tibi. Quid eſt voluntarie ſacrificabo? Uolūtarie laudabo
te:q2 ſacrificium laudis inquit glorificabit me. Si cogereris
offerre domino tuo ſacrificium gratum illi ꝛ acceptum:ſicut
antea vouebantur ſacrificia in vmbra futurorum:forte nō inue
nires in grege tuo placitum taurum:in capris hircum are do
mini dignum:nec in ouili tuo arietem dignum ad victimam
domino tuo:ꝛ non inueniens ſatageres quid faceres: ꝛ dice
res forte deo:Uolui ꝛ nō habui. Nunquid potes de laude di
cere:volui ꝛ non habui? Ipſum voluiſſe:laudaſſe eſt. Nō em̄
verba a te querit deus:ſed cor. Neq̨ enim poteſt quiſq̃ dice
re:ꝛ linguā nō habui. Si quis obmuteſcit aliqua valitudine:
linguam non habuit ꝛ tamen laudem habuit. Si enim deus
aures carnales haberet:ꝛ ſono tui corporis indigeret:ꝛ icir
co cum remanſiſſes ſine lingua:ſine laude etiam remaneres.
Nunc vero quia cor querit:cor inſpicit:intus teſtis eſt iudex
approbator: adiutor: coronator: ſufficit vt offeras volunta
Ro.10. tem. Cum potes ore confitere ad ſalutem: cum autem non
potes corde crede ad iuſticiam. Corde laudas:corde bene
Luce.2. dicis:corde in aram conſcientie victimas ſacras imponis: et
Q respondetur tibi: Pax in terra hominibus bonevoluntatis.
Ille igitur deus qui omnipotens eſt in celo ꝛ in terra:omnia
quecunq̨ voluit fecit:tu in domo tua nō facis omnia queuis
Ille in celo ꝛ in terra omnia quecunq̨ voluit fecit:tu fac vel
in agro tuo omnia que vis. Multa vis: ꝛ non potes in domo
tua facere omnia que vis. Contradicit forte vxor: contradi
cunt filij:aliquando ꝛ ſeruulus contumacia contradicit:ꝛ nō
facis qđ vis: Sed facio inquis qđ volo: q2 in non ſubdito ac
contradicente vindico. Nec hoc facis cum vis: Aliquādo vin
dicare vis ꝛ non potes:aliquādo minaris:tanteq̃ facias qđ
minaris moreris. Putamus in teipſo facis quod vis? Frenas
omnes cupiditates tuas? Forſitan frenas: Nunquid efficis
Gal.5. ipſe vt cupiditates non ſurgant quas frenas? Certe em̄ hoc
vis nō titillari moleſtia cupiditatum tuarū: ꝛ tamen caro con
cupiſcit aduerſus ſpiritum:ꝛ ſpiritus aduerſus carnem:vt nō
ea que vultis faciatis. Tu in teipſo non facis qđ vis:deus au
tem noſter in celo ꝛ in terra omnia quecūq̨ voluit fecit: Ip
ſe tibi det gratiā vt in teipſo facias quod vis. Niſi enim ipſo
adiuuante nec in te facis quod vis. Etenim cum ille ſcilicet
Ibidem. paulus non faceret in ſe quod vellet: icirco quia caro cōcu
piſcit aduerſus ſpiritū:ſpiritus autem aduerſus carnē:vt nō
Ro.7. ea que vultis faciatis:cū de ſe ipſe gemeret dicens: Cōdele
ctor legi dei ſm interiorem hominem:video autem aliā legē
in membris meis repugnantē legi mētis mee:ꝛ captiuū me
ducentem in lege peccati que eſt in mēbris meis:q2 nō ſolum
in domo ſua:nec ſolum in agro ſuo : ſed in carne ſua vel in
ſpiritu ſuo non impleuit que volebat:clamauit ad deum qui
Ibidem. omnia quecunq̨ voluit fecit in celo ꝛ in terra:ꝛ dixit: Infelix
ego homo:quis me liberabit de corpore mortis huius? Et il
le bonus ꝛ ille ſuauis tanq̃ reſponderet ei: cōtinuo ſubiecit:
Gratia dei per ieſum chriſtū dn̄m noſtrum. Hanc ergo ſuaui
tatem amate:hanc ſuauitatem laudate: Intelligite deū qui
omnia quecunq̨ voluit fecit in celo ꝛ in terra:ipſe ꝛ in vobis
faciet quod vultis:ipſo adiuuante voluntatē veſtram imple
bitis. Sed dū non poteſtis:confitemini: Cū poteritis: gra
tias agite. Iacentes clamate:erecti ſuperbire nolite. Ille er
go in celo ꝛ in terra omnia quecunq̨ voluit fecit:in mari ꝛ in
al† educēs omnibus abyſſis. ⌊ † Suſcitans nubes ab extremo terre. ⌋
Hiere.10. Uideamus iſta opera domini in eius creatura Ueniūt enim
R nubes ab extremo terre ad medium:ꝛ pluunt: vnde ſurrexe
rint neſcio. Ergo indicat illud propheta ab extremo terre:ſi
Ibidem. ue ab imo:ſiue a circūdatione finiū terre. Unde vult excitat
nubes:tamen a terra. ⌊ Fulgura in pluuiā fecit. ⌋ Nam ful
gura ſine pluuia terrerēt te: nihil tibi darent. Fulgura ſunt
contremiſcis:pluit: gaudes. Fulgura in pluuiam fecit. Qui
al† pducit terruit:ipſe vt gauderes refecit. ⌊ Qui † educit ventos de
Hiere.10. theſauris ſuis: ⌋ Ab occultis cauſis vnde neſcis. Quia enim
flat ventus ſentis:qua cauſa flat:vel de quo theſauro ratio
nis eductus ſit neſcis: Debes deo tamen pietatem credendi
quia non flaret niſi iuſſiſſet ille qui fecit: niſi produxiſſet ille

qui creauit. Uidemus ergo hec in creatura iſta:laudam⁹: mi
ramur:benedicimus deū. Uideamus que fecit in hominibus Exod.12.
propter populū ſuū. ⌊ Qui percuſſit primogenita egypti. ⌋ Pſ.77.
Etem̄ illa diuina dicta ſuntque amarus:ꝛ nō erāt dicta que et.135.
timeres. Attende:q2 ꝛ qn̄ iraſcit facit qđ vult. Percuſſit pri
mogenita egypti ⌊ Ab homine vſq̨ ad pecus: † Immiſit ſi al† emiſit.
gna ꝛ prodigia in medio tui egypte. ⌋ Noſtis:legiſtis quan
ta per moyſen fecerit manus dn̄i in egypto ad terrēdos: ad
contundendos:ad deijciendos ſuperbos egyptios. In pha
raonem ꝛ in om̄es ſeruos eius. Parum eſt in egypto: Quid S
poſteaq̃ eductus eſt inde populus? ⌊ Qui percuſſit gentes Nume.21.
multas. ⌋ Que poſſidebāt terrā:quā volebat deus dare po Joſue.13.
pulo ſuo. ⌊ Et occidit reges fortes. Seon regem amorreorū
et og regem baſan: et omnia regna chanaan. ⌋ Omnia iſta
quomō cōmemorat breuiter pſalmus:ſic ea legimus in alijs
libris dominicis:ꝛ magna ibi manus dn̄i. Quando tu vides
que facta ſunt in impios:caue ne fiant in te. Ad hoc enim in
illos facta ſunt:vt tu trāſires ꝛ eos non imitareris:ꝛ talia nō
patereris. Tamen vide q2 flagellū dn̄i eſt ſuper omnē carnē.
Ne putes te non videri quando peccas:ne putes te contēni
ne putes dominum dormire:attende exempla beneficiorum
dei cum ea recolis:ꝛ cum vindictā dei recolis time. Omnipo
tens eſt:ꝛ ad conſolandum:ꝛ ad caſtigādum: Ideo ſunt iſta
vtilia cū leguntur. Quando aūt pius videt qđ paſſus eſt im
pius:purgat ſe ab omni impietate:ne veniat ꝛ ipſe in talem
penam:talemq̨ vindictam. Bene ergo hec accepiſtis: Quid
deinde fecit deus? Expulit impios. ⌊ Et dedit terram eorum
hereditatem:hereditatem iſrael † ſeruo ſuo. ⌋ Deinde exul al's† pplo.
tatio laudis eius . ⌊ Domine: nomen tuum † in ſeculum: ⌋ Al's† in
Poſt iſta omnia que feciſti: Quid enim video que feciſti? In eternū.
ſpicio creaturā tuā quam feciſti in celo: inſpicio hanc in parte
vbi habitamus:ꝛ hinc video beneficia tua nubiū ventorum:plu
uiarum. Populum tuū attendo: Eduxiſti eos de domo ſerui
tutis:ſigna ꝛ prodigia feciſti inter inimicos eorum:puniſti eos
quos moleſtos patiebantur:impios de terra ſua eieciſti:re
ges eorum occidiſti: terram eorum populo tuo dediſti. Uidi
omnia ꝛ impletū eſt os meū laude:dixi: Domine nomen tuū
in ſecula.

¶ Expoſitio myſtica. T

Hec quidē ad literā quomodo ſcripta ſunt videmus:no
uim⁹:laudam⁹. Si tamē aliquid ſignificāt:nō ſim onero
ſus dū explico vt potero. Ecce in ipſis hominibus poſſum agno
ſcere:q2 in celo ꝛ in terra omnia quecūq̨ voluit fecit. Celum Pſ.113.
enī etherenū ſpiritales accipio:terrā carnales:et his duobus
tanq̃ celo ꝛ terra conſtat eccleſia dei:ꝛ ad ſpirituales perti Pſ.18.
net p̄dicatio:ad carnales ptinet obſecūdatio. Nā ꝛ celi enar
rant gloriā dei: ꝛ facta manuū eius annunciat firmamentū. 1.Cor.3.
Si aūt terra dei nō eſſet plebs dei:non diceret apl's: Dei edi
ficatio:dei agricultura eſtis:ſicut ſapiens architectus funda
mentum poſui:alius ſuperedificat. Ergo edificiū dei ſumus 1.Cor.9.
et ager dei ſumus. Quis inquit plantat vineam ꝛ de fructu 1.Cor.3.
eius non percipit? Ego plantaui:apollo rigauit:ſed deus in
crementū dedit. Ergo ꝛ in eccleſia ſua: et in predicatoribus
ſuis:ꝛ in plebibus ſuis:tanq̃ in celo ꝛ in terra omnia quecūq̨
q̨ voluit fecit. Parū eſt in eis: In mari ꝛ in omnibus abyſſis
omnia quecūq̨ voluit fecit. Mare ſunt omnes infideles:om
nes nondū credentes:et in eis omnia quecunq̨ voluit fecit.
Non enim ſeuiunt infideles:niſi permittant:aut vindicatur
in eos quando peruerſi ſunt:niſi vt tulerit ille qui fecit om
nes gentes. Putas q2 mare eſt ꝛ nō terra:nūquid ideo a po
teſtate dei oīpotentis alienū eſt? Et in mari ꝛ in oīb⁹ abyſſis
que voluit fecit. Qui ſunt abyſſus? Latentia corda mortaliū:
profunde cogitationes hoīm Quō et ibi facit deus qđ vult? Pſ.10.
Quia dn̄s interrogat iuſtū ꝛ impiū: qui aūt diligit iniquita Sap.5.
tem:odit animā ſuā. Et vbi illū interrogat? Ubi ſcriptū eſt:
In cogitationibus impij interrogatio erit. Ergo in omnib⁹
abyſſis omnia quecunq̨ voluit fecit. Latet cor bonum:latet
cor malū:abyſſus eſt ꝛ in corde bono ꝛ in corde malo. Sed hec al† q̄cūq̨.
nuda ſunt deo:quē nihil latet. Conſolat cor bonum:torquet al† produ
cor malum. ⌊ Omnia ⌋ ergo ⌊ † que voluit fecit in celo et cens.
in terra:in mari ꝛ in omnibus abyſſis † Suſcitās nubes ab Hiere.10.
ex ab extremo terre. ⌋ Quas nubes? Predicatores verbi ve V
ritatis ſue. De quib⁹ nubibus alio loco iraſcēs vinee ſue dicit:

Mandabo

Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eā imbrē. Et pa-
rum eſt excitaſſe nubes de hieruſalem vel de iſrael: quas mi-
ſit predicare euangeliū ſuū in toto orbe terrarū: De quibus
Pſ.18. nubibus dictū eſt: In omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: et in fines
Mat.24. orbis terre verba eoꝝ. Parum eſt hoc. Sed q2 ipſe dominus
ait: Predicabitur hoc euangeliū regni in toto orbe terrarum
in teſtimonium omnibus gentibus: et tūc veniet finis: excitat
nubes ab extremo terre. Nā creſcente euangelio: vnde erūt
predicatores euāgelij in finibus terre: niſi ibi excitet nubes
Hiere.10. ab extremo terre? De ipſis aūt nubibus quid operat? Ful-
gura in pluuiam fecit. Minas ad miſam flexit: de terro-
ribus irrigauit: Quō de terroribus irrigauit? Quādo tibi mi-
natur deus per ꝓphetā et per Apl'm et times: nonne choru-
ſcatio terruit te? Sed cū penitēdo correxeris et agnoſcis hoc
al' ꝑducit miſericordia fieri: in pluuiā vertitur fulguris terror. Qui
Ibidem. † educit ventos de theſauris ſuis. Eoſdē puto predicato-
res et nubes et ventos: Nubes propter carnem: ventos pro-
pter ſpiritū. Nubes em̄ videnꝭ: venti ſentiunꝭ et non videnꝭ.
Deniq3 qm̄ carnē videmus eſſe de terra: nubes inquit exci-
tat ab extremo terre. Expſſit vnde excitet nubes: venit ad
Joan.3. ventos: q2 ſpiritus hominis ignoraꝭ vnde veniat. Producēs
Exod.12. inquit ventos de theſauris ſuis? Paululū attendite: cetera
Pſ.77. videamus. Qui percuſſit primogenita egypti ab homine
et.135. vſq3 ad pecus. Primogenita noſtra ſalua ſint in dño: quoniā
ipſe ea dedit nobis. Moleſta aūt pena eſt: et nin iā terribilis
plaga mors primogenitorū. Que ſunt primogenita noſtra?
Mores iſti noſtri quibus nunc ſeruimus deo: ipſa ſunt pri-
mogenita noſtra. Primitias enim habemus: ipſam fidē vn-
de incipimus. Eccleſie quippe dictū eſt: Et venies et pertrā-
ſies ab initio fidei: Et nemo incipit bene viuere: niſi a fide.
Fides ergo noſtra in primogenitis noſtris eſt. Quādo cuſto-
ditur fides noſtra: cetera ſubſequi poſſunt. Nam quādo pur-
gantur homines quotidie proficiendo in melius: meliuſq3 vi-
uendo ipſo interiore homine renouato de die in diē: ſicut di-
2.Cor.4. cit apoſtolus: Et ſi exterior noſter homo corrumpiꝭ: interior
Ro.8. aūt renouaꝭ de die in diem: ideo fit q2 primogenita fides vi-
uit. De qua primogenita fide et Apoſtolus ait: Non ſolū aūt
ſed et noſipſi primitias ſpiritus habētes: ideſt dantes iā deo
primitias ſpiritus noſtri: hoc eſt ipſam fidē tanꝗ primogeni-
ta noſtra: tamē in nobiſmetipſis ingemiſcimus et adoptionē
expectantes redēptionē corporis noſtri. Si ergo magna dei
gratia eſt vt conſeruet fides noſtra: magna pena eſt occide-
re primogenita: quando homines in afflictione eccleſie cōſti-
tuti perdūt fidē. Affligunt em̄ eccleſiā vt perdāt fidē. Nam et
ipſa egyptus afflictio interpretaꝭ. Quicūq3 ergo affligūt ec-
cleſiam: quicunq3 ſcādala eccleſie immittūt: etſi chriſtiani ap-
pellantur: moriunꝭ primogenita eoꝝ. Erant infideles: et erūt
inanes: habētes tm̄ nomen et ſignū: in corde aūt primogeni-
tum ſuū ſepelierūt: vſq3 adeo vt quādo eis aliqd dixeris pro-
pter bonā vitā: propter ſpē vite eterne: et ꝓpter timorē ignis
eterni: apud ſe ſubſannēt: Aut ſi tales ſunt vt audeāt coram
te: os torqueant et dicāt: quis huc inde reuerſus eſt? Dicūt ſi-
bi homines qđ volunt: et chriſtianus eſt: Sed q2 affligens oc-
y ciſus eſt primogenitus eius: mortua eſt fides eius: et hoc ab
hoie vſq3 ad pecus. Dicā fratres qđ ſentio: Holes intelligas
ſpiritualiter ſignificari tanꝗ doctos propter rationalē aiam
qđ eſt homo: pecora vero indoctos: ſed tamē habentes fidē:
Nā nō haberent primogenita. Sūt docti qui affligūt eccle-
ſiam: ſchiſmata et hereſes faciendo. Proinde nec in illis inue-
nis fidē: qm̄ facti ſunt egyptus: ideſt afflictio populo dei. Oc-
ciſa ſunt primogenita eoꝝ: trahunt poſt ſe turbas indoctas:
ipſa ſunt pecora: In hac ergo afflictione qua eccleſia affligiꝭ
moritur in affligētibus fides: moriunꝭ primogenita et in ipſis
doctis et indoctis: q2 occidit deus primogenita egyptiorū ab
al' et miſit homine vſq3 ad pecus. † Immiſit ſigna et prodigia in me-
dio tui egypte: in pharaonē et in oēs ſeruos eis. Pharao
rex egyptioꝝ: Nomen attēdite: et videte quēadmodū iſta fa-
cit deus. Rex in oī gēte peior eſt. Egypt' afflictio eſt: pha-
rao diſſipatio. Afflictio ergo regē habet diſſipationē: q2 illi q
affligunt eccleſiā: diſſipati affligūt. Ut em̄ affligāt diſſipanꝭ
qm̄ rex ducit: populus ſequiꝭ. Precedit diſſipatio: ſequiꝭ a-
flictio. Audite: audite nola hec interpretatione typica et ſa-
pientia plena. Nec vnū inuenis ex iſtis noībus qđ boni ali-
quid interpreteꝭ: Ubi exercuit deus iram ſuā? † Percuſſit al' † Qui.
gentes multas: et occidit reges fortes. Hic quos reges et
quas gentes grauidas ſacramentis? Seon regē amorreo-
rum: Occidit. Audite noīa. Seon regē inquit amorreorū nume.21.
occidit. Occidit plane: Et nūc occidat a cordib' ſeruoꝝ ſuoꝝ:
et a tēptationib' eccleſie ſue: nec ceſſet manus ei' in occiden-
dis talibus regibus et talibus populis. Interpretaꝭ em̄ ſeon
tēptatio oculoꝝ: et amorrei interpretanꝭ amaricantes. Iam
hic videre ſi intelligere poſſumus quō amaricantes: regē ha-
beant tēptationē oculoꝝ. Tēptatio oculoꝝ nō eſt niſi mēda-
cium oculoꝝ. Habet regē mēdacem: veritatē nō habet. Iam
quid mirū eſt ſi amaricantes talē habeāt regē: mendacē re-
gem? Niſi em̄ mendaciū et ſimulatio precedat. nō ſunt amari-
cantes in eccleſia. Inde em̄ amaricant: q2 fingunt. Precedit
tēptatio oculoꝝ: amaricatio ſequiꝭ. Et in ipſo diabolo precēſ-
ſit. Nam ſi tēptatio oculoꝝ nō eſt: quō trāſfigurat ſe velut in 2.Cor.11.
angelū lucis? Occidat manus dñi et illū et illos: Illū ne indu-
cat: illos vt corrigant. Etem̄ in vnoquoq3 homine occiditur
ille rex: qm̄ dānat ſimulationē: et diligit veritatē. Manus dei
non quieſcit id agere: Nā quēadmodū egit ad literā tūc: ſic
agiꝭ nūc ſpiritualiter: vt impleat nūc qđ tūc ꝓphetice prenū-
ciauit. Occidit etiā aliū regē et aliū populū eius. Et og re- Nume.21.
gem baſan. Et hic ꝗ malus. Og interpretaꝭ cōcluſio. Ba-
ſan interpretaꝭ ꝯfuſio. Malus eſt rex ille: qui intercludit viā
ad deū. Hoc em̄ agit diabolus: Semper opponēdo figmēta
ſua: opponēdo idola ſua: opponēdo ſe neceſſariū per arrepti-
tios: ſortilegos: augures: haruſpices: magos: ſacra demonio-
rum cōcludit viā. Quō per chriſtū id agiꝭ vt pateat via q̄ fue-
rat intercluſa: nā per eū redēptus quidā dicit: Et in deo meo Pſ.17.
trāſgrediar murū: ſic diabolus mō nihil aliud agit niſi vt in-
tercludat viā ne credaꝭ in deū. Si enim crediꝭ in deū patet
via: et ipſe chriſtus eſt via. Si aūt nō crediꝭ in deū: intercluſa Joan.14.
eſt via. Si aūt intercluſa fuerit q2 nō crediꝭ: quid reſtat niſi
vt cū venerit qui nō credebaꝭ: cōfundanꝭ qui nō crediderūt?
Quare? Quia cōcluſio ꝑcedit: et ſequiꝭ cōfuſio. Cōcluſio pre-
cedit vt rex: ſequiꝭ cōfuſio tanꝗ plebs. Quos mō cōcludit vt
nō credant in chriſtū: qm̄ apparuerit chriſtus: oēs cōfundē-
tur: et traducēt eos ex aduerſo iniqtates eoꝝ. Tūc dicēt ipſi Sap.5.
confuſi. Quid nobis ꝓfuit ſuperbia? Magna myſteria fratres
mei: Diſſipatio ex afflictione: Diſſipanꝭ vt affligant. Magna
myſteria: Tēptatio oculorū: ideſt fallacia rex amaricātium:
Fallunt em̄ vt amaricēt. Cōcluſio rex cōfuſionis: Cōcludunꝭ
em̄ ne tranſeant ad fidē: et cū venerit in quē credimus: cōfun-
dentur. Et oīa regna chanaan: Occidit de'. Chanaan in- Joſue.13.
terpretaꝭ paratus humilitati. Humilitas quaſi bonū aliqđ ſi-
gnificat. ſed ſi ſit vtilis hūilitas: Nā mala hūiliatio penalis
eſt. Si em̄ humiliatio nō pertineret ad penā: nō diceretur:
Qui ſe exaltat humiliabiꝭ. Nō enim beneficiū illi preſtaꝭ: qm̄ Luce.14.
puniꝭ vt humilieꝭ. Chanaan ergo modo ſuperbus eſt. Oīs et.18.
impius: oīs infidelis exaltat cor ſuū: nō vult credere in deū.
Sed hec exaltatio parata eſt humilitati in die iudicij: Tunc
humiliabiꝭ quādo nō vult. Sunt enim vaſa ire q̄ ꝑfecta ſunt Ro.9.
ad perditionē. Modo extollāt ſe: garriāt: extēdant ſe ſuper
fideles: irrideant fideles: blaſphemēt chriſtianos: dicāt ani-
cularia ſunt iſta q̄ dicunt de die iudicij. Iſta elatio eoꝝ para-
ta eſt humiliationi: quando venerit iudex qui modo annun-
ciatus irrideꝭ: tunc ille qui mō ſuperbit: non vtiliter ſed pe-
naliter humiliabiꝭ. Modo aūt nō humiliaꝭ: ſed paraꝭ humi-
litati: ideſt paraꝭ dānationi: paraꝭ victime. Omnia ergo iſta
euertit deus corporaliter tunc: qm̄ patres noſtri educti ſunt
de terra egypti. Euertit ſpūaliter nūc. Nec ceſſat manus ei'
vſq3 in finē. Ideo ne iſtas potētias dei tunc putes peractas
ceſſaſſe: Dñe nomen tuū inquit in ſeculo: Ideſt non
ceſſat miſericordia tua: nō ceſſat manus tua in ſeculo iſta fa-
cere que tūc prenunciaſti figurādo. Omnia em̄ illa in figura 1.Cor.10.
cōtingebāt in illis: Scripta ſunt aūt ad correctionē noſtrā:
in quos finis ſeculoꝝ obuenit. Domine memoriale tuū † in al' † gnatio-
generatione et generationē. Generatione iſta et generatio- nē et gene-
ne altera. Generatione qua fideles efficimur: et per baptiſ- ratione.
mum renaſcimur: generatione qua a mortuis reſurgemus: et
angelis coniuncti viuemus in eternum. Memoriale tuū do-
mine et ſuper generationem iſtam: et ſuper illā generationē:
Quia nec nunc nos oblitus eſt vt vocaret: nec tunc obliuiſce-

tur vt coronet. Memoriale tuum dñe in generatione et gene
Al' † Quia rationem. ⌊ † Quoniã iudicabit dñs † plebẽ ſuam. ⌋ Com
† pp'lz ſuã pleuit certe omnia illa in populo iudeorum. Nũquid iam remã
Deut. 32. ſerant opera eius poſtq̃ induxit plebem ſuã in terrã repro
BB miſſionis? Adhuc plane iudicabit dñs plebẽ ſuam. ⌊ Et in ſer
Al' † depre uis ſuis † aduocabitur. ⌋ Jam iudicauit ipſam plebem: Ex
cabitur. cepto iudicio futuro: iudicata eſt plebs iudeorum. Quid eſt:
Ibidem. iudicata? Separati inde ſunt iuſti: ⁊ remanſerunt iniuſti. Si
autem mentior: aut mentiri exiſtimor: quia dixi: iam iudica
Joan. 9. ta eſt: audiui dominum dicentem: In iudicium veni in hunc
mundũ: vt qui non vident videant: ⁊ qui vident ceci fiant. Et
cecati ſunt ſuperbi: illuminati ſunt humiles. Judicauit ergo
Eſaie. 2. plebem ſuam. Ipſum iudicium dixit Eſaias: Et nunc tu do
mus iacob venite ⁊ ambulem' in lumine dñi. Parũ eſt hoc.
Sed quid ſequit'? Dimiſit enim plebẽ ſuã domũ iſrael. Ipſa
eſt domus iacob: que eſt domus iſrael. Quia enim iacob: ipſe
eſt iſrael. Noſtis ſanctas literas: ⁊ puto q' vobis veniat i mẽ
Gen. 32. tem: quia ipſe iacob quando vidit angelũ ſecum luctari: tunc
accepit nomẽ vt appellaret' iſrael. Unus homo eſt ſiue iacob
ſiue iſrael: vna perſona eſt domus iacob ⁊ domus iſrael: vna
gens: vna plebs: Hanc inuitat: et hanc dimittit. Et nunc iam
certe occidiſti chriſtũ o domus iacob: iaz occidiſti chriſtũ iam
caput ante crucem agitaſti: iam pendẽtem irriſiſti: iã dixiſti:
Mat. 27. Si filius dei es deſcende de cruce: iam rogauit medicus pro
Luce. 23. phreneticis: Pater ignoſce illis: non enĩ ſciunt quid faciunt.
LL Certe iam feciſti iſta omnia: ⁊ nunc crede in eum quẽ occidi
ſti: bibe ſanguinẽ quez fudiſti. Et nunc tu domus iacob teſti
moniuz ex te exponere cupio q̃d hic dixit: Quoniã iudicabit
dominus plebez ſuã: ⁊ in ſeruis ſuis aduocabitur. Judicaſſe
enim intelligitur plebẽ ſuam: ſeparando in ipſa plebe ſua bo
nos a malis: fideles ab infidelibus: apoſtolos a iudeis men
Eſaie. 2. dacibus. Hoc ſignificauit vt dicere ceperã: per prophetã di
cens: Iã poſt illa mala omnia o tu domus iacob: venite am
bulemus in luce dñi. Quare vobis dico: venite ambulemus
in luce domini? Ne remanendo in iudaiſmo: nõ perueniatis
ad chriſtũ. Quare? Non ſemper ibi prophetatus eſt chriſtus
Sed nũc dimiſit plebẽ ſuã domũ iſrael. Uenit domus iacob:
q: dimiſit plebẽ ſuã domum iacob. Uenit domus iſrael: quia
Joan. 9. dimiſit plebez ſuã domũ iſrael. Que venit: ⁊ que dimiſſa eſt:
niſi q: hoc eſt iudiciũ: vt qui nõ vidẽt videãt: ⁊ qui vident: ce
ci fiant? Judicabit ergo dñs plebẽ ſuã. Separauit ergo: ⁊ nõ
ibi inueniet quos in regnum ſuuz reſtituat? Plane inueniet.
Ro. 11. Et in ſeruis ſuis aduocabit'. Non repulit ait Apoſtolus ple
bem ſuã quam preſciuit. Et vnde probat? Nam ⁊ ego iſraeli
ta ſum. Ergo iudicabit dominus plebẽ ſuam ſeparando bo
nos a malis: hoc eſt in ſeruis ſuis aduocabit'. Quibus? A gẽ
tibus? Quante enim gentes credendo venerunt? Quãtĩ mun
di: quanta loca deſerta modo veniant? Ueniunt inde neſcio
quanti credere volũt: ⁊ dicimus eis: quid vultis? Reſpondẽt:
Noſſe gloriaz dei. Credite fratres mirari nos ⁊ gaudere ad
talem vocẽ ruſticanorũ. Ueniunt neſcio vnde excitati: a neſcio
Joan. 6. quo: Quid dicam a neſcio quo? Immo q: nemo venit inquit
ad me: niſi quẽ pater traxerit. Ueniũt ſubito de ſylua: de de
ſerto: de remotiſſimis ⁊ arduis mõtibus ad eccleſiam: ⁊ hãc
vocem habent pleriq: ⁊ pene omnes eorum: vt videamus ve
re intus docentẽ deum. Impletur ſcriptura prophetica qua
Ibidem. dictum eſt: Erũt omnes docibiles deo. Quid deſideratis di
Eſa. 54. cimus illis: Et illi: Uidere gloriã dei. Omnes enim peccaue
Ro. 3. runt ⁊ egent gloria dei. Credunt: conſecrantur: clericos ſibi
ordinari exigunt. Nonne impletur: ⁊ in ſeruis ſuis aduocabi
tur? Deniq: poſt iſtam totam diſpoſitionem ⁊ diſpenſationẽ
DD conuertit ſe ſpiritus dei ad exprobranda et irridenda idola
Pſ. 113. que iam irridentur a cultoribus ſuis. ⌊ † Idola gentium ar
al' † ſimula gentum ⁊ aurum. ⌋ † Iſta omnia deo faciente qui in celo ⁊
cra. † opa in terra omnia quecunq: voluit fecit: qui iudicabit plebẽ ſuã
manuum et in ſeruis ſuis aduocabitur: quid reſtat figmentũ: niſi ridẽ
hominũ. dum: non adorandũ? Idola gentiũ dicturus erat fortaſſe vt
cõtemneremus iſta omnia: Dicturus erat idola gentium: nõ
dico lapides ⁊ ligna: gypſum ⁊ teſtam: Nõ hec dico: vilis ma
teria eſt. Illud q̃d valde amant: vel q̃d valde honorant dico
idola gentium: argentum ⁊ aurum. Certe aurũ eſt: certe ar
gentum eſt. Nunquid quia lucet argentum: lucet aurũ: ideo
oculos habent ⁊ vident? Sic quomodo argentũ eſt: quomo

do aurum eſt. vtile forte auaro: non religioſo: immo vero nec
auaro vtile: ſed vtile bene vtenti: vt per eius erogationem ce
leſtem theſaurũ acquirẽt. Tamen nũc cũ iſta inſenſata ſint:
quid facitis homines de argento et auro deos? Quos deos Sap. 15.
facitis: nonne videtis q̃d non videant? ⌊ † Oculos habent al' † os hñt
et non videbunt: aures habent ⁊ non audient: Nares habẽt et nõ loq'
et non odorabunt: os habent ⁊ non loquent': Manus habẽt tur oculos
et non operantur: pedes habent ⁊ non ambulabunt. ⌋ Om hñt et non
nia iſta artifex: faber argẽtarius aurifex facere potuit: ⁊ ocu videbunt.
los: ⁊ aures: ⁊ nares: ⁊ os: ⁊ manus: et pedes: ſed nec tamen Aures hñt
oculis: nec auditum auribus: nec vocem ori: nec ſenſum nari et non au
bus: nec motum manibus: nec iter pedibus dare potuit. O diẽt. neq:
homo: rides iam proculdubio quod feciſti: ſi a quo factus es enĩ eſt ſpi
agnouiſti. De illis autem qui non agnouerunt: quid dicitur? ritus i ore
⌊ Similes illis fiant qui faciunt ea: ⁊ omnes qui confidunt ipſorum.
in † illis. ⌋ Et creditis fratres expreſſi in eis quandam ſimi Pſ. 113.
litudinem idolorum: non quidem in carne eorum: ſed in inte Als † eis.
riore homine eorum. Nam aures habent ⁊ non audiunt: Ad EE
illos quippe clamat deus: Qui habet aures audiẽdi audiat. Mat. 11.
Oculos habent ⁊ non vident. Habent enim oculos corporis
ſed nõ habẽt oculos fidei. Deniq: impletur hec prophetia per
omnes gentes. Uidete quõ dictum ſit per prophetam. Ni
hil allegoricum: nihil figuratum cõmemoro: Propriã: expreſ
ſam: ſimplicem: manifeſtam audite prophetiam predictam:
videte completum. Preualuit inquit dominus aduerſus eos
Propheta dicit Sophonias: Aduerſus repugnantes: et ad Sopho. 2.
uerſus rebellantes: ⁊ de occiſione fidelium martyres facien
tes: ſed tamen neſcientes: preualuit dominus aduerſus eos.
Et quomodo preualuit? In eccleſia ſua: videmus: quia pre
ualuit aduerſus eos. Uolebant paucos chriſtianos et tingue
re: occidere: ſanguinem fuderunt: de ſanguine occiſorũ tanti
exurrexerũt: a quibus illi interfectores martyrum ſuperarẽ
tur: Tamen ⁊ modo querũt vbi abſcondant idola ſua: qui pri
mo chriſtianos propter idola trucidabant. Nonne preualuit
aduerſus eos dominus? Uide ſi facit q̃d ſequitur: Preualuit
dominus aduerſus eos. Et quid fecit? Exterminauit omnes Ibidem.
deos gentium terre: ⁊ adorabunt eũ vnuſquiſq: de loco ſuo:
omnes inſule gentium. Quid eſt hoc? Nonne predictũ erat?
Nonne completum eſt? Nonne vt legitur ſic videtur? Et illi
qui remanſerunt oculos habent ⁊ non vident: nares habent
et nõ odorant'. Non ſentiunt illuz odorem chriſti bonus odor
ſumus: ſicut dicit Apoſtolus: in omni loco. Quid prodeſt q: 2. Cor. 2.
nares habent et non odorantur tam ſuauem odorem chriſti?
Uere in illis factum eſt: ⁊ vere de illis dictuz eſt: Similes il
lis fiant omnes qui faciunt ea: ⁊ omnes qui confidunt in eis.
Sed quotidie credũt per miracula chriſti domini: quotidie
aperiuntur oculi cecorum ⁊ aures ſurdorum: inſpirantur na
res inſenſatorũ: diſſoluuntur ora mutorum: conſtringant' ma
nus paralyticorum: corrigũtur pedes claudorum: De lapidi Mat. 3.
bus iſtis excitantur filij abrae. Quibus omnibus iam dicat': FF
⌊ Domus iſrael benedicite † dominũ: ⌋ Omnes filij abrae. Als † dño.
Et ſi de lapidibus iſtis ſuſcitantur filij abrae: manifeſtuz eſt
quia illi ſunt magis domus iſrael qui pertinent ad dominũ
iſrael: qui pertinent ad ſemen abrae: non carne: ſed fide. Do
mus iſrael benedicite dominum. Sed fac domum domini il
lam dici: ⁊ populum iſrael vocari: Crediderant inde apoſto
li: ⁊ milia circunciſorum Domus iſrael benedicite dominum.
⌊ Domus aaron benedicite † dominum. Domus leui bene Als † dño.
dicite † dominum. ⌋ Benedicite populi dominum: hoc eſt † domino.
domus iſrael generaliter. Benedicite prepoſiti: hoc eſt do
mus aaron. Benedicite miniſtri: hoc eſt dom' leui. Quid de
ceteris nationibus? ⌊ Qui timetis dominũ benedicite † do Als † dño.
minũ. ⌋ Omnes ergo vna voce dicamus q̃d ſequitur. ⌊ Be
nedictus dominus ex ſion: qui habitat in hieruſalem. ⌋ Ex
ſion et hieruſalem. Sion ſpeculatio: hieruſalem viſio pacis.
In qua hieruſalẽ nunc habitaturus eſt? In illa que cecidit?
Non: ſed in illa matre noſtra que eſt in celis: de qua dictum
eſt: Multi filij deſerte magis q̃ eius que habet virum. Nũc Gal. 4.
ergo dominus ex ſion: q: ſpeculamur q̃d veniat: nunc tamen
q̃diu in ſpe viuimus: in ſion ſumus. Finita via habitabimus
in illa ciuitate que nunq̃ ruitura eſt: quia et dominus habi
tat in ea: ⁊ cuſtodit eam: que eſt viſio pacis eterna hieruſalẽ
pacis illius fratres mei cui laudande lingua non ſufficit: vbi

nullũ hoſtẽ

nullum hoſtē iam ſentiemus:nec in eccleſia: nec extra eccle
ſiam:nec in carne noſtra:nec in cogitatione noſtra:Abſorbe
bitur mors in victoria:ꝛ vacabimus ad videndū deum in pa
ce:ciues hieruſalem facti ciuitatis dei.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄.cxxxiiij.

¶ Incipit Tractatus de pſ̄.cxxxv.

¶ Expoſitio pſalmi.

A Confitemini dño quoniā bonus:quoniā in eternū mi
ſericordia eius.⌋ Pſalmus iſte laudē continet dei et
eodem modo in omnibus ſuis verſibus terminat̃. Proinde
q̄uis hic in laudem dei multa dicantur:maxime tamen eius
miſericordia cōmendatur:ſine cuius cōmendatione apertiſ
ſime nullū verſum claudi voluit:per quē ſpiritusſanctus con
pſ̄.105.b didit pſalmū. Memini autem me in pſalmo centeſimoquin
in medio. to qui ſimiliter incipit (quoniā codex quē intuebar nō habet
in eternū:ſed in ſeculū miſericordia eius) queſiſſe quid po
tius intelligere deberemus. In greco enim ſermone ſcriptū
eſt: εις τον αιωνα:qđ ꝛ in ſeculū et in eternū interpretari po
teſt. Sed quid illic (vt potui) diſſeruerim:etiā hic retexere
longum eſt. In iſto aūt pſalmo etiā idēipſe codex nō habet
in ſeculū qđ pleriq̄ habēt: ſed in eternū miſericordia eius.
Mat.25. Qđ etſi poſt iudiciū quo in fine ſeculi viui ꝛ mortui iudicādi
ſunt:miſſis iuſtis invitam eternā:iniquis autē in ambuſtio
nē eternā:non ſint deinceps futuri quorū adhuc miſereatur
deus:recte tamen intelligi poteſt in eternū futurā miſericor
diam eius:quā ſuis ſanctis fidelibuſq̄ largit̃: nō q: in eter
num miſeri erunt:ꝛ ideo in eternū miſericordia indigebūt
ſed q: iſta beatitudo quā miſericorditer miſeris preſtat:vt
eſſe miſeri deſinant:ꝛ beati eſſe incipiant:non habebit finē:
ideo in eternū miſericordia eius. Qđ enim iuſti erimus ex
iniq̄s:ſani ex infirmis:viui ex mortuis: ꝛ imortales ex mor
talibus:beati ex miſeris:miſericordia eius eſt. Hoc autē qđ
ita erimus:in eternū erit:ergo in eternū miſericordia eius.
Proinde confitemini dño:ideſt confitendo laudate dominū
quoniā bonus. Nec pro hac confeſſione aliquid eſtis tēpora
le ſumpturi:quoniā in eternū miſericordia eius: ideſt bene
ficium qđ vobis miſericorditer preſtat:in eternū eſt. Qđ au
tem habet quoniam bonus:grecus habet αγαθος. Nō ſicut
habet in pſalmo centeſimoq̄ quinto:qđ ibi eſt quoniam bo
nus:grecus habet χρηστος: Ideo nōnulli illud interpreta
B ti ſunt:quoniā ſuauis eſt. αγαθος aūt nonvtcūq̄ bonus:ſed
excellentiſſime bonus eſt. Deinde ſequitur. ⌊ Confitemini
deo deorū:quoniā in eternum miſericordia eius. Confitemi
ni dño dominorum:quoniā in eternum miſericordia eius. ⌋
Qui nam ſunt dij: ꝛ dñi:quorū deorū ꝛ dñorum ſit deus ꝛ do
minus qui eſt verus deus:merito queri ſolet. Et ſcriptū in
uenimus in alio pſalmo:deos etiam homines appellatos:ſi
pſ̄.81. cuti eſt:Deus ſtetit in ſynagoga deorū:in medio autē deos
Ibidem. diſcernit. Et paulo poſt:Ego dixi dij eſtis: ꝛ filij excelſi om
Joan.10. nes:vos aūt vt homines moriemini:ꝛ ſicut vnus ex princip
bus cadetis. Qđ teſtimoniū etiā dominus in euangelio cō
Ibidem. memorat dicens:Nonne ſcriptū eſt in lege veſtra quia ego di
xi dij eſtis:et filij excelſi? Si illos dixit deos ad quos ſermo
dei factus eſt:ꝛ non poteſt ſolui ſcriptura: quē pater ſancti
ficauit ꝛ miſit in mundū:vos dicitis q: blaſphemas:q: dixi:
filius dei ſum? Nō ergo q: homi ſunt omnes: ſed quia ſermo
dei ad illos factus eſt:appellati ſunt dij. Nā ſi propterea q:
homi eſſent omnes:non ſic eos diiudicaret. Cū enim dixiſſet:
pſ̄.81. Deus ſtetit in ſynagoga deorū:nō ait:in medio deos ꝛ homi
Ibidem. nes diſcernit:tanq̄ oſtendens quid interſit deos ꝛ homines
ſed in medio inquit deos diſcernit. Deinde ſequit̃:Uſq̄quo
iudicatis iniquitatē:ꝛ cetera: Que vtiq̄ nō omnibus ſed qui
C buſdam dicit:q: diſcernens dicit:ꝛ tamen in medio deos diſ
Joan.10. cernit. Sed queritur ſi ꝛ homines ad quos ſermo dei nūc fa
ctus eſt dij vocantur:vtrū ꝛ angeli vocandi ſunt dij:cū homi
nibus iuſtis ꝛ ſanctis maximū premiū promittat̃ equalitas
angelorū. Et in ſcripturis quidē neſcio vtrū vel poſſit vel faci
le poſſit reperiri:aperte dici angelos deos. Sed cum de do
pſ̄.95. mino deo dictum eſſet:Terribilis ſuper omnes deos:cur hoc
dixerit:continuo velut exponēdo coniunxit:Qm̄ omnes dij
gentiū demonia. Super tales deos:dixit dñm terribilem in

ſanctis ſuis quos celos fecit: a quibus demonia terrerētur.
Sic enim ſequit̃:Dñs aūt celos fecit. Nō ergo dij ſine addi Ibidem.
tamento:ſed dij gentiū demonia:Superius tamē terribilis
inquit ſuper omnes deos. Nō ait:ſuper omnes deos gentiū
q̄uis intelligi hoc voluerit:addendo qđ ſequit̃:Qm̄ omnes Ubi.ſ̄.
dij gentiū demonia. Qđ quidē in hebreo dicit̃ nō ita eſſe ſcri
ptum:ſed dij gentiū ſimulacra. Qđ ſi verū eſt:multo magis
credēdi ſunt ſeptuaginta diuino ſpiritu interp̄tati: quo ſpi
ritu ꝛ illa dicta ſunt q̄ in hebreis literis ſunt. Eodē nāq̄ ope
rante ſpiritu:etiā hoc dici oportuit qđ dictū eſt:Dij gentium
demonia:vt intelligeremus ſic etiā in hebreo poſitū:Dij gē
tium ſimulacra:vt demonia potius que ſunt in ſimulacris ſi
gnificarētur. Nāq̄ qđ attinet ad ipſa ſimulacra que grece ap
pellantur idola:quo noīe iam vtimur pro latino: oculos ha
bent ꝛ nō vident:ꝛ cetera q̄ de his ideo dicunt̃:q: omni ſenſu
carent:Quocirca nec terreri poſſunt:q: niſi ea q̄ ſentiūt ter
reri vtiq̄ nō poſſunt. Quō ergo dictū eſt de dño: Terribilis
eſt ſuper omnes deos:qm̄ dij gentiū ſimulacra:niſi per ſimu
lacra:niſi per ſimulacra intelligant̃ demonia q̄ terreri poſ
ſunt? Unde ait ꝛ Apl̄s:Scimus q: nihil eſt idolū. Hoc enī re 1.Cor.8.
tulit ad materiā terrenā ſenſu carentē. In ea item ne quiſq̄
putaret nō eſſe aliquā viuentē ſentientēq̄ naturā:q̄ gētium 1.Cor. 10.
ſacrificijs delectet̃:adiunxit:Sed q̄ immolāt gentes:demo D
nijs immolant ꝛ nō deo:Nolo vos ſocios fieri demoniorū. Si
ergo nuſq̄ in eloquijs diuinis reperit̃ ſanctos angelos ap
pellatos deos:ea mihi cauſa potiſſimū occurrit:ne iſto noīe
hoīes ad hoc edificarent̃:vt miniſterium vel ſeruitiū religio
nis q̄ grece liturgia:vel latria dicit̃: ſanctis angelis exhibe
rent:qđ nec ipſi exhiberi ab hoībus volūt:niſi illi deo q̄ ꝛ ip
ſorū ꝛ hoīm deus eſt. Unde multo vtilius angeli vocant̃:qui
latine nūcij nuncupant̃: vt per nomē nō ſubſtantie ſed officij
factis intelligamus illū deū a nobis eos colivelle quē nūciāt.
Totā ergo iſtā queſtionē breuiter Apl̄s ſoluit: vbi ait: Nam 1.Cor.8.
etſi ſunt q̄ dicant̃ dij:ſiue in celo ſiue in terra:quēadmodū
ſunt dij multi ꝛ dñi multi:ſed nobis vnus deus pater:ex quo
omnia ꝛ nos in ipſo:ꝛ vnus dñs ieſus chriſtus:per quē oīa
et nos per ipſum. Confiteamur ergo deo deorū: ꝛ dño dñorū:
quoniā in eternum miſericordia eius. ⌊ Qui facit mirabilia E
magna ſolus. ⌋ Sicut in omniū verſuū nouiſſimis partibus
poſitū eſt:Qm̄ in eternū miſericordia eius:ſic in omniū ca
pitibus q̄uis nō ſit poſitū:ſubaudiendū eſt:cōfitemini. Qđ
in greco euidentius apparet. Appareret aūt ꝛ in latino ſi eā
dem locutionē transferre potuiſſent interpretes noſtri. Qđ
quidē in iſto verſu poſſent:ſi dicerent facienti mirabilia. Qđ
enī nos habemus:qui facit mirabilia:grecus habet facienti
mirabilia:vbi neceſſario cōfitemini ſubaudit̃:Atq̄ vtinā vel
pronomen adderēt:vt dicerent:ei qui facit: vel ei qui fecit:
vel ei qui firmauit:q: etiā ſic facile intelligeretur cōfitemini
eſſe ſubaudiendū. Nunc vero ita obſcurum factū eſt:vt qui
codicem grecū ſiue neſcierit inſpicere:ſiue neglexerit:poſſit
putare:qui fecit celos:qui firmauit terram: q̄ fecit luminaria
magna:qm̄ in eternū miſericordia eius: ideo dictū quaſi p
pterea iſta fecerit:qm̄ in eternū miſericordia eius: cum ad
eius miſericordiā illi pertineant quos de miſeria liberat:nō
aūt vt eius miſericordie fuiſſe intelligamus facere celum:et Gen.1.
terrā:ꝛ luminaria:cū illud ſit bonitatis eius qui creauit oīa
bona valde:Creauit aūt omnia vt eſſent:hoc vero miſericor
die vt a peccatis noſtris mundet nos:vt a miſeria liberet in
eternum. Ita ergo nos alloquitur pſalmus:Cōfitemini deo F
deorū:Confitemini dño dñorū:Confitemini ei qui facit mira
bilia magna ſolus:Confitemini ei ⌊ Qui fecit celos in intel Gen.1.
lectu. ⌋ Cōfitemini ei ⌊ Qui firmauit terrā ſuper aquas. ⌋ al' † nō hꝫ.
Cōfitemini ei ⌊ Qui fecit luminaria magna † ſolus. ⌋ Cur
aūt cōfiteamur:in oim verſuū finibus ponit:Qm̄ in eternū
miſericordia eius. Sed q̄d eſt:q̄ facit mirabilia magna ſolus?
An q: multa mirabilia fecit per angelos ꝛ per hoīes? Sunt
quedā magna q̄ ſolus deus facit:ꝛ ipſa exequit̃ dicēs: Qui
fecit celos in intellectu: Qui firmauit terram ſuper aquas:
Qui fecit luminaria magna ſolus. Ideo ꝛ hic addidit:ſolus
q: cetera mirabilia q̄ dicturus ē:p hoīes fecit. Cū enī dixiſſet
Qui fecit luminaria magna ſolus:q̄ ſint eadē luminaria: ſe Ibidem
cutus aperuit. ⌊ Solē in poteſtate diei:Lunā ꝛ ſtellas in po G
teſtatē noctis. ⌋ Deinde incipit dicere q̄ per angelos vel per

homines fecerit.⌊ Qui percuſſit egyptũ cum primogenitis
eoꝝ.⌋ Et cetera. Uniuerſam igitur creaturã nõ utiq; deus per
aliquã creaturã: ſed ſolus fecit. Cuius creature quaſdã par-
tes excellẽtiores cõmemorauit: ex quibus uniuerſa cogitare-
mus: intelligibiles celos ⁊ viſibilẽ terrã. Et qm̃ ſunt etiã celi
viſibiles cõmemoratis eoꝝ luminaribus totũ celeſte corpo-
reum vt ab ipſo factũ acciperemus: admonuit: q̃ꝑ id quod
ait: Qui fecit celos in intellectũ: vel ſicut alij interpretati ſunt
in intelligentiam: vtrum celos intelligibiles ſignificare hoc
modo voluerit: an in ſuo intellectu: vel in ſua intelligentia fe
Pſ̃.103. ciſſe celos: hoc eſt in ſua ſapientia: ſicut alibi ſcriptũ eſt: Om-
nia in ſapientia feciſti: eo modo inſinuans vnigenitũ verbũ
queri poteſt. Sed ſi ita eſt vt in ſuo intellectu feciſſe accipia-
mus deũ celos: cur tñ de celis hoc ait: cũ omnia in eadẽ ſa-
pientia fecerit? An ibi tñ exprimendũ fuit: vt in ceteris etiã
tacitũ poſſet intelligi: vt iſte ſit ſenſus: Qui fecit celos in in-
tellectu: qui fundauit terrã ſuper aquas: vt et hic ſubaudias
in intellectu: Qui fecit luminaria magna ſolus: ſolẽ in pote-
ſtatem diei: lunã ⁊ ſtellas in poteſtatẽ noctis: vtiq; in intelle-
ctu? Quo ergo ſolus: ſi hoc eſt in intellectu: vel in intelligen-
tia qd̃ eſt in ſapiẽtia: id eſt in verbo vnigenito? An quia trinitas
D non ſunt tres dij: ſed vnus deus: ad id refert qd̃ ſolus deus
fecit: quia creaturã non per creaturam fecit? Sed quid eſt: qui
firmauit terrã ſuper aquas? Obſcura enĩ queſtio eſt: quia ter-
ra grauis: videt vtrũ nõ portari aquis: ſed aquas potius porta-
re credatur. De qua re ne aduerſus eos qui ſe putant iſta cer-
tis rationibus cõperiſſe cõtentioſe ſcripturas noſtras defen-
dere videamur: ſiue illud ſit: ſiue aliter ſit: habemus qd̃ de
proximo intelligamus: Terra que habitatur ab hominibus ⁊ ter-
reſtria cõtinet animalia: que alio mõ in ſcripturis arida dici-
Gen̄.j. tur: ſicut ſcriptũ eſt: Appareat arida: ⁊ vocauit deus aridam
terrã: ſuper aquas eſſe fundatã: quia aquis circumfluentibus ſu-
peruenit. Nõ enĩ que dicitur litoraria ciuitas ſuper maria fun-
data: ita ſub ea mare eſt: quẽadmodũ ſunt aque ſpeluncaruz
cauernis: aut ſub nauibus ſupernatantibus: ſed ideo ſuper
mare dicitur: quia inferiori mari in peius fines ſupereminet. Sic
Exod.7. dictus eſt pharao exiſſe ſuper aquaz: Ita enĩ habet grecus:
Joan.4. qd̃ quidã latini habent ad aquã: Sic dñs ſuper puteũ ſede-
bat: quia ambo ſuperiores eſſent q̃ flumen ⁊ puteus: ille iuxta
I flumẽ: iſte iuxta puteũ. Si aũt etiã aliquid aliud qd̃ ad nos
magis pertinet iſta dicta ſignificant: Fecit deus celos in in-
tellectu: ſpirituales ſanctos ſuos: quibus non tantũ credere
verũ etiã intelligere diuina donauit: Hoc qui nondũ poſſunt
et ſolã fidẽ firmiſſimã tenent: tanq̃ infra celos terre nomine
figurantur. Et quia in baptiſmo quẽ acceperũt inconcuſſa credu-
litate conſiſtũt: ideo dictũ eſt: Firmauit terraz ſuper aquas.
Col.2. Itẽ quia dictũ eſt de dño chriſto q in illo ſint omnes theſauri
3.ſent.diſ. ſapientie ⁊ ſcientie abſcõditi: Hec aũt duo: id eſt ſapientiã et
35. poſt p̃- ſcientiã diſtare inter ſe aliquid alia quoq; ſcripturarũ teſtã-
miſſa.I me- tur eloquia: maxime loquente ſancto Job: vbi quodãmõ ſin-
dio. gula definiuntur: Dixit aũt homini: Ecce pietas eſt ſapiẽtia
Job.28. abſtinere aũt a malo ſcientia eſt: nõ incõgruẽter intelligim⁹
ſapientiã i cognitiõe ⁊ dilectiõe eius qd̃ ſemp eſt: atq; incõmu-
tabiliter manet qd̃ deus eſt. Nã ⁊ qd̃ ait: Ecce pietas eſt ſa-
pientia θεοσέβεια dicta eſt in greco: qd̃ vt totũ latine exprima-
tur: dei cultus dici põt. Abſtinere aũt a malo qd̃ dixit eſſe ſciẽ-
Phil.2. tiam: quid eſt aliud: q̃ in medio nationis tortuoſe ⁊ peruer-
ſe tanq̃ in nocte huius ſeculi caute prudẽter q; verſari: vt ab-
ſtinendo quiſq; ab iniquitate: nõ cõfundatur tenebris propꝛij
muneris luce diſcretus? Cũ ergo quodã loco Apl̃s concordẽ
gratiarũ dei varietatẽ in hoib⁹ deiuellet oſtẽdere: hec in pri-
mis duo poſuit dicẽs: Alij quidẽ datur per ſpiritum ſermo ſa-
1.Cor.12. pientie: Hoc eſſe arbitror: ſolẽ in poteſtatem diei. Alij ſermo
ſcientie ſm eundẽ ſpiritũ: hoc eſt lunã. Deinde quodã modo
Ibidem. ſtellas cõmemorari puto in eo qd̃ dicitur: Alij fides in eodẽ ſpi-
ritu: alij curationũ donatio in vno ſpiritu: alij operatiões vir-
tutum: alij prophetia: alij dijudicatio ſpirituũ: alij genera lin-
guarum: alij interpretatio ſermonũ. Nihil enĩ hoꝝ eſt qd̃ in
huius ſeculi nocte nõ ſit neceſſariũ: Que cũ trãſierit: neceſſa-
ria iſta nõ erũt: Ideo in poteſtatẽ noctis: In poteſtate ꝓpri-
pe ait: vel diei vel noctis: vt poteſtas eſſet die lucere vel no-
Joan.1. cte: Qd̃ in ſpiritualibus donis ſic intelligitur: quia dedit poteſta-
Exod.12. tem filios dei fieri. Qui percuſſit egyptũ cũ primogenitis eoꝝ.

percuſſit ⁊ ſeculum: cum his que precipua putantur in ſeculo.
⌊ Qui eduxit iſrael de medio eoꝝ.⌋ Eduxit etiã ſanctos ac .K
fideles ſuos de medio maloꝝ.⌊ In manu potenti ⁊ brachio Exod.13.
excelſo.⌋ Quid potẽtius: quid excellẽtius eo de quo dictuz Exod.14.
eſt: Et brachiũ dñi cui reuelatum eſt?⌊ Qui diuiſit mare ru-
brum in diuiſiones.⌋ Diuidet etiam baptiſmũ: vt vnus atq;
idem baptiſmus alijs ſit in vitã: alijs ſit in mortẽ.⌊ Et edu-
xit iſrael per mediũ eius.⌋ Educit etiã innouatũ populum
ſuũ per lauacrũ regenerationis.⌋ Et percuſſit pharaonẽ et Alõ † ex-
virtutẽ eius in mari rubro.⌋ Celeriter interimit: ⁊ peccatuz cuſſit.
ſuũ reatumq; eius per baptiſmũ.⌊ Qui traduxit populũ ſuum Ibidem.
† in deſerto.⌋ Traducet ⁊ nos in huius ſeculi ariditate ⁊ ſte- alĩs † per
rilitate: ne in ea pereamus.⌊ Qui percuſſit reges magnos: deſertum.
Et occidit reges fortes.⌋ Percutit atq; occidit etiã a nobis
diabolicas ⁊ noxias poteſtates.⌊ Seon regem amorreoꝝ.⌋ numeri.21
Germen inutile vel tẽptationẽ calentẽ: qd̃ interpretatur ſeon:
regẽ amaricantiũ: qd̃ interpretatur amorreoꝝ.⌊ Et og regem Ibidem.
baſan.⌋ Coacervantẽ qd̃ interpretatur og: ⁊ regẽ confuſio-
nis qd̃ interpretatur baſan. Quid enĩ coaceruat diabolus niſi
confuſionẽ?⌊ Et dedit terrã eoꝝ hereditatez: Hereditatem Joſue.13.
iſrael ſeruo ſuo.⌋ Dat etiã quos diabolus poſſidebat here-
ditatem ſemini abrae: qd̃ eſt chriſtus.⌊ Quia in humilitate
nr̃a memor fuit noſtri. Et redemit nos ab inimicis nr̃is:⌋
Sanguine vnigeniti ſui.⌊ Qui dat eſcaz omni carni:⌋ Hoc
eſt omni humanõ generi: nõ tñ iſraelitarũ: ſed et gentiũ: De
qua eſca dicitur: Caro mea vera eſt eſca.⌊ Cõfitemini deo ce- Joan.6.
li: qm̃ in eternũ miſericordia eius. Confitemini dño dñoꝝ
qm̃ in eternũ miſericordia eius.⌋ Qd̃ hic ait: deo celi: credo
aliter dicere voluit qd̃ ſupra iã dixerat: deo deoꝝ. Nã qd̃ ibi
deinde ſubiunxit: hoc etiã hic repetiuit. Cõfitemini domino
dñoꝝ. Sed ⁊ ſi ſunt qui dicũtur dij: ſiue in celo ſiue in terra: 1.Cor.8.
quemadmodũ ſunt dij multi ⁊ dñi multi: ſed nobis vnus eſt
deus pater: ex quo omnia ⁊ nos in ipſum: et vnus dñs ieſus
chriſtus per quẽ omnia ⁊ nos per ipſum: cui confitemur: qm̃
in eternum miſericordia eius.

¶ Explicit Tractatus de pſ̃.cxxxv.

¶ Incipit Tractatus de pſ̃.cxxxvi.

¶ Prefatio.

OBlitos vos eſſe nõ arbitror: cõmẽdaſſe nos vobis: im-
mo cõmemoraſſe qd̃ omnis eruditus in ſancta eccleſia
noſſe debet vnde ciues ſimus: ⁊ vbi peregrinemur: ⁊ peregri-
nationis noſtre cauſam eſſe peccatũ: reuerſionis aũt munus
remiſſionem pctõꝝ ⁊ iuſtificationẽ gratie dei: duas ciuitates
ꝑmixtas ſibi interim corpore: ⁊ corde ſeparatas currere per
iſta volumina ſeculoꝝ vſq; in finẽ. Audiſtis ⁊ noſtis vnã cui fi-
nis eſt pax eterna: ⁊ vocatur hieruſalẽ: alterã cui gaudium eſt
pax tẽporalis: ⁊ vocatur babylonia. Interpretationes etiã no-
minum (ſi nõ fallor) tenetis: hieruſalẽ interpretari viſionem
pacis: babyloniã confuſionẽ. Hieruſalẽ in babylonia captiua
tenebatur nõ tota: ciues enĩ eius ⁊ angeli ſunt: ſed qd̃ attinet
ad homines ꝑdeſtinatos in gloriã dei: futuros per adoptio-
nem coheredes chriſti: quos de ipſa captiuitate redemit ſan-
guine ſuo: Particulã ergo iſtã ciuitatis hieruſalẽ captiuam
teneri in babylonia ꝑ peccato: incipere aũt inde exire prius
corde per confeſſionẽ iniquitatis ⁊ charitatẽ iuſtitie: deinde
poſtea in fine ſeculi etiaz corpore ſeparandã: cõmẽdauimus
in eo pſalmo quẽ primo hic cũ veſtra dilectiõe tractauimus:
qui ita incipit: Te decet hymnus deus in ſion: ⁊ tibi reddetur Pſ̃.64.
votũ in hieruſalem: Hodierna aũt die decantauimus.

¶ Expoſitio pſalmi. B

SUper flumina babylonis † illic ſedimus ⁊ fleuimus: dũ Alĩs † ibi.
recordaremur † ſion.⌋ Uidete quia in illo dictũ eſt: Te de- Alĩs † tui.
cet hymnus deus in ſion: hic aũt: Super flumina babylonis Pſ̃.64.
illic ſedimus ⁊ fleuimus: cũ recordaremur ſion: Illa ſion vbi
decet hymnus deum. Que ſunt ergo flumina babylonis: et
quid eſt noſtrũ ſedere ⁊ flere in recordatione ſion? Si enim
ciues inde ſumus: nõ tñ hoc cantamus: ſed ⁊ agimus. Si ci-
ues ſumus de hieruſalẽ: id eſt de ſion: ⁊ in iſta vita: in iſta cõ-
fuſione huius ſeculi: in iſta babylonia nõ ciues habitamus:
ſed captiui detinemur: oportet vt nõ tñ iſta decãtemus: ſed
et faciamus affectu cordis pio: religioſo deſiderio eterne ci-
uitatis: Habet ⁊ hec ciuitas que babylonia dicitur amatores
ſuos cõſulẽtes paci tẽporali: ⁊ nihil vltra ſperãtes: totumq;
gaudiũ ſuũ

gaudiū ſuū ibi figētes: ⁊ ibi ſimentes: ⁊ vidimus eos pro re
publica terrena plurimū laborare: Sꝫ ⁊ in ea quicūqꝫ fideli-
ter verſant: ſi nō ibi appetāt ſuperbiā ⁊ periturā elationem
ocioſamqꝫ iactātiam: ſed verā fidē exhibeāt: quā poſſunt: q̄-
diu poſſunt: quibus poſſunt: ad quantū vident terrena: ⁊ ad
quantū intelligūt ſpeciē ciuitatis: nō eos ſinit deus perire in
babylonia. Predeſtinauit enim eos ciues hieruſalē. Intelli-
git captiuitatē eoꝝ deus: ⁊ oſtēdit illis aliā ciuitatē: cui vere
debeant ſuſpirare: pro qua debeāt cuncta conari: ad quā ca-
peſcendā debeant ciues ſuos ſecū peregrinos quantū value-
Luce.16. rint adhortari. Propterea dicit dn̄s ieſus chriſtus: Qui in mo-
C dico fidelis eſt: ⁊ in magno fidelis eſt. Et rurſum dicit: Si in
alieno fideles nō fuiſtis: veſtrū q̄s dabit vobis? Tñ chariſſimi
attēdite flūina babylonis. Flumina babylonis ſunt: oīa q̄ hic
amant ⁊ trāſeūt. Neſcio quis amauit (verbi gratia) agricultu-
ram ipſam exercere: inde diteſcere: ibi occupare animū: inde
percipere voluptatē: attendat exitū: ⁊ videat illud qđ ama-
uit nō eſſe fundamentū hieruſalē: ſed fluuiū babylonis. Alius
dixit: Magna res militare: Omnes agricole formidant eos
qui militant: obſequunt eis: tremūt eos: Si fuero agricola:
timebo militarē: ſi fuero militaris: timebor ab agricola. O
inſane: in aliū te babylonis fluuiū precipitaſti ⁊ turbulentio-
rem ⁊ rapaciorē: ⁊ cū tu timeri vis a minore: time maiorē po-
teſtatem: te ipſe maior fieri poteſt ſubito qui te timet: nunq̄
aūt erit minor quē debes timere. Aduocatū eſſe inquit ma-
gna res eſt: potētiſſima eloquentia in omībus habere ſuſpe-
ctos: pendētes ex lingua diſerti patroni ſui: ⁊ ex eius ore ſpe-
rantes: vel dāna: vel lucra: vel mortē: vel vitā: vel perniciem:
vel ſalutē. Neſcis quo te miſeris. Alius ⁊ iſte fluuius babylo-
nis eſt: ⁊ qđ multū ſonat ſtrepitus aque in ſaxa percutit. At-
tende q2 fluit: percutit: attēde q2 labit: ⁊ ſi attendas q2 fluit
et labitur: caue q2 trahit. Nauigare inquit alius ⁊ negociari
magnū eſt: ſcire multas prouincias: lucra vndiqꝫ capere: non
eſſe obnoxiū in ciuitate alicui potenti: ſemper peregrinari: ⁊
diuerſitate negocioꝝ nationū animū paſcere: ⁊ augmētis lu-
crorum ditatē remeare. Fluuius eſt ⁊ iſte babylonis. Lucra
tua quando ſtabūt? qñ preſumpturus: qñ ſecurus eris ex his
que acquiris? Quanto eris ditior: tāto timidior. Uno naufra-
gio nudus exiſti: ⁊ recte te plangis in flumina babylonis: q2
noluiſti ſedere ⁊ flere ſuper flumina babylonis. Alij ergo ci-
ues ſancte hieruſalē intelligentes captiuitatē ſuā: attendūt
humana vota: ⁊ diuerſas hominū cupiditates hac atqꝫ illac
rapientes: trahentes: impellētes in mare: vident hec ⁊ non
ſe mittūt in flumina babylonis: ſed ſedent ſuper flumina ba-
bylonis: ⁊ flent ſuper flumina babylonis: vel illos qui rapiū-
tur: vel ſeipſos qui in babylonia eſſe meruerunt: ſedentes tñ
D hoc eſt humilitate humiliati. Super flumina ergo babylo-
nis illic ſedimus ⁊ fleuimus: cū recordaremur ſion. O ſancta
ſion: vbi totū ſtat ⁊ nihil fluit: Quis nos in iſta precipitauit?
Quare dimiſimus conditorē tuū ⁊ ſocietatē tuā? Ecce inter
fluentia ⁊ labētia cōſtituti: vix quiſqꝫ raptus a flumine: ſi te-
nere lignum potuerit euadet. Humiliati ergo in captiuitate
noſtra ſedeamus ſuper flumina babylonis: non nos audea-
mus in illis fluminibus p̄cipitare: nec nos audeamus in no-
ſtre captiuitatis malo atqꝫ triſtitia nos ſuperbe erigere: ſed
ſedeamus ⁊ ſic fleamus. Sedeamus ſuper flumina babylo-
nis: non infra flumina babylonis: talis ſit humilitas noſtra:
vt nos nō mergat. Sede ſuper flumina: noli in flumine: noli
ſub flumine: ſed tñ ſede humilis loquere nō quō in hieruſa-
lem. Ibi eñ iam non ſtabis: q2 de ipſa ſpe loquit alius pſal-
Ps̄.121. mus: et cantat dicens: Stantes erant pedes noſtri in atrijs
tuis hieruſalē. Ibi erigeris ſi te hic penitendo ⁊ confitendo
E humiliaueris. In atrijs ergo hieruſalē ſtantes erant pedes
noſtri: Super flumina vero babylonis ſedimus ⁊ fleuimus
cū recordaremur ſion. Inde oportet fleas recordādo ſion.
Multi enim flent fletu babylonico: q2 ⁊ gaudent gaudio ba-
bylonis. Quia gaudent lucris: ⁊ flent dānis: vtrūqꝫ de baby-
lonia eſt. Flere debes: ſed recordando ſion. Si recordando
ſion fles: et quando tibi ſm babyloniam bene eſt oportet vt
Ps̄.114. fleas. Propterea dicitur in quodam pſalmo: Tribulationē
et dolorem inueni: ⁊ nomen domini inuocaui. Quid eſt qđ di-
cit: inueni? Neſcio quam tribulationem quaſi querendā in-
uenit tanq̄ queſitam. Et cum inueniſſet: quo lucro inuenit?

Nomen dñi inuocauit. Multū intereſt vtrum inuenias tri- Ibidem.
bulationē: an inueniaris a tribulatione. Dicit eñ alio loco: Ps̄.17.
Dolores inferni inuenerunt me. Quid eſt: inuenerūt me do-
lores inferni? Quid eſt: tribulationē ⁊ dolorē inueni? Quan-
do te repēte occupat triſtitia perturbatis tibi rebus ſecula-
ribus quibus te oblectabaris: ⁊ quibus delectabaris: quādo
te repentina ipſa inuenit triſtitia: vnde te nō putabas poſſe
fieri triſtē: accidit: ⁊ triſtis efficeris: inuenit te dolor inferni.
Te enim ſurſum putabas: verūtamen deorſum eras: et cū te
dolor inferni inueniret: ibi te inueniſti deorſum qui ſurſum
putabas te eſſe. Inueniſti eñ te dolore affectū grauiter tri-
ſtitia alicuius mali: vnde forte preſumpſeras te nō fore triſtē
inuenit te dolor inferni. Cum aūt bene eſt tibi: arrident om-
nia ſecularia: nullus tuorum obijt nihil in vinea tua forte vel
aruit: vel grandinatū eſt: vel ſterile apparuit: nō aceuit cupa
tua: nō abortū paſſum eſt pecus tuū: non exhonoratus es in
aliqua dignitate ſm ſeculū cōſtitutus: Undiqꝫ amici tui ⁊ vi-
uunt ⁊ ſeruant tibi amicitiā: clientes nō deſunt: filij obſequū-
tur: ſerui cōtremiſcunt: coniunx concors: felix dicitur domus
ibi inuenis tribulationē ſi aliquando potes: vt inuenta tribu-
latione: inuoces nomen dñi. Peruerſum aliquid videt doce- F
re ſermo diuinus: flere in letitia: ⁊ in merore letari. Audi in
merore letantē: Gloriamur inquit in tribulationibus. Flentem Ro.5.
aūt in letitia vide ſi inuenit tribulationē. Attendat quiſq̄ ip- Ps̄.114.
ſam felicitatem ſuā qua exultauit anima eius: ⁊ timuit quo-
dammodo gaudio ⁊ extulit ſe: ⁊ dixit: Felix ſum: Attēdat ſi
non fluat illa felicitas: ſi poteſt certus eſſe de illa q2 manet
in eternū. Si aūt non eſt certus ⁊ videt fluere vnde gaudet:
fluuius babylonis eſt: ſedeat ſupra ⁊ fleat. Sedebit autem ⁊
plorabit ſi recordatus fuerit ſion. O pax illa quā videbimus
apud deū: O pax illa ſancta equalitas angeloꝝ: O illa viſio
ſpectaculū pulchrum. Ecce in babylonia pulchra ſunt que te-
nent: nō te teneant: non decipiant. Aliud eſt ſolacium capti-
uorum: aliud gaudium liberoꝝ. Super flumina babylonis il-
lic ſedimus ⁊ fleuimus cū recordaremur ſion. In ſalicibus G
in medio eius: ſuſpendimus organa noſtra. Habent orga-
na ſua ciues hieruſalem: ſcripturas dei: precepta dei: promiſ-
ſa dei: meditationē quandā futuri ſeculi: Sed cum agunt in
medio babylonie: organa ſua in ſalicibus eius ſuſpendunt.
Salyces ligna ſunt infructuoſa: ⁊ hoc loco ita poſita: vt non
aliquid boni poſſit intelligi de ſalicibus. Alibi autem forſitā
poteſt: Modo ligna intelligi ſterilia: naſcētia ſuper flumina
babylonis. Rigantur hec ligna de fluminibus babylonie: et
nullū fructū ferunt. Sicut ſunt homines cupidi: auari: ſteri-
les in omni opere bono: ita ciues babylonie vt etiā ligna ſint
illius regionis: ex iſtis voluptatibus rerū tranſeuntiū paſcū-
tur: tanq̄ irrigata a fluminibus babylonie: Queris fructum
et nuſq̄ inuenies. Quādo tales patimur: verſamur cum eis
qui ſunt in medio babylonis. Multū enim intereſt inter me- H
dium babylonis: ⁊ exteriora babylonie. Sunt qui nō ſunt in
medio eius: ideſt non tanta cōcupiſcentia ſeculi ⁊ delectatio-
nibus obruuntur. Qui vero (vt aperte dixerim et breuiter)
multū mali ſunt: in medio babylonis ſunt: ⁊ ligna ſunt ſteri-
lia: tanq̄ ſalices babylonis. Quando illos videmus: ⁊ tā ſte-
riles eos inuenimus: vt difficile nobis appareat in eis aliq̄d
vñ poſſint duci ad fidem rectā: vel ad bona opera: vel ad ſpē
futuri ſeculi: vel ad concupiſcentiā liberationis a captiuita-
te mortalitatis: ſcripturas nouimus quas eis dicamus: Sed
quia nullū fructū in eis inuenimus vnde incipiamus: auerti-
mus ab ipſis faciē: ⁊ dicimus: Adhuc iſti non ſapiunt: nō ca-
piunt: q2 quicq̄d illis dixerimus: ſiniſtrum ⁊ aduerſum habe-
bunt. Ergo differendo circa eos ſcripturas: ſuſpendimus or-
gana noſtra in ſalicibus. Nō enim dignos habemus qui or-
gana noſtra portent. Non ergo eis organa noſtra inferendo
alligamus: ſed differendo ſuſpendimus. Salyces enim ſunt
babylonie ligna infructuoſa: paſta in temporalibus volupta-
tibus: tanq̄ fluminibus babylonie. Et videte ſi non hoc ſe-
quitur pſalmus. In ſalicibus inquit in medio eius: ſuſpendi-
mus organa noſtra. Quoniam illic interrogauerūt nos Al' Quia
qui captiuos duxerunt nos verba canticorum: Et qui ab- I
duxerunt nos hymnum: Subaudis interrogauerunt nos Al' cātico-
Uerba canticorum ⁊ hymnum interrogauerūt nos qui capti- rum.
uos duxerūt nos. Qui nos duxerūt captiuos? Fratres quos

ſenſimus aliquando captiuatores noſtros? Senſit quidē il-
la hieruſalem babylonios:perſas:chaldeos:et illarum gen-
tium ⁊ regionum homines captiuatores ſuos:⁊ hoc poſtea:
non quando iſti pſalmi cantabantur. Sed iam diximus cha-
ritati veſtre omnia que ſm literam in illa ciuitate continge-
bant:figuras noſtras fuiſſe:Et facile poteſt demonſtrari ca-
Sap.7. ptiuos nos eſſe. Non reſpiramus iam in auras illius liberta-
tis:non enim fruimur puritate veritatis:⁊ illa ſapientia que
in ſeipſa manens:innouat omnia. Delectationibus tempora-
lium rerū temptamur:⁊ colluctamur quotidie cū ſuggeſtio-
nibus illicitarum voluptatum. Vix reſpiramus vel in oratio-
ne:⁊ captiuos nos eſſe intelligimus: Sed qui nos captiuos
duxerūt? Qui homines? Que gēs? Quis rex? Si redimimur
captiui eramus. Quis nos redemit? Chriſtus. A quo nos re-
demit? A diabolo. Diabolus ergo ⁊ angeli eius captiuos nos
duxerunt:nec ducerent niſi conſentientes: Nos ducti ſumus
R captiui. Captiuatores noſtri dixi q̇ ſint. Ipſi ſunt etiā latro-
Luce.10. nes vulnerantes illum viatorem qui deſcendit ab hieruſalē
in hiericho: quem ſauciatum ſemiuiuum reliquerunt: Hunc
ille cuſtos noſter:ideſt ſamaritanus: Samaritanus enim cu-
ſtos interpretatur: cui obiectum eſt a iudeis:⁊ dictum: Nō-
Ioan.8. ne verum dicimus quia ſamaritanus es ⁊ demoniū habes?
Et ille obiectorum duorum vnum reſpuit ⁊ vnū tenuit: Ego
inquit demoniū non habeo: Non autem dixit:ego nō ſum ſa-
maritanus. Si enim ille ſamaritanus non cuſtodierit: vtiq̄
perimus. Samaritanus ergo tranſiens vidit ſauciatum et
vulneratum derelictum a latronibus: ⁊ ſicut noſtis collegit.
Sicut enim aliqui latronū nomine ponuntur qui nobis pla-
gas peccatorum inflixerunt:iam per noſtre captiuitatis con-
ſenſionem:ſic et captiuatores noſtri ipſi dicuntur. Iſti ergo
qui captiuos duxerunt nos diabolus ⁊ angeli eius: quando
nos duxerunt? Et que nos interrogauerūt verba cantionū?
L Quid ergo? Intelligimus quecunq̄:quia cum tales nos in-
terrogant in quibus diabolus operatur:intelligendus eſt ip-
Ephe.2. ſe nos interrogare qui in eis operatur. Apoſtolus dicit: Et
vos cū eſſetis mortui in delictis ⁊ peccatis veſtris:cū viuere-
tis in illis ſm ſeculū mundi huius:ſm principē poteſtatis ae-
ris huius:ſpiritus qui nunc operabatur in filijs diffidētie: in
quibus ⁊ nos inquit aliquando conuerſati ſumus: Oſtendit
ſe redemptum de babylonia et cepiſſe iam exire: ſed tamen
adhuc quid dicit? Quia cum hoſtibus noſtris confligimus:⁊
ne iraſcamur hominibus qui nobis ingerunt perſecutiones:
tulit intentionem noſtram Apoſtolus ab odio hominū:⁊ di-
rexit in luctam quorundam ſpirituum quos non videmus:
Ephe.6. et cum ipſis confligimus. Ait enim: Non eſt nobis collucta-
tio aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ideſt aduerſus homines
quos videtis:a quibus mala videmini pati: qui vobis impor-
tant perſecutiones: Nā pro ipſis orare precepti ſumus. Nō
eſt in nobis inquit colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē .i.
aduerſus hoīes ſ; aduerſus principes ⁊ poteſtates: ⁊ recto-
res mūdi tenebrarū harū. Quē dixit mūdi? Dilectores mundi.
Quos dixit dilectores mūdi:hos appellauit ⁊ tenebras.i.ini-
Ephe.5. quos: ſceleratos:infideles:peccatores: Quibus iam credēti-
bus gratulatur hoc modo vt dicat: Fuiſtis enim aliquando
tenebre:nunc autem lux in domino. Ergo conſtituit nos lu-
ctam habere cum illis principibus:ipſi nos duxerunt capti-
Ioan.13 M uos. Quomodo autem diabolus intrauit in cor iude vt tra-
deret dominum:non autem intraret niſi ille locum daret:ſic
multi mali homines de media babylonia per deſideria car-
nalia ⁊ illicita locum dando diabolo ⁊ angelis eius in cordi-
bus ſuis:vt in illis ⁊ de illis operetur:aliquando interrogāt
nos:⁊ dicunt nobis:Exponite nobis rationem. Pagani ple-
riq̄ dicunt iſta nobis : Exponite nobis ratione quare venit
chriſtus:⁊ quid profuit chriſtus generi humano? Aliquando
interrogant nos ⁊ dicunt nobis: Nonne ex quo venit chriſtus
peiora ſunt in rebus humanis q̄ fuerant antea: et feliciores
tunc erant res humane q̄ modo? Dicāt nobis chriſtiani:quid
boni attulit chriſtus vnde feliciores putent res humanas q̄
venit chriſtus? Vides enim ſi theatra ⁊ amphitheatra ⁊ circi
ſtarent incolumes : ſi nihil caderet de babylonia: ſi vbertas
eſſet circumfluentium voluptatum hominibus cantaturis et
ſaltaturis ad turpia cantica:ſi libido ſcortantium ⁊ meretri-
cantium habet et quietem et ſecuritatem : ſi non timeret fa-
mem in domo ſua qui clamat vt pātomini veſtiantur. Si hec
oīa ſine labe: ſine perturbatione aliqua fluerēt: vt eſſet ſe-
curitas magna nugarum:felicia eſſent tempora:et magnam
felicitatem rebus humanis chriſtus attuliſſet. Quia ve-
ro ceduntur iniquitates: vt extirpata cupiditate plantetur
charitas hieruſalem:quia miſcentur amaritudines vite tem-
poralis:vt eterna deſideretur:quia erudiuntur in flagellis ho-
mines paternam accipientes diſciplinam:ne iudiciariā inue-
niant ſententiam:nihil boni attulit chriſtus:et labores attu-
lit chriſtus: Et incipis dicere homini quanta bona fecit chri-
ſtus ⁊ non accipit. Proponis enim illi eos qui faciunt quod
modo audiſtis in euangelio:vendunt omnia ſua:⁊ dant pau- Mat.19.
peribus vt habeant theſaurum in celis ⁊ ſequantur dominū
Dicis illis: Ecce quod attulit chriſtus. Quā multi faciūt iſta
vt diſtribuant res ſuas egenis:⁊ fiunt pauperes:non neceſ-
ſitate:ſed voluntate:ſequentes deum:ſperantes regnum ce-
lorum: Irrident iſti quaſi ſtultos et talia inquiunt bona attulit N
chriſtus vt perdat homo res ſuas:⁊ cū dat egenis remaneat
egenus? Quid ergo facies? Bona chriſti nō capis. Alius enī
te impleuit qui aduerſarius eſt chriſto: cui dediſti locum in
corde tuo. Priora tempora reſpicis :⁊ quaſi letiora tibi vidē-
tur fuiſſe tempora priſtina:que ſic erant tanq̄ oliue penden-
tes in arbore ducentibus ventis quaſi quadam libertate au-
re perfruentes vago quodam deſiderio ſuo. Ventum eſt vt
oliua mitteretur in torcular. Non enī ſemper pendere habe-
bat in arbore:iam finis eſt anni: Non ſine cauſa inſcribuntur
pſalmi quidam pro torcularibus: In arbore libertas: in tor- pſ.8.⁊.80
cularibus preſſura. Cum enim res humane conteruntur et et.83.
premuntur:attendis quia creſcit auaricia:attende quia cre-
ſcit ⁊ cōtinentia. Quare tā cecus es: vt amurcā fluentē per
plateas videns:oleum in gemellaria non videas? Et hoc nō
ſine cauſa. Qui male enī verſant:publice noti ſunt. Qui aūt
ſe cōuertunt ad deū:⁊ a ſordib⁹ malarū cupiditatū purgant:
occulti ſunt:quia ⁊ in ipſo vel ex ipſo fiunt torculari: Amurca
aperte fluit:oleum occulte eliquatur. Acclamatis ad iſta: et
gaudetis ad iſta:quia iam poteſtis ſedere ſuper flumina ba-
bylonis ⁊ flere. Illi autem qui captiuos duxerunt nos quan-
do intrant in corda hominum ⁊ interrogant nos per linguas O
eorum quos poſſident:⁊ dicunt nobis: cantate nobis verba
canticorum: Reddite nobis rationem aduētus chriſti:⁊ que
eſt alia vita? Volo credere:doce me rationē: Quare mihi im-
peras vt credam: Reſpondeo illi:⁊ dico: O homo:quomodo
non vis tibi imperem vt credas? Plenus es malis cupidita-
tibus. Si bona dicam illa hieruſalem:non ea capis: oportet
vt exinaniaris quo plenus es:vt poſſis impleri quo inanis es.
Ergo noli facile huic aliquid dicere:lignum eſt ſalicis: lignū
eſt ſterile. Noli percutere organum vt ſonet:ſuſpēde potius
Sed ille dicturus eſt: Dic mihi:cāta mihi:redde mihi rationē.
Non vis inquit vt dicam non bono animo audis: non ſic pul-
ſas vt tibi dignum ſit aperiri. Ille te impleuit qui me capti-
uum duxit:ipſe me interrogat de te: Aſtutus eſt:doloſe que-
rit: Non querit quid diſcat:ſed quid reprehendat. Ergo ego
non dicam ſuſpendam organum meum. Sed quid dicturus
eſt adhuc? Cantate nobis verba canticorum: cantate nobis
hymnum:⌊ Cantate nobis de canticis ſion. ⌋ Quid reſpon-
demus? Babylonia te portat:babylonia te continet:babylo-
nia te nutrit:babylonia de te loquitur: Non noſti capere ni-
ſi quod fulget ad tempus: eterna meditari ignoras :non ca-
pis quod interrogas. ⌊ Quomodo cantabimus canticū do-
mini : in terra aliena? ⌋ Vere fratres ſic eſt. Incipite velle
predicare veritatem quantulamcunq̄ noſtis:⁊ videte q̄ ne- P
ceſſe ſit vt tales patiamini irriſores et exactores veritatis:
plenos falſitatis. Reſpondete illis exigentibus a vobis que
capere non poſſunt : et dicite ex fiducia ſancti cantici veſtri:
Quomodo cantabimus canticū domini in terra aliena. Sed
vide quomodo verſeris inter eos o popule dei:o corpus chri-
ſti:o generoſa peregrinatio:non es hinc:aliunde es: Ne cu-
illi qui tibi dicunt: Cantate nobis verba canticorum:dicite no-
bis hymnum:cantate nobis de canticis ſion:quaſi amentur
a te:⁊ affectas amicitias eorum: ⁊ times talibus diſplicere:
incipiat te delectari babylonia:et obliuiſcaris hieruſalem.

Hoc ergo timens vide quid ſubijciat: vide quid ſequatur.
Paſſus eſt eni homo iſte qui cātabat: ⁊ iſte homo nos ſuū ſi
volumus: Paſſus eſt vndiq̄ talia interrogantes et adula-
tione blandientes: mordaciter reprehendentes: falſo laudā-
tes: qđ non capiunt exigentes: quo plení ſunt fundere nolē-
tes: Et inter turbas talium tanq̄ periclitans: erexit animū
ad recordationem ſion: ⁊ conſtrinxit ſe talis anima iuratione
Q quadā: ⁊ ait: [Si oblitus fuero tui hieruſalem.] Inter ver-
ba captiuantium: inter verba doloſorum: inter verba male in-
terrogantium: querentium et diſcere nolentium. Ecce inde
Mat. 19. erat ciuis ille qui dominum interrogauit: Magiſter bone:
quid faciam vt vitam eternā conſequar? Nonne de vita eter-
na querens: quaſi canticum ſion interrogauit? Serua man-
data ait illi dominus. Et ille de faſtu cum audiſſet reſpon-
dit. Iam omnia hec inquit impleui a iuuentute mea. Et do-
minus dixit illi quiddam de canticis ſion: ⁊ nouerat qđ non
caperet: ſed exemplum dedit nobis quomodo multi querāt
quaſi conſilium ad vitam eternam: ⁊ tandiu nos laudant ꝗ͛-
diu reſpondeamus quod querunt. Dedit de illo documen-
tum tanq̄ nobis dicturis aliquando talibus hominibus:
Ibidem. Quomodo cantabimus cāticum domini in terra aliena? Ec-
ce ait. Vis eſſe perfectus? vade vende omnia que habes ⁊ da
pauperibus: ⁊ habebis theſaurum in celo: ⁊ veni ſequere me
Vt diſcat multa cantica de canticis ſion: prius impedimen-
Vbi. ſ. ta reijciat: expeditus ambulet: ne vllo onere pregrauetur: et
diſcet aliquid de canticis ſion. Ille autem contriſtatus ab-
ceſſit dicamus poſt illum: Quomodo cantabimus canticum
domini in terra aliena? Et ille quidem diſceſſit: ſpem tamen
diuitibus dominus dedit. Nam contriſtati diſcipuli dixerūt:
Quiſnam poteſt ſaluus fieri? Et reſpondit eis. Quod homi-
R nibus impoſſibile eſt: facile eſt deo. Habent enim et diuites
quendam modum ſuum: ⁊ acceperunt canticum de ſion: can-
1. Thi. 6. ticum de quo Apoſtolus dicit: Precipe diuitibus huius ſecu-
li non ſuperbe ſapere: neq̄ ſperare in incerto diuitiarū: ſed
in deo viuo qui preſtat nobis omnia abundanter ad fruen-
dum: Adiungens quid debeant agere: iam tangit organa:
Ibidem. non ſuſpendit: Diuites ſint in operibus bonis: facile tribuāt
communicent: theſaurizent ſibi fundamentum bonum in fu-
turum: vt apprehendant veram vitam. Hoc canticum de cā-
ticis ſion diuites acceperunt: Primo non ſuperbe ſapere. Ex-
tollunt enim diuitie: ⁊ quos extollunt: flumina illa extollūt.
Quid ergo his precipitur? Ante omnia non ſuperbe ſapere:
Quod faciunt diuitie: hoc caueant in diuitijs: Caueant in di-
uitijs ſuperbiam. Ipſum enim malum eſt quod important
maxime diuitie incautis hominibus. Non enim aurum ma-
lum eſt quod deus condidit: ſed malus eſt homo auarus re-
linquens creatorem conuerſus ad creaturam. Hoc ergo ſibi
precaueat ne ſit ſuperbus: ⁊ ſuper fluuiū babylonis ſedeat.
Hoc ergo illi dictum eſt: Non ſuperbe ſapere. Ergo ſedeat
neq̄ ſperet in incerto diuitiarum. Ergo ſuper flumina ba-
bylonis ſedeat. Si enim ſperauerit in incerto diuitiarū tra-
hitur a flumine babylonis. Si vero humiliauerit ſe ⁊ non ſu-
perbierit: ⁊ non ſperauerit in incerto diuitiarum: ſedet: ⁊ ſu-
per fluuium: ſuſpirat eterne hieruſalem recordatus ſion: et
vt perueniat ad ſion erogat. Ecce habes cāticum quod diui-
tes acceperunt de canticis ſion: Operentur: tangant orga-
num: non vacent: cum inuenerint hominem dicentem ſibi:
Quid eſt quod agis? Perdis res tuas tanta erogando: the-
ſauriza filijs tuis. Cum viderint non capere: ⁊ intellexerint
lignum eſſe ſalicis: non facile dicāt quare agant: ⁊ quid agāt
ſuſpendāt organa in ſalicibus babylonis. Preter ſalices au-
tem cantent: non ceſſent: operentur. Non enim perdunt qđ
erogant. Seruo commendant ⁊ tutum eſt: chriſto commen-
dant ⁊ perit? Audiſtis canticum diuitum de canticis ſion: au-
1. Thi. 6. dite ⁊ canticum pauperum. Idem Apoſtolus loquitur: Ni-
S hil intulimus in hunc mundum: ſed nec auferre aliquid poſ-
Ibidem. ſumus: Victum ⁊ tegumentum habentes his cōtenti ſimus.
Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in temptationem et
deſideria multa: ſtulta ⁊ noxia: que mergunt hominem in in-
Vbi. ſ. teritu ⁊ perditionē. Hec ſunt flumina babylonis. Radix eſt
enim omnium malorum auaricia: quam quidam appetētes
naufragauerunt a fide: et inſeruerunt ſe doloribus multis.

Ergo contraria ſunt iſta cantica? Non ſunt contraria. Vi-
dete quid diuitibus dictū ſit? Non ſuperbe ſapere: neq̄ ſpe- 1. Thi. 6.
rare in incerto diuitiarum: bona operari: tribuere: theſauri-
zare ſibi fundamentum bonum in futurum. Pauperibus au-
tem quid dictum eſt? Qui volunt diuites fieri: incidunt in tē- Ibidem.
ptationem. Nō dixit qui diuites ſunt: ſed qui volunt diuites
fieri. Nam ſi iam diuites eſſent: alterum canticum audirent.
Diues audit vt eroget: pauper aūt audit ne deſideret. Sed
cum inter tales verſamini qui non capiunt canticum ſion: ſu-
pendite (vt dixi) organa in ſalicibus in medio eius: differte
que dicturi eſtis. Incipiant eſſe ligna fructuoſa: mutant ar-
bores: ⁊ habebunt fructum bonum: Ibi iam licet nobis can-
tare in aures audientium. Sed cum inter iſtos obſtrepen-
tes: male interrogantes: veritati reſiſtentes verſamini: ob-
ſtringite vos non eis velle placere ne obliuiſcamini hieru-
ſalem: ⁊ dicat vna anima veſtra facta vna ex multis pace chri-
ſti: dicat ipſa captiua hieruſalem hic agens in terra: Si obli-
tus fuero tui hieruſalē: [† Obliuiſcat me dextera mea.] al' † obliuis
Vehementer ſe conſtringit fratres mei: obliuiſcatur me dex- oni detur.
tera mea: atrociter ſe obligauit. Dextera noſtra eſt vita T
eterna: ſiniſtra noſtra eſt vita tēporalis. Quicquid facis pro-
pter vitā eternā: dextera operatur. Si charitati vite eterne
in operibus tuis miſcueris concupiſcentiam vite temporalis
aut laudis humane: aut alicuius cōmodi ſecularis. cognouit
ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et noſtis eſſe in precé-
pto euāgelij: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Si Mat. 6.
oblitus ergo inquit fuero tui hieruſalē: obliuiſcatur me dex-
tera mea. Et vere ſic contingit. Prenunciauit: non optauit
Talibus qui obliuiſcuntur hieruſalem hoc contingit quod
dixit: Obliuiſcitur illos dextera eorum. Vita enim eterna
manet in ſe: illi remanent in delectatione temporali: et fa-
ciunt ſibi dexterum quod ſiniſtrum eſt. Intendite ad iſta V
fratres: Propter dexteram inſinuem hoc vobis: quantum Pſ. 120.
dominus donat ad ſalutem omniū. Meminiſtis fortaſſe hic k. et. l.
me aliquando tractaſſe de quibuſdam qui qđ ſiniſtrum eſt
faciunt dexteram: id eſt qui temporalia bona plus habent et
in iſtis beatitudinē ponunt: ignorantes que ſit vera felicitas
vera dextera. Hos ſcriptura filios alienos dicit tanq̄ ciues
non hieruſalem: ſed babylonie. Dicit enim quodam loco
pſalmus: Domine libera me de manu filiorum alienorum: quo-
rum os locutum eſt vanitatem: ⁊ dextera eorum dextera ini- Pſ. 143.
quitatis. Sequitur enim et dicit: Quorum filij ſicut nouelle
conſtabilite: filie eorum ornate ſicut ſimilitudo templi: Cel-
laria eorum plena: eructantia ex hoc in hoc: Oues eorum fecū-
de: multiplicantes in exitibus ſuis: boues eorum craſſe: nō eſt
ruina ſepis: nec clamor in plateis eorum. Nunquid habere iſtā
felicitatem: hoc eſt peccare? Nō: ſed facere illā dexterā cū ſit
ſiniſtra. Propterea ſecutus quid ait? Beatū dixerunt popu- Vbi. ſ.
lum cui hec ſunt. Ecce vnde locutū eſt os eorū vanitatem q̄
beatum dixerunt populū cui hec ſunt. Tu quidē qui docebis
hieruſalem: qui non obliuiſceris hieruſalem: ne obliuiſcatur
te dextera tua: ecce illi qui locuti ſunt vanitatem: beatum di-
xerunt populum cui hec ſunt: dic mihi tu canticū ſion. Bea- Pſ. 143.
tus inquit populus cuius eſt dominus deus ipſius: Interro-
gate corda veſtra fratres: ſi deſideratis bona dei: ſi deſidera-
tis ciuitatem illam hieruſalem: ſi concupiſcitis vitam eter-
nam. Omnis iſta terrena felicitas ſiniſtra vobis ſit: illa ſit
dextera quam ſemper habebitis: Et ſi habueritis ſiniſtram:
nolite de ſiniſtra preſumere. Nonne corripis eum qui de ſini-
ſtra voluerit manducare? Si menſe tue iniuriam putas fieri
manducante conuiua de ſiniſtra: quomodo nō ſit iniuria mē-
ſe dei: ſi qđ dextrum eſt: ſiniſtrum feceris: ⁊ qđ ſiniſtrum eſt:
dextrum feceris? Quid ergo? Si oblitus fuero tui hieruſa-
lem: obliuiſcatur me dextera mea. [Adhereat lingua mea X
faucibus meis: † ſi non tui meminero:] Id eſt obmuteſcam Al' † ſi nō.
inquit niſi tui meminero. Vt quid eni non eſt loquit? vt quid
ſonat q̄ cantica ſion nō ſonat? Ipſa eſt lingua noſtra canticū
hieruſalē: Canticū delectationis ſeculi hui' lingua aliena: lin-
gua barbara eſt: quā in captiuitate didicim'. Ergo mut' erit
deo q̄ oblit' fuerit hierlm: Et parū ē meminiſſe: Nā ⁊ hoſtes
meminerūt ei' volētes eā euertere. Que ē ciuitas iſta dicūt q̄
ſunt chriſtiani? ⁊ q̄les ſunt xpiani? O ſi non eſſent chriſtiani.

Vicit iã captiuatura turba captiuatores ſuos:⁊ tamen mur
murant ⁊ ſeuiunt:⁊ volunt interficere apud ſe peregrinantē
Exod. j. ſanctam ciuitatē:ſicut voluit ipſum populū interficere pha
rao:quando maſculos natos occidebat:⁊ feminas relinque
bat.virtutes ꝑfocabat:concupiſcentias nutriebat. Parum
ergo eſt meminiſſe:vide quō memineris. Quedã enim cum
odio meminimus:quedã cū amore. Cū ergo dixiſſet: Si ob
litus fuero tui hieruſalē: obliuiſcatur me dextera mea:adhe
reat lingua mea faucibus meis: niſi tui meminero: addidit
Al† propo ſtatim: Si non † ꝑpoſuero hieruſalē in principio † iocū
ſuero. ditatis mee. Ibi eſt enim ſumma iocunditas vbi deo per
al† leticie. fruimur:vbi de fraternitate coherente: ⁊ ciuica ſocietate ſe
curi ſumus. Nullus ibi tēptator nos violabit: nullus vel ali
quam illecebram percellere poterit:nihil ibi delectabit: niſi
bonum. Morietur ibi omīs neceſſitas: orietur ibi ſumma fe
licitas. Si nō ꝑpoſuero hieruſalē in principio iocūditatis
mee. Et conuertit ſe ad dñm contra hoſtes ipſius ciuitatis.
Alſ† me- † Memento dñe filioꝝ edom. Edom ipſe dictus eſt qui
mor eſto. et eſau. Audiſtis eñ modo cū Apoſtolus legeret: Jacob di
y lexi:eſau aūt odio habui. Duo filij erant in vno vtero:ambo
Ro. 9. gemini i vtero rebecce:filij iſaac:⁊ nepotes abrae. Nati ſunt
Gen. 25. ambo:vnus ad hereditatē:alter ad exheredationē. Fuit
Gen. 27. aūt hoſtis fratris ſui iſte eſau:quia preuenit benedictionem
Gen. 25. eius filius minor:⁊ impletū eſt: Maior ſeruiet minori. Ma
ior ergo quis eſt:⁊ minor q̄s eſt? ⁊ quis eſt maior qui ſeruiet
minori:modo intelligimus. Maior videbat populus iudeo
rum:minor et tempore populus chriſtianorū. Et videte quo
modo maior ſeruiet minori. Illi portant codices:nos viuim⁹
de codicibus ipſorū. Sed vt generaliter de omnibus intelli
gatis fratres:maiorem ⁊ minorem: Maior dicitur homo car
nalis:⁊ minor dicitur homo ſpiritualis: quia prius carnalis
eſt:⁊ poſtea ſpiritualis. Habes Apoſtolum aperte dicētem:
1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus:ſecundus homo de celo ce
leſtis: Qualis terren⁹:tales ⁊ terreni:⁊ qualis celeſtis:tales
⁊ celeſtes: Sicut portauim⁹ imaginē terreni:portem⁹ ⁊ imagi
Ibidem. nem ei⁹ q̄ de celo eſt. Ibi aūt ſupra dixerat: Sed nō pri⁹ qđ
ſpūale eſt:ſed qđ aiale:poſtea ſpirituale. Animalē aūt eundē
dicit quē carnalem oſtendit. Homo qui naſcit̄ animalis eſſe
incipit:carnalis eſſe incipit. Si ſe cōuertat a captiuitate ba
bylonie:in reditu hieruſalem renouatur:⁊ fit renouatio que
dam ſm nouum ⁊ interiorem hominem: ⁊ fit minor tempo
• re:maior poteſtate. Ergo eſau omnes carnales: Jacob autē
z omnes ſignificat ſpirituales: Minores electi:maiores illi re
probati. Vult ⁊ ipſe eligi? ſiat minor. Edom autem appella
Gen. 27. tus eſt de cibo quodam lenticule rubro:ideſt roſeo quodam
cibo. Bene cocta erat lenticula defricata:cōcupiuit iſte eſau
a fratre ſuo iacob:⁊ ceſſit illi primatum ſuum: victus concu
Gen. 25. piſcentia manducande illius lenticule. Ille autem ceſſit ci
Ro. 9. bum voluptatis:⁊ ſumpſit honorem dignitatis. Ita ex pla
cito quodam inter eos factum eſt vt ille maior:ille minor fit
vt maior ſeruiret minori:⁊ appellatus eſt edom. Interpreta
tur autem quantum dicunt qui illã linguam nouerūt:edom
ſanguis. Nam et punice edom ſanguis dicitur. Noli mirari.
1. Cor. 15. Ad ſanguinem pertinent omnes carnales: Caro et ſanguis
regnum dei non poſſidebunt. Non illuc pertinet edom: per
tinet illuc iacob: quia caruit cibo carnali ⁊ ſumpſit honorem
ſpiritualem: Ille vero factus eſt inimicus. Omnes carnales
ſpiritualibus inimici ſunt. Omnes tales concupiſcentes pre
ſentia:inſequuntur eos quos vident meditari eterna. Con
tra hos reſpiciens in hieruſalem:⁊ rogans deum vt eruatur
a captiuitate:quid dicit? Memento domine filiorum edom:
Libera nos a carnalibus:ab eis qui imitantur illum edom:
qui fratres maiores ſunt:ſꝫ hoſtes ſunt. Prius nati ſunt:ſed
poſterius nati vicerunt ad primatum:q꞉ concupiſcentia car
nis illos deiecit:contempta concupiſcentia illos erexit. Vi
uunt ⁊ inuident ⁊ perſequuntur: Memento domine filiorū
edom: In die hieruſalem. Diem hieruſalem quo labora
uit quo captiuata eſt:an diem illū felicitatis hieruſalē quo
Al† qui di liberatur:quo peruenit: quo eternitati ſociatur? Memento
cūt exina- inquit domine:noli obliuiſci filiorum edom. Quorū? † Di
nite exina centium euacuate euacuate:vſqꝫ dum fundamentū in ea.
nite vſqꝫ ad Iſtum ergo diē memento:quando euertere volebant illi hie
z ruſalem. Quãtas eñ perſecutiones paſſa eſt eccleſia: Quos

modo dicebant filij edom: ideſt carnales homines: ſubditi
diabolo ⁊ angelis eius: colentes lapides ⁊ ligna: ſequentes
concupiſcentiam carnis: Extinguite chriſtianos:tollite chri
ſtianos:nec vnus remaneat:euertite vſqꝫ ad fundamentum.
Nonne dicta ſunt hec? Et cum iſta dicerentur:perſequentes
improbati ſunt:martyres coronati ſunt. Dicentium euacuate
euacuate vſqꝫ dum ad fundamentū in ea. Filij edom dicūt:
Euacuate euacuate: et de⁹ dicit ſeruite. Cui⁹ verba poſſunt Gen. 25.
ſuperare:niſi dei q̄ dixit:quis maior ſeruiet minori? Euacua Ro. 9.
te euacuate vſqꝫ dum fundamentum in ea. Et conuertit ſe
ad illam. Filia babylonis † infelix. Infelix ipſa exulta- al† miſera
tione tua:ipſa preſumptione tua:⁊ inimicis tuis. Filia baby
lonis infelix. Ciuitas ipſa dicitur babylon:⁊ filia babylonis
quomodo hieruſalem ⁊ filia hieruſalem: ⁊ quomodo ſion et
filia ſion:hoc more appellatur eccleſia et filia eccleſie: Pro
pter ſucceſſionem dicitur filia:propter prelationem dicit̄ ma
ter. Fuit prima quedam babylonia:nūquid ipſe populus in
ea permanſit? Per ſucceſſionem babylonie facta eſt filia ba
bylonis. O filia babylonis infelix tu: Beatus q̄ retribuet
tibi retributionem tuam. Infelix tu:beatus ille. Quid eñ
tu feciſti:⁊ quid retribuetur tibi? Audi: Beatus q̄ retribuet
tibi retributionem tuam: Quam retribuiſti nobis. Quã
retributionem dicit? Ad hoc clauditur pſalmus. Beatus
qui tenebit: † ⁊ elidet † infantes tuos ad petram. Illam al† allidet al† paruulos
dicit infelicem:beatum autem qui retribuet ei retributionē
quam retribuit nobis. Querimus quam retributionē? Bea
tus inquit qui tenebit ⁊ elidet infantes tuos ad petram: Ip
ſa eſt retributio. Quid enim fecit nobis babylonia iſta? Iam
cantauimus in illo pſalmo: Sermones iniquorum preualue Ps. 64.
runt aduerſus nos. Quãdo enim nati ſumus:paruulos nos
inuenit iſta confuſio ſeculi huius: ⁊ ſuffocauit nos errorū di
uerſorum vanis opinionibus adhuc infantes. Naſcit̄ infans
futurus ciuis hieruſalem: ⁊ in predeſtinatione dei iam ciuis
ſed interim captiuatus ad tempus:quando diſcit amare:qđ
inſuſurrauerint parentes. Inſtruunt et docent illum auari
ciam:rapinas:mendacia quotidiana:diuerſas culturas ido
lorum ⁊ demoniorum:remedia illicita precantationū ⁊ liga
turarum. Quid facturus eſt adhuc infans:anima tenera:at
tendens ad maiores quid agant:vt qđ eos viderit agere hoc
ſequatur? Babylonia ergo perſecuta eſt paruulos nos:ſed
deus dedit nobis agnitionem ſui iam grandibus: vt non ſe
queremur errores parentum noſtrorum. Qđ ⁊ tunc cōmemo
rauit predictum a propheta: Ad te gentes venient ab extre Hiere. 16.
mo terre:⁊ dicent: Vere mendacium coluerūt patres noſtri:
vanitatem que illis non profuit: Iam iuuenes dicunt qui oc
ciſi erant paruuli ſequendo ipſas vanitates: proiiciendo au
tem vanitates:⁊ reuiuiſcendo in deum proficiēt:⁊ retribuēt
babylonie. Qualem retributionem ei retribuent? Quam re
tribuit nobis. Paruuli eius viciſſim elidantur et moriantur.
Qui ſunt paruuli babylonie? Naſcentes male cupiditates.
Sunt enim qui cum veteri cupiditate rixantur: Quando na
ſcitur cupiditas:anteq̄ robur faciat aduerſum te mala con
ſuetudo:cum paruula eſt. Ne enim cupiditas nequam praue
conſuetudinis robur accipiat:cū paruula eſt elide illã. Sed
times ne eliſa non moriatur: Ad petram elide: Petra autem
erat chriſtus. Fratres:organa in operando nō ceſſent:vob⁹ 1. Cor. 10.
inuicem cãtate cantica ſion. Quã libenter audiſtis:tam libē AA
tius agite qđ audiſtis:ſi non vultis eſſe ſalices babylonie:pa
ſti de fluminibus eius:⁊ fructum nullum afferentes. Sed ſu
ſpirate in eternam hieruſalem:quo precedit ſpes veſtra: ſe
quatur vita veſtra: Ibi erimus cum chriſto. Chriſtus nobis
modo caput eſt:gubernat nos modo deſuper: amplectetur
ſecum in illa ciuitate cum equales erimus angelis dei. Non
auderemus hoc ſuſpicari de nobis:niſi promitteret veritas.
Hoc ergo ꝯcupiſcite fratres:hoc die noctuqꝫ cogitate. Quic
quid de mundo feliciter arriſerit:nolite preſumere:nolite li
benter colloqui cum voluptatibus veſtris. Hoſtis maior eſt:
occidatur ad petram. Breuis hoſtis eſt:elidatur ad petram:
Et maiores ad petram occidite: et minores ad petram eli
dite. Petra vincat: In petra edificamini ſi non vultis tolli
aut a ventis:aut a pluuia. Si vultis armati eſſe contra tem
ptationes in ſeculo: creſcat et roboretur deſiderium hie
ruſalem eterne in cordibus veſtris. Tranſiet captiuitas:
venet

veniet felicitas: Damnabitur hoſtis, extremus: et cum rege ſi ne morte triumphabimus.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄.cxxxvj.

¶ Incipit Tractatus de pſ̄.cxxxvij.

A Titulus pſalmi huius breuior ſimplex eſt: neq̄ nos te
net: ſcientes cuius figuram portauerit dauid: et in eo
etiā noſipſos agnoſcētes: q2 nos mēbra ſum9 illius corporis.
Agnoſcamus ergo hic voces eccleſie: ſimulq̄ gaudeamus q̄ȯ
in ea eſſe meruimus: cuius vocem cantantis audiuimus. To
tus titulus eſt: Ipſi dauid. Uideam9 ergo q̄d ipſi dauid.

¶ Expoſitio pſalmi.

Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo. Solet nobis
pſalmi titulus indicare quid agaṫ intus. Hic aūt q̄m ti
tulus nō hoc indicat: ſed tm̄ cui cantetˀ indicat: quid agaṫ in
toto pſalmo: primus verſus annunciat. Cōfitebor tibi dn̄e in
toto corde meo. Hanc ergo cōfeſſionē audiamus. Sed prius
cōmemoro vobis cōfeſſionē in ſcripturis: cū cōfitemur deo:
duobus modis dici ſolere: vel peccatoꝝ: vel laudis. Sed cō
feſſionē peccatoꝝ oēs nouerūt: laudis aūt confeſſionē pauci
aduertunt. Nā ita nota eſt cōfeſſio peccatoꝝ: vt in quocunq̄
ſcripturarū loco auditū fuerit: Cōfitebor tibi dn̄e: aut cōfite
bimur tibi: continuo iam conſuetudo ſit intelligendi: manus
currant ad pectus tundendū: vſq̄ adeo nō ſolēt homines in
telligere confeſſionē eſſe niſi peccatoꝝ. Sed nunquid et ipſe
dn̄s noſter ieſus chriſtus peccator fuit qui ait in euangelio:
Mat.11. Confitebor tibi pater dn̄e celi et terre? Secutus em̄ ait quid
confiteretˀ: vt intelligeremus cōfeſſionē laudis: nō iniquita
tis. Confiteor tibi inquit pater dn̄e celi et terre: q2 abſcon
diſti hec a ſapiētibus et prudentibus: et reuelaſti ea paruulis.
Laudauit patrē: laudauit deum: q2 nō deſpicit humiles: ſed
deſpicit ſuperbos. Et hic talē cōfeſſionē audituri ſumus lau
dis dei et gratulatiōis. Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo.
B Totū cor meū in arā tue cōfeſſionis impono. holocauſtū lau
dis tibi offero. Holocauſtū em̄ dicitˀ ſacrificiū vbi totū incen
ditur. Grece quippe ὅλον latine totū dicitˀ. Uide quēadmo
dum offerat holocauſtum ſpirituale qui dicit: Cōfitebor tibi
dn̄e in toto corde meo. Totus inq̄t cor meū flāma tui amoris
accendat: nihil in me relinquatˀ mihi: nec quo reſpiciā ad me
ipſum: ſed totus in te eſtuē: totus in te ardeā: totus diligam
te: tanq̄ inflāmatus abs te. Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde
al' † omnia meo: Quoniā audiſti † verba oris mei. Cuius oris mei:
niſi cordis mei? Ibi enim habemus vocē quā deus exaudit:
quā prorſus auris humana nō nouit. Clamabāt certe qui ſu
Daniel.13. ſannā accuſabāt: et ad celū oculos nō leuabāt. Illa tacebat
et corde clamabat. Unde illa meruit exaudiri: inde illi puni
ri. Eſt ergo os intus: ibi rogamus: inde rogamus: Et ſi ho
ſpitium vel domū deo preparauimus: ibi loquimur: ibi exau
Act.17. dimur. Nō enim eſt ille lōge ab vnoquoq̄ noſtrū poſitus: in
quo viuimus: mouemur et ſumus. Longe te a deo non facit:
niſi iniquitas ſola. Deiice mediū parietē peccati: et cū illo es
quem rogas. Audiſti inquit verba oris mei: confitebor tibi:
al' † in cōſpe Et corā angelis pſallā tibi. Nō enim corā hoībus pſal
ctu āgeloꝝ lam: ſed corā angelis pſallā. Pſalteriū meū: gaudiū meum:
E Sed gaudiū meū de inferioribus corā hominibus eſt: gau
Eſa.48. dium meū de ſuperioribus corā angelis eſt. Nō enim nouit
et.57. impius gaudiū iuſti: Non eſt gaudere impijs dicit dominus.
Gaudet iniquus in pompa: gaudet martyr in catena: Quo
modo gaudebat ſancta iſta Criſpina cuius hodie ſolenni
tas celebratur? Gaudebat cum tenebatur: cū ad iudicem du
cebatur: cum in carcerem mittebatur: cum ligata produceba
tur: cum in cataſta leuabatur: cum audiebatur: cū damnaba
tur. In his omnibus gaudebat: et eam miſeri miſeram puta
bant que coram angelis gaudebat. Adorabo ad templum
ſanctum tuum. Q̄ȯ templum ſanctum tuum? Ubi habita
bimus: ibi adorabimus. Currimus enim vt adoremus. Gra
uidum cor noſtrum parturit: et vbi pariat querit. Quis eſt il
le locus vbi adorandus eſt deus? Qui mundus? Q̄ȯ edificiū?
Que deniq̄ ſedes in celo et inter ſtellas? Querimus in ſcri
pturis ſanctis: et inuenimus in verbis Sapiētie: Ego inquit
prouer.8. eram cum illo: Ego eram ad quē aggaudebat quotidie. Et
Ibidem. dicit opera eius: et exponit nobis ſedē ipſius. Quando? Quā
do validas inquit faciebat in ſummo nubes: quando ſedem
ſuam ſegregabat ſuper ventos. Sedes autem eius temp9 ip
eius. Quo ergo ibimus? Super vētos adoraturi ſumus? Si
per ventos adoratur: aues nos vincūt. Si aūt intelligamus
vētos animas: id eſt ventorum nomine ſignificatas animas:
ſicut ait quodam loco ſcriptura: Uolauit ſuper pennas ven Pſ̄.17.
torum: hoc eſt ſuper virtutes animarū: Unde et flatus dei di Geñ.2.
citur anima tanq̄ ventus: non vt iſte intelligatˀ ventus quo
corpus propellente ſentimus: ſed eius nomine ſignificetˀ ali
quid inuiſibile: q̄ȯ neq̄ oculis cerni pōt: nec ſentiri auribus:
nec odoratu duci: nec palato guſtari: nec manu ꝯtrectari: q̄ȯ
eſt vtiq̄ vita quedā qua viuimus que anima dicitˀ. Si hos vē
tos intellexerimus: nō eſt quare queramus pēnas viſibiles
vt cum auibus volemus ad orandū ad templū dei: ſed ſuper
noſipſos inueniem9 deū ſedere ſi eius fideles eſſe voluerim9. E
Uidete ſi hoc nō eſt. Templū enim dei ſanctū eſt (ait apl's) 1.Cor.3.
q̄ȯ eſtis vos. Certe tamen q̄ȯ manifeſtū eſt in angelis habi
tat de9. Ergo cū gaudiū noſtrū de ſpūalibus nō de reb9 ter
renis bonis aſſumit canticū deo vt pſallat corā angelis ſan
ctis: ipſa congregatio angeloꝝ templū dei eſt: adoramus ad
templū dei: eccleſia deorſum: et eccleſia ſurſū. Eccleſia deor
ſum in omnibus fidelibus: et eccleſia ſurſum in omnibus an
gelis. Sed deſcendit ad eccleſiā deorſum dn̄s angeloꝝ: et ei Mat.4.
angeli in terra miniſtrauerūt miniſtranti nobis. Nō enim in Mat.20.
quit veni miniſtrari ſed miniſtrare. Quid nobis miniſtrauit
niſi q̄ȯ hodieq̄ māducamus et bibimus? Cū ergo dn̄s ange
lorum nobis miniſtrauit: nō deſperemus nos futuros equa
les angelis. Maior enim angelis deſcendit ad hominem: et
creator angeloꝝ ſuſcepit hominē: dn̄s angeloꝝ mortuus eſt F
pro homine. Adorabo ergo ad templū ſanctū tuū. Intelligo Pſ̄.113.
templū tuū nō manu factū: ſed q̄ȯ tu feciſti tibi. Et cōfite al' † ſuper
bor nomini tuo: † In miſericordia tua et veritate tua. In
duobus iſtis cōfitemur. Sicut enim et in alio pſalmo legitur:
Uniuerſe vie dn̄i miſericordia et veritas: In duobus iſtis con Pſ̄.24.
fitemur in tua miſericordia: et in tua veritate. Miſericordia
peccatorē reſpexiſti: veritate promiſſionē reddidiſti. In tua
ergo miſericordia et veritate confitebor tibi. Has etiam ego Cōcor.4.
pro meis viribus reddo quas mihi donaſti: faciā miſericor ſentē.diſt.
diam et veritatem: miſericordiā in ſubueniendo: veritatē il 46. Sed
iudicādo. His adiuuamur a deo: his promeremur deū. Me queritur.
rito ergo miſericordia et veritas vniuerſe vie domini. Nō ſunt
alie vie quibus ad nos veniat: Non ſunt alie vie quibus ad
illum veniamus. Q̄m magnificaſti ſuper omne nomen ſan
ctum tuum. Qualis iſta gratulatio fratres? Magnificauit Geñ.5.
nomen ſuum ſanctum ſuper abraam. Credidit enim abraam Ro.4.
deo: et deputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cetere omnes gentes
idolis immolabant: et demonibus ſeruiebant. Natus eſt ex
abraam iſaac: magnificatus eſt ſuper illam domū deus. In Exoð.3.
de iacob: magnificatus eſt de9 qui dicit: Ego ſum deus abraā
et deus iſaac: et deus iacob: Inde duodecim filij iſrael: In
de populus iſrael liberatus ab egypto: ductus per mare ru
brum: exercitatus in heremo: electis gentibus in terrā pro
miſſionis collocatus eſt. Magnificatū eſt nomen domini ſu Ro.4.
per iſrael. Sed inde et virgo maria: inde dn̄s ieſus chriſtus Act.2.
mortuus eſt propter peccata noſtra: reſurgens propter iuſti Mat.3.
ficationem noſtram: implens fideles ſpirituſancto: mittens B
predicare per gentes: Agite penitentiam: appropinquabit Pſ̄.101.
enim regnum celorum: Et ecce magnificauit ſuper omne no al' † nō hʒ.
men ſanctum ſuum. In quacunq̄ die inuocauero te † cito Eſa.58.
exaudi me. Quare cito? Quia tu dixiſti: Adhuc loquēte te
dicam: Ecce aſſum. Quare cito? Quia iam non peto felicita
tem terrenam: didici ſanctum deſiderium de nouo teſtamē
to. Non peto terram: non fecunditatem carnalem: non ſalu
tem temporalem: non inimicoꝝ ſubiectionem: non diuitias
non honores: Nihil horum peto: ideo cito exaudi me: q2 do
cuiſti me quid petam. At quid peto? Dicamus huic. Quid ta
le petis? Audiamus nos et videamus: eructet petitionē ſuā
et videamus quid petat: et diſcamus per eum petere: vt me
reamur accipere. Ueneras ad eccleſiam: neſcio quid hodie
petiturus. Quid putamus veneras petiturus? Ueneras cum
deſiderio tuo: neſcio quo: vtinam innocenti: Et ſi carna
li: ſed remoue iniquitatem: remoue carnalitatem: diſce
quid petas: quid hodie celebres attende. Natalicium ſancte
et beate femine celebras: et forte felicitatem terrenam deſi
deras? Illa propter deſiderium ſanctum dimiſit felicitatem

quã habebat in terra: dimiſit filios flentes ⁊ tanq̃ crudeles
matrem dolẽtes:q: velut perdiderat humanã miſericordiã:
que ad diuinam feſtinabat coronã. Neſciebat vero illa quid
deſideraret:quid calcaret? Immo vero nouerat pſallere co-
ram angelis dei:eorumq; deſiderare conſortiũ:amicitiã ſan
ctam ⁊ puram vbi vlterius non moreretur:vbi iudicẽ noſſet
apud quẽ nõ valere poſſet mẽdaciũ. Quid ergo? In illa vita
nulla ſunt bona? Immo vo ibi ſola ſũt bona:nõ malis mixta
bona:ſecuritates in quibus gaudeas quantũ vis:⁊ nemo di-
cat tibi vnde doleas:tempera te. Hic aũt de bonis terrenis
gaudere moleſtũ eſt:⁊ periculoſum nimis:ne ſic gaudeas vt
hereas:⁊ gaudẽdo male pereas. Nam vnde deus miſcet tri
bulationes gaudijs terrenis:niſi vt tribulationẽ ſentientes
et amaritudinẽ:diſcamus eternam deſiderare dulcedinem?
H Quid ergo petit videamus:quo merito dixerit: cito exaudi
al† nõ hz. me. Quid enim petis vt cito exaudiaris? ⌊ Multiplicabis
† me. ⌋ Multis modis multiplicatio intelligi põt. Eſt mul
Geñ.j. tiplicatio terrene generationis ſm primã generationis na-
ture noſtre benedictionem quã audiuimus: Creſcite ⁊ mul-
tiplicamini ⁊ implete terram ⁊ dominamini ei. Sic enim il-
le ne volebat multiplicari qui dicebat: Cito exaudi me? Et
iſta plane multiplicatio fructuoſa eſt:⁊ non venit niſi de be
nedictione domini. Iam quid dicã de alijs multiplicationi
bus? Multiplicatus eſt ille auro:ille argento: ille pecoribus
ille familia:ille poſſeſſionibus:ille his omĩbus. Multe ſunt
terrene multiplicationes:felicior autem filiorum: q̃q̃ homi
nibus auaris etiã ipſa fecunditas moleſta eſt. Timent enim
ne pauperes relinquantur:qui multi naſci potuerunt. Que
ſollicitudo pleroſq; ad impietatem coegit vt obliuiſcerẽtur
qđ parentes eſſent:omniq; humanitatis affectu expoliati:
exponerent filios ſuos vt eos facerent alienos: Proijceret q̃
peperit:colligeret que non peperit:illa contemneret:illa di-
ligeret:illa fruſtra mater carne illa verior voluntate. Cũ er-
go ſint multe multiplicatiões:⁊ multa genera multiplicatio-
I num:quã multiplicationẽ querit qui dixit: Cito exaudi me?
Ait enĩ: Multiplicabis me. Expectamus audire in quibus
Audi ergo:⌊ In anima mea. ⌋ Non in carne mea:ſed in ani
ma mea. Multiplicabis me in anima mea. Eſt ne adhuc qđ
addatur:ne forte ⁊ multiplicatio in anima non continuo feli
citatem ſignificet? Etenim curis ⁊ furijs homines in anima
multiplicantur: Multiplicatus videtur in anima:in quo etiã
multiplicata ſunt vitia: Ille tñmodo auarus eſt:ille tñmo-
do ſuperbus:ille tñmodo luxurioſus: iſte ⁊ auarus ⁊ ſuper-
bus ⁊ luxurioſus: Multiplicatus eſt in anima ſua:ſed malo
ſuo. Multiplicatio iſta egeſtatis eſt:non vbertatis: Ergo qđ
tu qui dixiſti: Cito exaudi me: ⁊ te abſtuliſti ab omni corpo-
rea ⁊ ab omni terrena re : ab omni deſiderio ſeculari: vt di-
ceres deo: Multiplicabis me in anima mea? Adhuc expla-
na quid deſideres. Multiplicabis me inquit in anima mea
⌊ Virtutem. ⌋ Ex preſſum votũ:expreſſum deſideriũ:ab om
ni confuſione circumciſum. Si diceret. multiplicabis me ter-
rena: neſcio que cogitares:addidit in anima mea. Rurſus:
ne in anima vitia cogitares: addidit virtutem. Nihil eſt qđ
K amplius a deo deſideres:ſi vis bona ⁊ vera frõte dicere: Ci
to exaudi me. ⌊ Confiteantur tibi domine omnes reges ter
re. ⌋ Ita fiet:⁊ ita fit: ⁊ quotidie fit: Et oſtendit non fruſtra
dictũ: niſi q: erat futurũ. Confiteant̃ tibi dñe omnes reges
terre Sed ⁊ ipſi cũ tibi confitent̃:cũ laudant te:non terrena
deſiderent a te. Quid eñ reges terre deſideraturi ſunt? Nõ
ne iam habent ipſius imperiũ? Quicquid amplius deſidera
uerit homo in terra:vſq; ad imperiũ eſt deſideriũ ei9. Quid
amplius poteſt? Altior ſublimitas neceſſaria eſt : Sz fortaſ-
ſe quanto altior:tanto periculoſior eſt. Ideoq; reges quan-
L to ſunt in maiore felicitate terrena : tanto magis humiliari
Al† Quia deo debent. Ut quid faciant? ⌊ † Quoniam audierunt om-
nia verba oris tui. ⌋ O dñe:omnia verba oris tui neſcio in
qua gẽte abſcondita erant:lex ⁊ prophete omnia verba oris
tui: Sed in gente iudeorum ſola:erãt omnia verba oris tui.
Quam gentem laudans apoſtolus ait: Quid ergo amplius
Roma.3. eſt iudeo? Aut que vtilitas eſt circumciſionis? Multũ per om
nem modum. Primum quidẽ:quia credita ſunt illis eloquia
dei: Ibi erant verba dei. Sed da mihi illum Gedeon quen-
dam ſanctum virum tempore iudicum : Videte quale ſignũ

petiuit a dño: Ponam inquit vellus in area:compluatur vel- Iudicũ.6
lus:area ſicca ſit. Et factum eſt:compluatum eſt vellus ſolũ:
area ſicca erat. Petijt iterum ſignum:area tota cõpluta ſit: Ibidem.
et ſolum vellus ſiccum inueniatur. Et hoc factum eſt:cõplu-
ta eſt area ſicco vellere. Primo compluitum vellus ſicca area
poſtea compluta area ſicco vellere. Quid vobis videt̃ area
fratres? Nõne orbis terrarum? Quid vellus? Tanq̃ gens iu-
dea in medio orbe terrarum habens gratie ſacramentũ:non
in manifeſtatione:ſed in nube ſecreti:tanq̃ in velamẽto plu
uiam in vellere. Venit tẽpus quando reuelaretur pluuia in
area:manifeſtata eſt non operta. Factum eſt ergo qđ dictũ
eſt: Confiteantur tibi dñe omnes reges terre: quoniã audie
rant omnia verba oris tui. Quid eſt iſrael qđ abſcondebas?
Quãdiu abſcondebas? Expreſſum eſt vellus:exijt de te plu-
uia. Solus chriſt9 ſuauitas pluuie: Ipſum ſolũ nõ agnoſcis
in ſcripturis:propter quem facte ſunt ſcripture. At vero om
nes reges terre confiteantur tibi dñe: qm̃ audierunt omnia
verba oris tui. ⌊ Et cantent in vijs dñi:quoniam magna eſt M
gloria dñi. ⌋ Cantent in vijs dñi reges terre. In quibus vijs
dñi cantent? De quib9 ſupra dictum eſt: In miſericordia tua
et veritate tua:qm̃ vniuerſe vie dñi miſericordia et veritas. Ps̃.24.
Nõ ergo ſint reges ſuperbi:ſed humiles ſint. Tunc cantẽt in
vijs dñi ſi humiles ſint:amẽt ⁊ cantabũt. Nouimus viatores
et cantatores: Cantant ⁊ peruenire feſtinant. Sunt cantica
mala tanq̃ veteris hominis:ſed canticũ nouum pertinet ad
hominẽ nouũ. Ambulent ergo ⁊ reges terre in vijs tuis:am-
bulent ⁊ cantẽt in vijs tuis. Qui cãtent? Quoniã magna eſt
gloria dñi:non regũ. Vide quomodo reges voluit cantare in
vijs humiliter portantes dñm:non ſe extollentes aduerſus
dñm. Nam ſi ſe extulerint:quid ſequit̃? ⌊ Qm̃ excelſus dñs N
et hũilia reſpicit. ⌋ Volũt ergo reges reſpici? Humiles ſint.
Quid ſi extulerint in ſupbiã? Latere ipſius oculos poſſunt?
Ne forte q: audiſti humilia reſpicit:ſuperbus velis eſſe ⁊ di-
cas in anima tua: Humiles reſpicit deus :me non reſpicit:fa
ciam qđ volo. Quis enim me videt? Homẽ latet: deus non
vult me videre q: humilis nõ ſum:ille autẽ humilia reſpicit:
qđ volo facio oportune O importune? nũquid hoc diceres ſi
ſcires quid amare deberes? Ecce ſi nollet te videre de9 hoc
ipſum nõ times q: te nõ vult videre? Si ſalutes aliquẽ maio
rem patronũ tuũ: ⁊ intentus in aliud non te videat:quõ tibi
anima dolet? Si aũt deus te nõ videat:ſecurũ te putas? Nõ
te videt ſaluator:⁊ videt deprẽdator ⁊ dãnator? Et tñ ⁊ ipſe te
deus videt. Nõ te putes non videri:immo roga vt merearis
videre a quo videris. Dictũ eſt enim: Oculi dñi ſuper iuſtos. Ps̃.33.
Quia nõ ſuper iniuſtos:faciant ergo qđ volunt iniuſti: oculi
dñi ſuper iuſtos. Sequat̃ adhuc: Et aures eius in preces eo
rum. Iniuſti autem qui ſecuros ſe putabant:q: nõ ſunt oculi
dñi ſuper eos:nõ timent:q: nõ ſunt aures eius ad preces eo
rum. Nõne melius ⁊ oculi eius ſuper nos:⁊ aures ei9 ad pre-
ces noſtras? Sed cũ facis ea ſuper que vis eſſe oculos dñi:
tunc mereris precibus tuis ⁊ aures dñi:⁊ tamen male faciẽ-
do a te nõ auertis oculos dñi. Quid eñ ibi ſequitur? Vultus Ibidem.
autem dñi ſuper facientes malũ. Sed ad quid? Ut perdat
de terra memoriã eorũ. Vides te videri: vides te latere non
poſſe? Cũ ergo quicquid feceris videat̃:quare hoc non facis
vnde placere merearis? Ergo ⁊ hic quid? Quoniam magna
eſt gloria domini:quoniam excelſus dñs et humilia reſpicit: O
Excelſa aũt quaſi non reſpicit. Humilia eñ reſpicit. ⌊ † Ex- al† et alta
celſa ⌋ Quid? ⌊ A lõge cognoſcit. ⌋ Quid ſibi ergo preſtat
ſuperbus:niſi vt a longe videat̃:non vt nõ videatur? Nec pu-
tes te ideo ſecurũ eſſe debere: q̃ minus te bene videt: quia
a longe te videat. Tu enim qđ a longe vides nõ bene vides:
Deus etſi a longe te videt:perfecte te videt:⁊ tecum non eſt.
Hoc agis non vt minus perfecte videaris:ſed vt non ſis cũ
illo a quo videris. At vero humilis quid ſibi preſtat? Prope Ps̃.33.
eſt dominus his qui obtriuerunt cor. Erigat ſe ergo ſuper-
bus quantum voluerit:certe in alto habitat deus:in celo eſt
deus. Vis tibi propinquet? Humilia te. Nam tanto a te
erit altior quanto tu elatior. Excelſa autem a longe cogno-
ſcit. ⌊ Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis P
me. ⌋ Verum eſt : In quacunq; tribulatione fueris : con-
fitere : inuoca : liberat9 te : viuificat te. Sed tamen ali-
quid hic debemus melius intelligere:quo iam familiarius
haberemus

inhereamus deo: dicamuſq; ei: Cito exaudi me dñe. Dixerat
enim: Excelſa a longe cognoſcit: et excelſa ſuperba non norūt
tribulationē. Non norunt mq̄ tribulationē: de qua dicit alio
Pš.114. loco: Tribulationē et dolorem inueni: et nomen dñi inuocaui.
Quid enim magnū ſi tribulatio te inueniat? Si aliquid pa-
teris: tu inuenis tribulationem. Et quis eſt inquis qui inue-
niat tribulationē? Aut quis illam vel querat? In medio tribu-
lationis es et neſcis. Vita iſta parua tribulatio eſt? Si non eſt
tribulatio: non eſt peregrinatio. Si autem peregrinatio eſt:
aut parum patriam diligis: aut ſine dubio tribularis. Quis
enim nō tribuletur non ſe eſſe cum eo qd̄ deſideret? Sed vn-
de tibi non videtur iſta tribulatio? Quia non amas. Ama al-
teram vitam: et videbis quia iſta vita tribulatio eſt: quacun-
q; proſperitate fulgeat: quibuſlibet delitijs abundet atq; cir-
cunfloreat: Quia nondū eſt illud gaudium ſine vlla tēptatione
certiſſimum qd̄ nobis in fine ſeruat deus: ſine dubio tribula-
tio eſt. Ergo intelligamus et huius tribulationem fratres: Si
ambulauero in medio tribulationis: viuificabis me. Non ſic
ait. tanq̄ diceret: Si forte euenerit mihi tribulatio aliqua: li-
beras inde me. Sed quomō? Si ambulauero in medio tri-
bulationis viuificabis me: ideſt aliter non viuificabis me: ni-
ſi in medio tribulationis ambulauero. Ve ridentibus: beati
Q lugētes. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis
Alī† Et. me. ⌊† Super iram inimicorū meorū extendiſti manū tuā: et
ſaluū me fecit dextera tua. ⌋ Seuiant inimici: quid poſſunt
facere inimici? Pecuniā tollere: expoliare: proſcribere: in exi-
lium mittere: doloribus tormentiſq; cruciare: ad poſtremum
ſi permiſſi fuerint et occidere. Nunquid et amplius? Tu autē
domine ſuper iram inimicorū extendiſti manū tuā. Super
id qd̄ mihi poſſunt facere inimici tu extēdiſti manū tuā. Nō
enim inimici poſſunt me ſeparare a te. Tu autem amplius
vindicas: quia adhuc differs me. Super iram inimicorū meo-
rum extendiſti manum tuam. Seuiat quātum poteſt inimi-
cus: non me ſeparat a deo. Tu autem domine adhuc me nō
recipis: adhuc me in peregrinatione conteris: adhuc gaudiū
Pš.35. dulcedinemq; tuam non prebes: Nondum inebriaſti me ab
vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue nondum po-
taſti. Apud te enim eſt fons vite: et in lumine tuo videbimus
lumē. Sed ecce dedi primitias ſpiritus: et credidi in te: et ſer-
Ro.7.et 8 uio mente legi dei: tamen in nobiſmetipſis adhuc ingemiſci-
mus: adoptionem expectantes redemptionē corporis noſtri.
Gen.3. Hanc autem vitam nobis peccantibus dedit deus: vbi etiam
neceſſe eſt vt conteratur adam in ſudore et labore vultus ſui:
cum terra ei tribulos et ſpinas parit. Nunquid aliquis inimi-
cus plus potuit procurare? Super iram inimicorum meorū
extendiſti manum tuam: ſed tamen non ad deſperationem.
R Sequitur enim: Et ſaluum me fecit dextera tua. Poteſt et ſic
intelligi: ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum
tuam: Iraſcebantur inimici: vindicaſti me de inimicis. Pec-
Pš.111. cator videbit et iraſcet: dentibus ſuis fremdet et tabeſcet. Vbi
ſunt qui dicebant: Pereat nomen chriſtianorū de terra? Cer-
te aut moriuntur: aut conuertuntur. Ergo ſuper iram inimi-
corum extendiſti manum tuam: Quandiu dicetur qd̄ ſcriptū
Pš.40. eſt: Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et pe-
ribit nomen eius? quando delebitur nomen chriſtianorum de
terra? Cū dicunt iſta: partim crediderunt: partim perierunt
pauci timidi remanſerūt. Quātu ira inimicorū ſeuiebat quā-
do ſanguis martyrū fundebat? Quō ſe putabāt nomen chri-
ſtianum delere de terra? Super iram inimicorū meorū exten-
diſti manū tuā: et ſaluū me fecit dextera tua. Ecce illi q̄ mar-
tyres perſequebant: memorias martyrū inquirūt: aut vbi ado-
rent: aut vbi ſe inebriant: querūt tamē. Super irā inimicorū
meorū extendiſti manū tuā: et ſaluū me fecit dextera tua. Se-
cundū deſideriū ſaluū me fac dextera tua. Eſt quedam ſalus
S in dextera tua: nā eſt altera ſalus in ſiniſtra. Salus tēpora-
lis et carnalis in ſiniſtra eſt: ſalus eterna cū angelis in dexte-
ra eſt. Hīc iam in ipſa immortalitate poſitus chriſtus: dr̄ ſede-
re ad dexterā dei. Nō enī deus habet in ſeipſo dexteram aut
Marci. 16. ſiniſtrā: ſed dextera dei dicit felicitas illa: q̄ q̄ oculis oſten-
di nō pōt: tale nomē accepit. Hac dextera tua ſaluū me fecis-
ti: nō ſm ſalutē tēporalē. Nā Criſpina occiſa eſt: Sz nunqd
2. mach. 7. deſeruit illā deus? Nō illam fecit ſaluā in ſiniſtra: ſed fecit in
Daniel. 3. dextera. Machabei quāta tormenta perpeſſi ſunt? Tres aūt
pueri in medijs ignibus deambulando laudauerūt deū: Il-
lorum ſalus in dextera: iſtorū etiā in ſiniſtra. Aliquādo ergo
nō ſaluat in ſiniſtra ſanctos ſuos: ſed ſemper ſaluat in dexte-
ra. Impios aūt plerūq; ſaluat i ſiniſtra: nō ſaluat in dextera.
Nā illi qui perſequebant Criſpinā: ſani erant in corpore. Il-
la occiſa eſt: illi viuunt. Illorū ſalus in ſiniſtra eſt: illius in de- T
xtera. Et ſaluū me fecit dextera tua. ⌊† Dñe retribues pro Alī† dñs
me. ⌋ Ego non retribuo: retribues pro me. Seuiant inimici retribuet
quantūlibet: tu retribues qd̄ ego nō poſſum. Dñe retribues
pro me. In ipſo capite noſtro attendite. Reliquit enī nobis 1. Pet. 2.
exemplū vt ſequamur veſtigia eius qui peccatū nō fecit: nec
inuctus eſt dolus in ore eius: qui cū malediceret nō maledi-
cebat dicens: Dñe retribues pro me. Cū iudicaret non cōmi-
nabatur: ſed cōmendabat ſe illi iniuſte iudicanti. Quid eſt: Ibidem.
dñe retribues pro me? Ego inquit nō q̄ro gloriā meā: eſt qui Ioan. 8.
q̄rat et iudicet. Nō voſmetipſos vindicātes chariſſimi apl's Ro. 12.
dicit: ſed date locū ire. Scriptū eſt enī: Mihi vindictā et ego Deut. 32.
retribuā dicit dñs. Dñe retribues pro me. Eſt hic alius intel- V
lectus nō negligēdus: et forte magis eligēdus. Dñe ieſu chri- Pš. 68.
ſte retribues pro me. Ego enī ſi reddā: rapui: Tu qd̄ non ra-
puiſti ſoluiſti. Dñe retribues pro me. Vide illū retribuentem
pro nobis. Venerunt qui tributū exigerēt: Exigebant tribu-
tum didrachmas: ideſt duas drachmas in vno homine. Ven-
tum eſt ad dñm vt ſolueret tributum: immo nō ad ipſum ſed
ad diſcipulos: et dictū eſt ad illos: Magiſter veſter nō ſoluit Mat. 17.
tributū. Illi retulerūt ad dñm. Et ille? Reges terre a quib'
exigūt tributum? a filijs ſuis: an ab alienis? Reſpōderunt: Ab
alienis. Ergo inquit liberi ſunt filij. Sed tñ ne ſcandalizem'
eos: ait petro: Vade mitte hamū in mare: et qui prim' piſcis Ibidem.
aſcenderit: aperi os eius et inuenies ſtaterē. i. duas drach-
mas. Stater pōderis genus eſt habēs quatuor drachmas.
Inuenies ibi: da illis pro me et te. Dñe retribues p me. Me-
ritu habemus primū piſcē hamo captū: hamo cōprehenſum.
Primū ſurgentē de mari: primogenitū a mortuis. In ei' ore
inuenim' duas didrachmas: ideſt quatuor drachmas: In ei'
ore inuenimus quatuor euangelia. Iſtis quatuor drachmis
ab exactione huius ſeculi liberamur: Per quatuor euangelia
debitores non remanebimus. Ibi enī peccata noſtra omnia
ſoluuntur. Retribuit ergo p nobis: Gratias miſericordie ip-
ſius. Nihil debebat: pro ſe nō reddidit: ſed pro nobis reddi-
dit. Ecce inquit veniet princeps mūdi huius: et in me nihil in- Ioan. 14.
ueniet. Quid eſt: in me nihil inueniet? Nullum peccatū in me
inueniet: quare occidat me: non habet. Sed vt ſciant omnes Ibidem.
ait qz voluntatē patris mei facio: ſurgite eamus hinc. Quid
eſt: ſurgite eamus hinc? Ideſt nō ex neceſſitate: ſed volunta-
te patior: reddens qd̄ non debeo: Domine retribues pro me. X
⌊ Domine miſericordia tua in eternum. ⌋ Quid deſiderem? al'† in ſclꝫ.
Non diem hominum. Non laboraui ſubſequens te domine: Iere. 17.
et diem hominum non concupiui tu ſcis. Ecce martyr ſancta
Criſpina ſi deſideraret diem hominum negaret chriſtum.
Plus hic viueret: ſed in eternū non viueret. Maluit in eter-
num viuere: q̄ paulo amplius temporaliter viuere. Deniq;
domine miſericordia tua in eternum: non ad tempus volo li-
berari. Miſericordia tua in eternum: qua martyres liberaſti:
Et ſic cito de hac vita abſtuliſti. Domine miſericordia tua in
eternum. ⌊ † Opera manuum tuarum ne deſpicias. ⌋ Non Alī† Et.
dico: Domine ne deſpicias opera manuum mearum: non me
iacto de operibus meis. Exquiſiui dominum manibus meis Pš. 76.
nocte coram eo: et non ſum deceptus: ſed tamen non com-
mendo opera manuum mearum. Timeo ne cum inſpexeris
inuenias plura peccata q̄ merita. Hoc ſolum rogo: hoc dico
hoc impetrare deſidero: Opera manuum tuarum ne deſpi-
cias. Opus tuum in me vide: non meum. Nam meū ſi vide-
ris damnas: tuum ſi videris coronas: quia et quecunq; ſunt
opera bona opera mea: abs te mihi ſunt: et ideo tua magis
q̄ mea ſunt. Audio quippe ab apoſtolo tuo: Gratia ſalui fa- Ephe. 2.
cti eſtis per fidem: et hoc nō ex vobis: ſed dei donum eſt: non
ex operibus: ne forte quis extollat. Ipſius enim ſumus fig-
mentum creati in chriſto ieſu in operibus bonis. Ergo ſiue
in eo qd̄ homines ſumus: ſiue in eo quod ex noſtra impieta-
te mutati et iuſtificati ſumus: domine opera manuum tuarū
ne deſpicias.

¶ Explicit Tractatus de pš. cxxxvij.

Semitā meā ꝛ limitē meū inueſtigaſti. Lineus meus ille lon
ginquus non fuit longe ab oculis tuis: Multū ieram ꝛ tu ibi
eras. Semitā meā ꝛ limitē meum inueſtigaſti: ⌊ Et omnes
vias meas preuidiſti. ⌋ Nō dixit vidiſti: ſed preuidiſti. Ante
ꝗ eas irē: anteꝗ eas ambularē: preuidiſti eas: Et permiſiſti
me i labore ire vias meas: vt ſi nollē laborare: redirē ad vias
Al† Quia tuas. ⌊ † Quoniam nō eſt † dolus in lingua mea. ⌋ Quare
† ſermo. hoc dixit? Quia ecce fateor tibi: ambulaui ſemitā meā: fact⁹
ſum longinquus a te. Diſceſſi a te cū quo bene mihi erat: et
bono meo: male mihi fuit ſine te. Nā ſi bene mihi eſſet ſine
te: nollem forſitan redire ad te. Ergo iſte confitens peccata
ſua dicens corpus chriſti iuſtificatū: nō in ſe: ſed in illius gra
B tia: dixit: non eſt dolus in lingua mea. ⌊ Ecce tu dn̄e cogno
Luce. 15. uiſti oīa nouiſſima ꝛ antiqua. ⌋ Cognouiſti nouiſſima mea
quādo porcos paui: Cognouiſti antiqua mea quādo a te par
tem ſubſtantie mee expetiui. Antiqua: fuerunt mihi exordia
maloꝝ nouiſſimoꝝ. Antiquū peccatū qn̄ lapſi ſumus: Nouiſ
ſima pena: quando in iſtā mortalitatē laborioſam periculo
ſamqꝫ peruenim⁹: Atqꝫ vtinā nobis iſta ſint nouiſſima. Erit
iſta nouiſſima ſi iā redire voluerimus. Eſt enim alia quibuſ
Mat. 25. dam impiis nouiſſima: quibus dicet: Ite in ignem eternum
qui preparatus eſt diabolo ꝛ angelis eius. Nos aūt fratres
huculqꝫ deſeruimus deū: Uſqꝫ ad huius vite mortalitatem
Luce. 15. ſufficiat labor noſter. Recordemur panē patris noſtri: recor
lamus beatitudinē dom⁹ patris noſtri. Non nos delectēt ſi
lique porcoꝝ: doctrine demoniorum. Ecce tu dn̄e cognouiſti
omnia nouiſſima ꝛ antiqua mea. Nouiſſima quo perueni: an
al† forma tiqua vbi te offendi. ⌊ Tu † finxiſti me et poſuiſti ſuper me
ſti. manum tuā. ⌋ Finxiſti me. Ubi? In iſta mortalitate iam ad
labores: ad quos omnes nati ſumus. Non enī quiſꝗ naſcit:
niſi quem deus finxerit in vtero matris ſue: Aut vlla creatu
ra eſt cuius non eſt ille plaſmator. Sed finxiſti me in iſto la
bore: ꝛ poſuiſti ſuper me manū tuā: vindicē manū grauantē
ſuperbū. Ita enī ſalubriter deiecit elatū: vt erigat humilē.
Al† mira Tu finxiſti me ꝛ poſuiſti ſuper me manū tuā. ⌊ † Mirifica
bilis fctā ē ta eſt ſcientia tua ex me: † inualuit: nō potero ad † illam. ⌋
† cōforma Aliquid qđ obſcurū ꝗdē eſt: ſed nō cū parua dulcedine in
ta ē ꝛ. † eā telligitur: aduertentes audite. Moyſes ſanctus dei erat fa
Exod. 33. mulus cū quo loquebat deus p nubē: qꝛ tēporaliter loquens
vtiqꝫ p aſſumptā creaturā: loquebat ſeruo ſuo: idest nō per
ſubſtantiā ſuā ſed per aſſumptā aliquā corporalē creaturam
2. de tri. 16 per quā voces ille fierent ꝛ humanis atqꝫ mortalib⁹ aurib⁹
perſonarent. Sic enim loquebat tūc deus: nō quō loquit in
ſubſtantia ſua. Quō enī loquit in ſubſtātia ſua? Locutio dei
verbū dei eſt: Uerbū dei chriſtus eſt. Uerbū illud nō ſonat ꝛ
tranſit: ſed ſemper incōmutabiliter manet verbū: per qđ fa
Joan. 1. ſunt oīa. Cui verbo dr̄: Ipſa eſt enī ꝛ ſapiētia dei: Mutabū
Pſ. 101. ea ꝛ mutabuntur: tu aūt idē ipſe es. Et alio loco de ſapiētia
Sap. 7. cū ſcriptura diceret. In ſeipſa manens ait innouat oīa. Illa
ergo ſapientia ſtans ſi dici debeat: vel ſtans: dicit aūt ꝓpter
incōmutabilitatē nō ꝓpter immobilitatē: ꝛ eodē mō ſe ſem
per habens: nullo loco: nullo tempore variata: nuſꝗ aliter ꝗ
hic aut ibi: nunꝗ aliter ꝗ nūc aut antea: ipſa eſt locutio dei.
Locutio vero illa que fiebat ad moyſen: ad hoiēs fiebat per
ſillabas pertrāſeūtes ſonos. Nē autē fierēt iſta: niſi de⁹ aſſu
meret talē creaturā p quā hmōi ſermonē ꝛ voces emitteret.
Moyſes ſanctus nouerat: iſtā locutionē dei aſſumptis qui
Exod. 33. buſdā corporeis creaturis fieri: ꝛ ſic deſiderauit ꝛ cōcupiuit
videre ipſam ſpeciē dei: ꝛ loquētī ſecum deo dixit: Si inueni
gratiā ante te: oſtēde mihi temetipſum. Cū hoc vehementer
cōcupiſceret: ꝛ hoc quadā ſi dicendū eſt amica familiaritate:
qꝛ ipſe dignatus eſt: ex toto quere vellet deo vt videret ei⁹ ma
J ieſtatem ꝛ faciē: quō dici pōt facies dei: ait illi: Nō potes vi
Ibidem. dere faciē meā: Nemo enī vidit faciē meā: ꝛ vixit: Sed po
nā te in ſpecula petre: ꝛ trāſibo: ꝛ ponā ſuper te manū meā
cū aūt tranſiero: poſteriora mea videbis. Et ex hiis verbis na
tum eſt alterū enigma: idest obſcura quedā figura rerū. Cū
trāſiero: poſteriora mea videbis dicat deus: quaſi ex alia par
te habeat faciē: ex alia dorſum. Abſit a nobis tale aliquid de
illa maieſtate ſentire. Nā qui hoc ſentit de deo: qđ ei pdeſt
qđ tēpla dei clauſa ſunt? Idolū in corde ſuo fabricat. Sūt er
go in illis verbis magna myſteria. Loquebatur dn̄s: vt dixi
2. de tri. 17 per creaturā: quomodo vellet famulo ſuo: Intellecta eſt illic
perſona ipſius dn̄i: ꝛ ſaluatoris noſtri ieſu chriſti. Qui quidē
ſm formā dei qua equalis eſt patri: ſimiliter oculis humanis Phil. 2.
inuiſibilis eſt ſicut ꝛ pater. Si enī ſapiētia hūana videri ocu 1. Cor. 1.
lis nō pōt: virtus ꝛ ſapiētia dei videri oculis carneis poteſt?
Sed qꝛ erat dn̄s oportuno tēpore carnē ſuſcepturus: vt ocu
lis etiā carneis propter ſalubritatē curande virtus mētis ap
pareret: quādo ita apparere opus eſſet. Hoc predicēs moyſi
figurate: ait: Faciē meā videre nō potes: poſteriora mea vi Exod. 33.
debis: ſed cū trāſiero: Ut aūt nō videas faciem meā: manus
mea erit ſuper te. Trāſire quid fuit dn̄o: niſi qđ euangeliſta
dicit: Cum aūt veniſſet hora vt trāſiret ieſus de hoc mundo Joan. 13.
ad patrē? Nā ipſum tranſitū ſignificat paſcha. Qđ enim he
K braico verbo dicit paſcha: latine trāſitus interpretat. Quid
eſt: faciē meā nō videbis: ſed poſteriora mea videbis? Cuius Exod. 33.
perſonā gerebat ille moyſes: quādo ei dictū eſt: Faciē meā
non videbis: ſed poſteriora mea videbis: ꝛ hoc cū tranſiero:
vt aūt nō videas faciē meā ponā ſuper te manū meā? Faciē
ſuā dixit: prima ſua: ꝛ quodāmodo poſteriora ſua: tranſitum
de hoc mundo paſſionis ſue. Apparuit iudeis: nō eū cogno
uerunt. Eoꝝ perſona gerebat moyſes quādo ei dicebat: Fa
ciem mea non potes videre. Unde aūt nō viderūt deū in car
ne poſitū? Quia grauata erat ſuper eos manus dn̄i. De illis Eſa. 6.
enī dixerat Eſaias: Incraſſa cor populi huius: ꝛ oculos eoꝝ Joan. 12.
graua. Et eoꝝ vox eſt in alio pſalmo: Qm̄ grauata eſt ſuper Pſ. 31.
me manus tua. Ut ergo nō cognoſcerent tunc diuinitatem
chriſti: grauati ſunt: Si enim cognouiſſent: nūꝗ dn̄m glorie 1. Cor. 2.
crucifixiſſent: Nō crucifixo aūt dn̄o: ſanguis illius nō redime
ret orbē terrarum. Quid egit deus niſi qđ ait apoſtolus: alti Ro. 11.
tudinē diuitiarū ſapientie ꝛ ſcientie dei? vbi exclamat: O al
titudo diuitiarum ſapientie ꝛ ſcientie dei: ꝗ incōprehenſibi
lia ſunt ſunt iudicia eius: ꝛ inueſtigabiles vie eius? Quis enī
cognouit ſenſum dn̄i: aut quis cōſiliarius eius fuit: aut quis
prior dedit illi ꝛ retribuet ei? Qm̄ ex ipſo ꝛ per ipſum ꝛ in ip
ſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula ſeculoꝝ. Apoſtolus hoc di
cit: quia ſuperius dixerat: Cecitas ex parte iſrael facta eſt: Ibidem.
vt plenitudo gentiū intraret: ꝛ ſic oīs iſrael ſaluus fieret. Ex
cecati ſunt ergo ex parte iudei merito ſuꝑbie ſue: qꝛ ſe iuſtos
dicebant: ꝛ excecati crucifixerunt dn̄m. Poſuit ſuper eos ma Exod. 33.
num ſuam ne viderent eū donec tranſiret ſcꝫ de hoc mundo Joā. 13.
ad patrē. Uideamus ſi poſtea ꝗ tranſijt viderunt poſteriora L
eius. Reſurrexit dn̄s: apparuit diſcipulis ſuis ꝛ oībus qui Joan. 20.
in eū iam crediderant: nō eis a quibus crucifixus erat: qꝛ ſu
per illos manū poſuerat donec tranſiret. Aſcendit aūt in ce Act. 1.
lum quadraginta diebus factis cum diſcipulis ſuis: Imple Act. 2.
to aūt die pētecoſtes miſit eis ſpiritūſanctū: Repleti ſpiritu
ſancto ceperunt omniū linguis loqui qui in vna nati erant: ꝛ
vnam ſolam didicerant. Expauerunt et exhorruerunt tan Ibidem.
tum miraculum milia eorū qui crucifixerant dominum: com
pūcti corde de tanto miraculo: queſierūt conſiliū ab apoſto
lis qđ facerent poſteaꝗ eis predicatus eſt chriſtus mirāts⁹
vnde idiote homines linguis oībus loquerētur. Per petrū
igitur aplm̄ annūciato eis chriſto quem in cruce contempſe
rant: quem tāꝗ mortalem hominem irriſerūt: cui propterea
inſultabāt qꝛ de cruce nō deſcendebat: cū vtiqꝫ maius multo
fuerit qđ fecit de ſepulchro reſurgere: ꝗ de cruce deſcende
re: annūciato ergo chriſto ſibi dixerūt: Quid faciem⁹? Illi Mat. 27.
qui ſeuierūt in dominū quem videbant: iam conſilium petūt
ſalutis: ꝛ dictū eſt eis: Agite penitentiam: ꝛ baptizetur vnuſ Act. 2.
quiſqꝫ veſtrū in nomine domini noſtri ieſu chriſti: et dimittē
tur vobis peccata veſtra. Ecce viderūt poſteriora ei⁹: cuius Exod. 33.
faciem videre nō potuerūt. Man⁹ enī ei⁹ erat ſuper oculos
eorū: non ſemper: ſed donec tranſiret. Poſteaꝗ tranſijt: ab
ſtulit manus ab oculis eorū. Ablata manu ab oculis ſuis: di
cunt diſcipulis: qđ faciem⁹? Primo ſeui: poſtea pij. primo ira
ti: poſtea timidi. primo duri: poſtea flexi: primo ceci: poſtea
illuminati. Puto qđ agnoſcamus et in hoc pſalmo voces hu M
iuſmodi etiam gentiū recordātium infidelitatem ſuam. Cō Roma. 11.
cluſit enim deus omnes in infidelitate: vt omniū miſereat.
Tu finxiſti me et poſuiſti ſuper me manū tuam. Mirificata
eſt ſciētia tua: ex me: inualuit: ꝛ nō potero ad illam: Uelut
poſuiſti ſuꝑ me manū tuā: Mirus mihi fact⁹ es: nō te com
prehēdo cū quo erā. Quā facilis mihi erat vultus patris qn̄
dixi: Da mihi ſubſtātiā meā q me ꝯtingit. Ecce profecto in Luce. 15.

Pſ. 72. regionem longinquā ⁊ fame contrito multū mihi eſt:⁊ labor
eſt ante me:non poſſum percipere qđ dimiſi. Mirificata eſt
enī inquit ſcientia tua ex me. Ex peccato meo factū eſt vt mi
rificata mihi eſſet:⁊ incōprehēſibilis mihi exiſteret. Nā erat
mihi facilitas contemplandi te:quando nō in ſuperbia reli-
querā te. Mirificata eſt inquit ſciētia tua ex me. Jnualuit:
non potero ad illā: Subaudis ex me. Non potero ad illā ex
me:Cū ergo potero:non potero niſi ex te. Ecce inuenies in
longinquo fugitiuū:non latere oculos eius a quo fugit. Et
N quo iturus eſt iā cuius limes eſt inueſtigatus?Videte quid
Sap. j. dicit.⌊ Quo ibo a ſpiritu tuo? ⌋ Spiritus enim dñi repleuit
orbem terrarū. Quis poteſt fugere in mundo ab illo ſpiritu
quo plenus eſt mundus?Quo abibo a ſpiritu tuo?⌊ Et quo
a facie tua fugiam? ⌋ Locum querit quo fugiat ab ira dei
Quis eſt locus recepturus fugitiuū dei?Homines qui ſuſci-
piunt fugitiuos querunt ab eis a quo fugerint:⁊ quē ſeruū
inuenerint alicuius domini minus potētis:tanq̄ ſine vllo ti-
more ſuſcipiunt:dicētes in corde ſuo:non habet iſte talē do-
minum:a quo poſſit inueſtigari. Cū aūt audierint dominū
potentē:aut non ſuſcipiunt:aut cū magno timore ſuſcipiunt.
Et q̄ homo potens falli poteſt. Vbi non eſt deus?Quis fal-
lit deum?Quē non videt deus?A quo fugitiuū ſuū non repe
rit de⁹?Quo ergo ibit fugitiuus iſte a facie dei?Vertit ſe huc
O Alſ † illic. atq̄ illuc:quaſi querens locū fuge ſue.⌊ Si aſcendero: ⌋ in
quit:⌊ in celū tu † ibi es:ſi deſcēdero in infernū ades. ⌋ Tā
dem cognouiſti male fugitiue nullo pacto te poſſe fieri lōge
ab eo a quo longinquare voluiſti. Ecce ille vbiq̄ eſt:Quo tu
iturus es?Jnuenit conſiliū:⁊ hoc ab illo qui eū iam reuoca
re dignatur inſpiratū. Si aſcendero in celū tu ibi es:ſi deſcē
dero in infernū ades. Si me extulero te inuenio repreſſorē:
ſi me abſcondero:te inuenio inquiſitorē:⁊ non inquiſitorem
tm̄ ſed ⁊ inueſtigatorē. Si enim ſuperbiero de iuſtitia mea:
Puerb. 18. tu ibi es cuius eſt vera iuſtitia. Si peccando venero in pro-
Pſ. 6. fundum maloꝝ:⁊ confiteri contēpſero dicēs:Quis me videt
in inferno:quis enī confitebit̄ tibi?Etiā illic ades vt vindices
Quo ergo iturus ſum vt a facie tua fugiam:ideſt iratum te
non ſentiā?Hoc conſiliū inuenit:Sic fugiā inquit a facie tua
P ſic fugiā a ſpiritu tuo:ab vltore ſpiritu:a vīdice facie ſic fugiā
Alſ † ſum Quō?⌊ Si † recipiā pennas meas † in directū:⁊ † habita-
pſero. † di uero in extremis maris: ⌋ Sic poſſū fugere a facie tua Si
luculo. in extrema maris vult fugere a facie dei:ibi nō erit ille a quo
al † dicabo fugit:de quo dixit:ſi deſcendero in infernū ades? Mirum ſi
in extremis maris nō eſt:qui nec apud inferos deeſt. Sꝫ no
ui inquit quomodo fugiā ab ira tua. Recipiende ſunt penne
mee nō in prauū ſed in directū:vt nec in ſuperbiā erigar pre
ſumptionē:nec in perditā mergar deſperationē. Quas pen
Mat. 22. nas vult aſſumere:niſi duas alas:duo precepta charitatis?
Jn quibus duobus preceptis tota lex pēdet ⁊ ꝓphete. Has
inquit alas:has pennas ſi recipiā ſic:⁊ habitabo in extremis
maris:poſſum fugere a facie tua ad faciē tuam:⁊ a facie ira-
ti ad faciē placati. Quid enī eſt extremū maris:niſi finis ſe
culi? Jllic iam volemus ſpe ⁊ deſiderio:habentes alas gemi
ne charitatis:non ſit nobis requies: niſi in extremis maris.
Nam ſi alibi requiē habere voluerimus:in mare precipitabi
mur. Volemus quouſq̄ finiatur mare:ſuſpendamus nos pē
nis gemine dilectionis:Ad deum interim ſpe volemus:⁊ il-
lum fineꝫ maris ſpe fideli premeditemur. Quis aūt nos per
ducat attendite:Jlle ipſe cuius faciem irati volumus fuge-
re. Quid enim ſequitur?Si deſcendero in infernum ades:ſi
recipiam pennas meas in directū. Recipiā inquit. Ergo aut
Q ferat. Si recipiā pennas in directū:⁊ habitabo in nouiſſima
Al † tene- maris. ⌊ Etenim illuc manus tua deducet me:⁊ † adducet
bit. me dextera tua. ⌋ Hoc meditemur fratres chariſſimi:hec ſit
ſpes noſtra:hec ſit conſolatio noſtra:Recipiam⁹ pennas per
charitatem quas amiſimus per cupiditatem. Cupiditas enī
viſcum facta eſt pennarū noſtrarū:elliſit nos de libertate ae
ris noſtri:ideſt aurarū illarum liberarum ſpiritus dei. Jnde
eliſi perdidimus pennas ⁊ ſumus quodāmodo captiuati in
aucupis poteſtate:Jnde nos ſanguine ſuo redemit quē fugi
mus vt caperemur. Nutrit nobis pennas de preceptis ſuis
erigim⁹ iam eas ſine viſco. Non amemus mare:ſed volemus
in extrema maris. Nemo trepidet:ſed nemo de pennis ſuis
ꝓſumat:q̄ ⁊ pēnatos niſi ipſe erigat niſi ipſe deducat:ꝓcipi-
tabimur in ꝓfunda maris laſſati ⁊ fatigati:quaſi preſumētes
de virib⁹ noſtris. Opus ergo eſt vt habeam⁹ pēnas:⁊ opus
eſt vt ipſe deducat. Adiutor enim noſter eſt. Habemus libe-
rum arbitrium:ſed ipſo libero arbitrio quātū poſſumus:niſi
nos adiuuet ille q̄ iubet? Etenī illuc manus tua deducet me: R
et adducet me dextera tua. Et conſiderans longinquitateꝫ al † forſitā
vie:quid ſibi dixit? ⌊ Et dixi † forſaſſe tenebre cōculcabunt
me. ⌋ Ecce enim iam credidi in chriſtū: iam erigor duabus
alis gemine charitatis:⁊ abundat iniquitas huius ſeculi: et Mat. 24.
quoniam abundauit iniquitas:refrigeſcet charitas multoꝝ:
Sic dixit dominus: Quoniam abundauit iniquitas : refri-
geſcet charitas multorum. Jn iſta vita inter tanta ſcanda-
la:inter tam multa peccata : inter tantas turbas quotidia-
narum temptationum:quotidianarū ſuggeſtionum malarū
quid facio inquit?Quomodo perueniā ad extrema maris?
Audio terribiliter a domino:Quoniā abundauit iniquitas:
refrigeſcet charitas multorum. Deniq̄ deinde ſubiecit:Qui Jbidem.
Perſeuerauerit vſq̄ in finē hic ſaluus erit. Attendens lon-
gitudinem vie:dixi mihi:forſaſſe tenebre conculcabunt me:
⌊ Et nox illuminatio mea in delitijs meis. ⌋ Facta eſt mihi S
nox illuminatio:q̄ i nocte me deſperauerā poſſe tranſire tm̄
mare:⁊ tantā viam ſuperare:⁊ venire ad extremum perſeue
rando vſq̄ in finem. Gratias illi qui me queſiuit fugitiuum:
qui terga mea flagelli plaga percuſſit:qui me vocando ab in
teritu reuocauit:qui fecit mihi illuminatam noctem. Nox eſt
enim q̄diu iſta vita agit̄. Quomō eſt nox illuminata? Quia
chriſtus deſcendit in noctem. Accepit chriſtus carneꝫ de iſto Luce. 15.
ſeculo:⁊ illuminauit nobis nocteꝫ. Perdiderat enī drachmā
mulier illa:accendit lucernā. Sapiētia dei perdiderat drach
mam. Quid eſt drachma? Nūmus in quo nūmo imago erat Gen. j.
ipſius imperatoris noſtri. Factus eſt enim homo ad imagi- Luce. 15.
nem dei:⁊ perierat. Et quid facit mulier ſapiens?Accēdit lu
cernam. Lucerna de luto eſt:ſed habet lucem qua inueniat
drachma. Lucerna ergo ſapientie:caro chriſti: De luto facta
eſt:ſed verbo ſuo lucet:⁊ inuenit perditos:⁊ nox illuminatio
in delitijs meis. Facta eſt mihi nox in delitijs. Delitie noſtre
chriſtus. Videte quemadmoduꝫ de illo modo gaudeamus.
Clamores iſti veſtri:gaudia iſta veſtra vnde ſunt niſi in deli
tijs:Vnde autē iſte delitie:niſi q̄ nox illuminata eſt: niſi q̄
dominus chriſtus nobis predicatur?Quia queſiuit vos ante T
q̄ quereretis eū:⁊ inuenit vos vt inueniretis eum. Et nox il Al † Quia
luminatio mea in delitijs meis:⌊ Quoniam tenebre non † † obſcura-
obtenebrabūt̄ a te. ⌋ Tu ergo noli tenebrare tenebras tuas buntur
et deus illas non tenebrat ſed magis illuminat: q̄ illi dictuꝫ
eſt ipſi cāto in alio pſalmo:Tu illūinabis lucernā meā:domi Pſ. 17.
ne deus meus illuminabis tenebras meas. Qui autem tene
brant tenebras ſuas quas deus non tenebrat?Homines ma
li:homines peruerſi. Cum peccant vtiq̄ tenebre ſunt:dū nō
confitentur peccata ſua que fecerunt ſed inſuper defendunt
tenebrant tenebras. Ergo iam ſi peccaſti:in tenebris es:ſed
confitēdo tenebras tuas:mereberis illuminari tenebris tuis
Defendendo aūt tenebras tuas:tenebraberis tenebris tuis.
Et quādo euades a duplicibus tenebris: qui in ſimplicibus
laborabas?Vnde autem dominus nō tenebrat tenebras no-
ſtras?Quia non nos ſinit impunita habere peccata. Flagel-
lat nos in iſtis laboribus:⁊ erudit nos. Tota iſta miſeria ge
neris humani in qua gemit mundus:noueritis fratres quia
dolor medicinalis eſt: non ſententia penalis. Videtis q̄ do-
lor vbiq̄:vbiq̄ metus:vbiq̄ neceſſitas:vbiq̄ labores:Creſ-
cit auaricia:ſed in malis. Si ad hoc deus hic talibus flagel-
lis erudit nos:vt nō tenebrent̄ tenebre noſtre: agnoſcamus
nos ſub pena flagelli eſſe: ⁊ benedicamus deum miſcentem
iam amaritudines dulcedini vite temporalis:ne temporaliū
delitiarū delectatione cecati:non deſideremus delitias eter
nas:nec velimus finire mare ⁊ habitare in nouiſſimo maris.
Seuiant ergo fluctus maris. Quanto plus ſeuiunt fluctus
maris:tanto ſe illa cum pennis columba ſuſpendit. Non er-
go tenebrat deus tenebras noſtras:quia miſcet flagella pec-
catis noſtris:⁊ amaritudines prauis dulcedinib⁹ noſtris. Nō
nos tenebremus tenebras noſtras defendendo peccata no-
ſtra:et nox illuminatio in delitijs noſtris: Quoniā tenebre V
non obtenebrabūtur a te. ⌊ Et nox † tanq̄ dies illuminabi- Al † ſicut.
tur. ⌋ Nox tanq̄ dies. Dies nobis ꝓſperitas ſeculi:nox nobis

aduerſitas ſeculi. Sed ſi cognoſcamus ob meritū peccato
rum noſtrorū nos aduerſitates pati et dulcia nobis ſunt fla
gella patris:ne ſit amara ſententia iudicis:ſic habebimus
tenebras noctis huius:quomodo lumē noctis hui⁹. Si nox
eſt quomodo ibi lux eſt: Nox eſt:quia erratur hic a genere
humano. Nox eſt:quia nondum venimus ad illum diē quē
non coartat heſternus et craſtinus:ſed eſt dies perpetuus:
ſine ortu:quia ſine occaſu. Nox eſt ergo hic:ſed quādā lucē
ſuam nox iſta habet:et tenebras ſuas. Quare ſit generali
ter nox diximus. Que eſt lux noctis huius? Proſperitas et
felicitas ſeculi huius: Gaudium temporal:honor tempora
lis:quaſi lux eſt noctis huius. Aduerſitas autem ⁊ amaritu
do tribulationū vel ignobilitas:tanq̄ tenebre ſunt noctis
huius. In hac nocte:in hac mortalitate vite humane habēt
homines lucem:habent homines tenebras: Lucem proſpe
ritatem:tenebras aduerſitatem. Sed vbi venerit dominus
Ieſus chriſtus et habitauerit animam per fidem:et promiſe
rit aliam lucem et inſpirauerit:et donauerit patientiam:et
monuerit hominem non delectari proſperis:ne frangat ad
uerſis:incipit homo fidelis indifferenter vti mūdo iſto:nec
extolli quando res proſpere accedūt:nec frangi quādo res
aduerſe ſunt:ſed vbiq̄ dominū benedicere:non ſolū qn̄ abū
dat:ſed etiā qn̄ amittit:nō ſolū qn̄ ſanus eſt:ſed etiā quādo
Pſ̄.33. egrotat:vt ſit in illo vera illa cātatio: Benedicā dn̄m in om
ni tpe:ſemꝑ laus eius in ore meo. Si ergo ſemꝑ et qn̄ lucet
nox iſta:et quando obſcura eſt nox iſta:quando arridet pro
ſperitas:qn̄ triſtis eſt aduerſitas:ſemper ſit laus eius in ore
X tuo:⁊ fiet tibi qđ modo dictū eſt: ⌊Sicut tenebre eius ita ⁊
lumen ei⁹.⌋ Nō me cōculcant tenebre eius:quia nō me ex
Job.1. tollit lumē ei⁹. Ecce habes lumē ipſi⁹ in iob. Abūdabat om
nibus rebus. Lux noctis in illi⁹ diuitijs prima deſcribitur.
Quātis rebus ⁊ quanta copia redundabat:lux erat noctis
eius. Putauit inimicus propterea illū talē virū colere deū:
quia illa omnia donauerat ei:et petiuit vt auferrent ab eo.
Facte ſunt tenebre noctis illius:q̄ primo habebat lucē. No
uerat tamē ille:ſiue lux ibi eſſet:ſiue tenebre:illā noctē eſſe:
in qua peregrinaretur a deo ſuo:⁊ habebat interiorē lucem
ipſum deū ſuum:ꝑ quā lucē interiorē indifferenter haberet
ſiue tenebras noctis illi⁹:ſiue lucē. Propterea q: in luce no
ctis illius:id eſt in rerū abundantia colebat deū:ablatis illi
omnibus rebus:poſteaq̄ facte ſunt tenebre illius:qđ dixit
Ubi.ſ. ille? Dominus dedit:dn̄s abſtulit:ſicut dn̄o placuit ita factū
eſt:ſit nomē domini benedictū. In nocte ſum quadam vite
huius. Dn̄s inq̄t habitat cor meū:illuminauit mihi ſolacijs
quibuſdā noctem:qn̄ dedit copias rerū tēporalium: Subtra
xit ipſam lucē tēporalē:⁊ quaſi tenebrata eſt nox. Sed quia
ſicut tenebre eius:ſic ⁊ lumē eius: Dn̄s dedit:dn̄s abſtulit:
ſicut domino placuit ita factū eſt:ſit nomen domini benedi
ctum. Non ſum triſtis in nocte hac:q: ſicut tenebre eius:ita
.Corin.7. et lumen eius. Utrumq̄ tranſit: Et q̄ gaudēt tanq̄ nō gau
Y
Al.†Quia dentes ſint:et qui flent tanq̄ nō flentes ſint:q: ſicut tene
Al.† nō hȝ bre eius ita ⁊ lumē ei⁹. ⌊†Quoniā tu poſſediſti renes meos
†domine.⌋ Nō ſine cauſa ſicut tenebre ei⁹:ſic ⁊ lumē eius.
Intus eſt poſſeſſor q̄ nō ſolū cor tenet:ſed etiā renes:nō ſo
lum cogitationes:ſed etiā delectatiōes. Ipſe ergo poſſidet
vnde me delectaret aliquid lucis in nocte:ipſe tenet renes
meos: Nō noui delectari niſi de luce interiore ſapiētie ipſi⁹
Quid ergo? Nō delectaris de ꝓſperitate rerū:de felicitate
temporum:de honoribus:de diuitijs:de familia? Nō delector
inquit. Quare? Quia ſicut tenebre eius ita et lumen ei⁹. Un
de tibi iſta indifferentia:vt ſicut tenebre ei⁹:ſic ſit tibi et lu
men eius? Unde? Quoniam tu poſſediſti renes meos domi
Z ne: ⌊Suſcepiſti me de vtero matris mee.⌋ Dum eſſem in
vtero matriſ mee:nō indifferenter habebā tenebras illi⁹ no
ctis ⁊ lucē illi⁹ noctis. Etenī vter⁹ matriſ mee:cōſuetudo ci
uitatis mee fuit. Que ē illa ciuitas? Que nos ꝓgenuit in ca
ptiuitate. Nouim⁹ babyloniā illā:de qua heſterno die locu
ti ſum⁹ vnde ꝓficiſcunt̄ oēs q̄ credūt ⁊ ſuſpirāt illi luci hieru
ſalem celeſtis. Ergo ego dixi:ex vtero matris mee ſuſcept⁹
ſum a domino:inde mihi tenebre noctis huius:et lux huius
noctis indifferētes facte ſunt. Qui autem eſt in vtero ma
tris illius babylonie:gaudet proſperis ſeculi:frāgit̄ aduer
ſitatibus ſeculi:non nouit gaudere niſi aliquid ꝓſperū eue
niat ſecundum tempus:nec nouit cōtriſtari:niſi aliquid ad
uerſum eueniat ſecundum temp⁹. Iā exi de vtero babylo
nie:incipe cantare hymnū domino: Egredere et naſcere:ſu
ſcipiet te deus ex vtero matris tue. Quis deus? De⁹ ille apo ⁊
ſtoli pauli qui dixit: Cum autem placuit deo qui me ſegre Gal.1.
gauit de vtero matris mee reuelare filium ſuū in me. Que
enim erat mater ei⁹? Synagoga. Et ibi quid didicerat:niſi
quod habebāt et didicerant ipſi iudei et ipſe populus? No
men in illis remanſerat laudis dei:facta autem in eis nō in
ueniebantur. Erant in eis verba dei quaſi folia in arbore:et
fructus nuſq̄. Talem arborem fici ſicut noſtis:cum domin⁹ Mat.21.
inueniſſet maledicto areſecit. Inuenit enī in ea folia:⁊ fru
ctum non inuenit: Quandam nobis arborē figurabat. Nā
fructuum eorum tempus nondū erat. Quod omnes homi
nes nouerant:artifex celi et terre non nouerat? Ergo ille q̄
paulum ſegregauit ab vtero matris ſue:ipſe et nos ſegrega
uit ab vtero matris noſtre. Cui⁹ matris noſtre? Babylonie
illius. Suſcepit ergo ex vtero illo:iā incipiam⁹ habere aliā
ſpem. Promiſit fratres quare gaudetis:fructus facite poſi
tivi in alia ſpe. Iam non nouimus malū niſi offendere deū et
non perduci ad illa que promiſit:nec nouimus bonū niſi ꝓ
mereri deum ⁊ perduci ad illa que ꝓmittit. Quid illa bona
mundi huius et mala mundi hui⁹? Indifferenter habeam⁹:
quia iam ſuſcepti ab vtero matris noſtre indifferēter ea ha
bentes dicimus: Sicut tenebre eius:ſic et lumen eius. Nec
felicitas huius ſeculi nos beatos facit:nec aduerſitas miſe
ros. Opus eſt iuſtitiam tenere:fidē diligere:ſperare in deū
diligere deū:diligere ⁊ proximū. Poſt iſtos labores habebi
mus indefeſſam lucē:habebimus diē ſine occaſu. Trāſit q̄c
quid eſt in iſta nocte lucidū ⁊ tenebroſum: Quoniam tu poſ
ſediſti renes meos dn̄e:ſuſcepiſti me ex vtero matris mee. Al.† nō hȝ
⌊Confitebor tibi†domine quoniam terribiliter†mirifica † magnifi
tus es.⌋ Terribiliter mirificatus es:eoipſo q̄ te miramur: catus.
tu terribilis es:cum tremore gaudemus. Timemus enim
ne de donis tuis nos extollētes per ſuperbiam:mereamur
amittere quod humilitate percepimus. Confitebor tibi do Al.† nō hȝ
mine quoniam terribiliter mirificatus es: ⌊Mirabilia ope †nimis.
ra tua†deus: Et anima mea cognoſcet†valde.⌋ Iam co
gnoſcit anima mea valde:quoniā ſuſcepiſti me ex vtero ma
tris mee. Antea vero mirificata eſt ſcientia tua et me:inua
luerat nec poteram ad illā. Ergo ex me inualuerat:nec po
teram ad illā. Unde modo anima mea cognoſcet valde:niſi
quia nox illuminatio in delitijs meis eſt:niſi q: venit mihi
gratia tua et illuminauit tenebras meas:niſi quia tu poſſe
diſti renes meos:niſi quia tu ſuſcepiſti me ex vtero matris A A
mee? ⌊Non eſt†abſconditum os meum a te quod feciſti in Al.†occul
†abſcondito.⌋ Oſſum dicit. Quod vulgo dicitur oſſum:lati tatum.
ne os dicitur. Hoc in greco inuenitur. Nā poſſemus hic pu †occulto.
tare os eſſe ab eo quod ſunt ora:non os corrupte ab eo qđ
ſunt oſſa. Non eſt ergo abſconditum inquit os meum a te:
quod feciſti in abſcondito. Habeo in abſcondito quoddam
oſſum: Sic enim potius loquamur. Melius eſt vt reprehē
dant nos grammatici:q̄ non intelligant populi. Ergo eſt in
quit quoddam oſſum meum intus in abſcondito. Tu feciſti
intus oſſum mihi in abſcondito:et non eſt abſconditum a te.
In abſcondito enim feciſti:ſed nunq̄d ⁊ tibi hoc abſcōdiſti?
Hoc oſſum meum factū a te in abſcondito homines non vi
dent:homines non nouerunt:tu autē noſti qui feciſti. Qđ
ergo os dicit fratres? Queram⁹ illud:in abſcondito eſt. Sȝ B B
q: chriſtiani in nomine domini chriſtianis loquimur:modo
inuenimus quid ſit oſſum huiuſmodi. Firmitas quedā eſt
interior:quia in oſſibus firmitas ⁊ fortitudo intelligit̄. Eſt
ergo quedam anime interior vis:vbi firmitas non frangi
tur. Quelibet tormenta:quelibet tribulationes:q̄libet hui⁹
ſeculi aduerſitates vndiq̄ ſeuiāt:illud qđ de⁹ in abſcondito
fecit firmum:in nobis frangi nō poteſt:nō cedit. A domino
enim facta eſt quedam firmitas patientie noſtre:de qua di
citur in alio pſalmo. Verūtamē deo ſubiecta eſt anima mea Pſ̄.61.
quoniam ab ipſo patientia mea. Et attende apoſtolū pau
lum:habentē intus hoc genus firmitatis: Quaſi triſtes in 2.Corin.6.
quit:ſemꝑ aūt gaudētes. Unde quaſi triſtes? Contumelijs:
opprobrijs:perſecutionibus:flagellis:plagis:carceribus:ca
tenis:lapidationibus. Quis non eos miſeros tunc exiſtima

ret? Nec illi ipſi pſecutores ſeuirent in eos:niſi putarēt eos
miſeros fieri perſecutionibꝰ ſuis. Illi enim eos ex ſua infir
mitate conijciebant:qui non habebant oſſum abſconditū in
tertus. Illi vero qui habebāt:hominibus foris triſtes vide
bantur: Intus autem gaudebant deo:cui non erat abſcōdi
tum oſſum ipſorum quod fecerat in abſcondito. Aperit autē
hoc oſſum in abſcondito factum a deo idem Apoſtolus pau
Roma.5. lus his verbis: Non ſolum autem inquit ſed etiā gloriamur
in tribulationibus. Parum eſt quia non es triſtis:ſed et glo
riaris? Sufficiat tibi triſtem non eſſe. Parum eſt inquit chri
ſtianis: Tale oſſum mihi fecit in abſcondito:vt parum ſit nō
frangi:niſi etiā glorier. Unde gloriaris? In tribulationibꝰ:
ſcientes quia tribulatio patientiam operatur. Uide quomo
Ibidem. do formatū ſit illa firmitas intus in corde:Sciētes quoniā
tribulatio patientiam operatur:patientia probationem:pro
batio ſpem:Spes autem non confundit:quoniam charitas
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui
datus eſt nobis. Sic formatum atq̄ firmatū eſt oſſum illud
abſconditum:vt faciat nos etiam gloriari in tribulationibꝰ.
Sed videmur hominibus inferi:quia abſconditum eſt ab
CC eis quod habemus intrinſecus. Non eſt abſconditū os meū
a te quod feciſti in abſcondito. ⌊ Et ſubſtantia mea in infe
rioribus terre. ⌋ Ecce in carne eſt ſubſtantia mea: In infe
rioribus terre eſt ſubſtātia mea:⁊ habeo tamē oſſum intrin
ſecus qđ formaſti:qđ faciat me nō cedere oībus perſecutio
nibus inferioris huiꝰ regionis:vbi eſt adhuc ſubſtātia mea.
Quid enī magnū eſt: ſi fortis eſt angelus? Magnum eſt ſi
fortis eſt caro. Et vnde fortis eſt caro? Unde forte vas fictī
le:niſi q2 factū eſt ibi oſſum in abſcōdito? Et ſubſtātia mea
in inferioribꝰ terre. Quid de illis qui minus firmi ſunt? Lo
quitur enim vt iā cōmēdaui chriſtus. Sed multa dicta ſunt
ex perſona corporis: Audi ⁊ ex pſona capitis: Et nō quaſi di
ſtinguit vt inducat ipſas perſonas:modo caput: modo cor
Mat.19. pus. Si enim diſtinguit:quaſi diuidit:nō erūt duo in carne
vna. Si autem duo ſunt in carne vna:noli mirari ſi duo ſunt
in voce vna. Quādo dominus noſter ieſus chriſtus paſſus
eſt:diſcipuli nōdum habebant illud oſſum interius:nōdum
illis erat firmatum robur patientie:⁊ latebant ſe:neſciebāt
vires ſuas: Et auſus eſt petrꝰ promittere ſocietatē mortis
cum dñi paſſione:⁊ nō ſe nouerat egrotꝰ: medicꝰ aūt noue
rat egrotum. Quid antē factū eſt? Tecū inquit ero vſq̄ ad
Luce.22. mortē: Amē dico tibi:priꝰ q̄ gallus cantet ter me negabis.
Reſpōſio medici verior inuēta eſt:q̄ egroti preſumptio. De
his ergo dicit: Non eſt abſcōditū os meum a te qđ feciſti in
abſcondito: In quibus eſt ipſum os firmatū intrinſecus: et
maxime robur paſſionis in ipſo dño noſtro ⁊ ſaluatore ieſu
chriſto:qui cū voluit ſedit:cum voluit ſurrexit:cū voluit dor
Joā.10. miuit:cum voluit euigilauit. Quia poteſtatē inquit habeo
ponendi animā meā:⁊ poteſtatem habeo iterū ſumēdi eā.
Quid de illis in quibus non erat fortitudo illa formata atq̄
DD firmata? Quid de illis? Uide quid dicat deo patri? ⌊ Imper
fectum meū viderunt oculi tui. ⌋ Imperfectū meū: Petrū
pollicentem et negātem:preſumentem ⁊ deficiētem: vide
runt tamē oculi tui. Nā q̄ eū ⁊ ipſe dominus reſpexit: ſicut
ſcriptum eſt in euāgelio: Iā poſt tertiā negationē cōmonitꝰ
Luce.22. qđ ei predixerit dominus: Exijt foras ⁊ fleuit amare. Fletꝰ
ille de reſpectione dei fuit:q2 imperfectū meum inquit vide
runt oculi tui. Nā ille imperfectus titubās in dñi paſſione: pro
culdubio periret:ſed viderūt eum oculi tui:nō ſolum ipſum
ſed ⁊ oēs q̄ imperfecti fuerūt:donec chriſti reſurrectione fir
marentur. Apparuit enim oculis eorum nō periſſe in domi
no qđ mortuū erat:⁊ factū eſt os illud in abſcondito eorum:
vt nec ipſi iā timerēt mori. Imperfectum meū viderunt oculi
tui: ⌊ Et in libro tuo oēs ſcribentur: Non ſolū pfecti:ſed etiā
imperfecti. Nō timeāt imperfecti:tm̄ pficiāt. Nec q2 dixi:non
timeāt amēt imperfectionē:⁊ ibi remaneāt vbi inuēti ſunt. Tā
tum proficiāt q̄tum in ipſis eſt: Quotidie addāt: quotidie
accedāt:tamē a corpe dñi nō recedāt:vt in vno corpore:⁊ in
his mēbris cōpaginati poſſint mereri de ſe dictā eſſe vocē
EE iſtā: Imperfectū meū viderunt oculi tui:⁊ in libro tuo omnes
Alsꝰ† dies ſcribentur. ⌊ Per † diem errabūt ⁊ nemo in eis. ⌋ Dies hic
formabūt. adhuc erat dñs noſter ieſus chriſtus. Unde dicebat: Ambu
Joā.12. late dum diem habetis. Sed per diem errabāt imperfecti ip

ſius. Putauerūt et ipſi dominum noſtrum ieſum chriſtum tā
tūmodo hoīem eſſe:nō habere in ſe occultam diuinitatem:
non eſſe occulte deum:ſed hoc ſolū eſſe qđ videbatur: Hoc ⁊
ipſi putauerunt. Nā et ipſe petrus:de illo enim potiſſimum
loquimur:in quo nobis etiam nō deſperate firmitatis exē
plum propoſitum eſt: Dixerat domino idem petrus:cum in
terrogaſſet quid illū dicerēt homines: Tu es chriſtus filiꝰ
dei viui. Et dixerat ei dominus: Beatꝰ es ſymon bariona: Mat.16.
quia nō tibi reuelauit caro et ſanguis: ſed pater meus qui
in celis eſt. Quare? Quia dixerat eum filium dei. Ibi paulo
poſt eodem loco in ipſa cōtextione verborum:cepit dominꝰ
de paſſione ſua futura dicere. Ille autem petrus qui iā illū
confeſſus fuerat filium dei:timuit ne ſicut filiꝰ hominis mo
reretur. Erat et filius dei:erat et filius hominis: Filius dei Philip.2.
in forma dei equalis patri:filius hominis i forma ſerui qua
minor eſt patre. Uenturus erat ad paſſionē vtiq̄ et forma Joā.14.
ſerui. Quid timuit petrus? Ne in forma ſerui periret forma
dei:⁊ nō potius preſumpſit:q2 ex forma dei reuiuiſceret for
ma ſerui. Ait illi: Abſit a te domine:propitius tibi eſto. Et Mat.16.
dominus qui illū beatū dixerat in illa voce: Uade poſt me
ſathanas inquit:neq̄ enim ſapis que dei ſunt:ſed que hoīm
ſunt. Iādudum q2 dixerat: Tu es chriſtus filius dei viui:au
diuit:nō tibi reuelauit caro et ſanguis:ſed pater meus qui
in celis eſt:ideo petra:ideo beatus. Modo autem q2 non ex
patris reuelatione ſed ex carnis infirmitate reſpōderat ſa
thanas appellatus eſt:nō ſapis inquit que dei ſunt:ſed que FF
hoīm: Et hic erat chriſtus:fratres: Inter illos ambulauerat: Matth.8.
ventis imperauerat:ante oculos ipſorum fluctus calcaue et.14.
rat:ante oculos ipſorum quatriduanum mortuum ſuſcitaue Joā.11.
rat:ante oculos ipſorum tāta miracula fecerat:et tamē tre
pidauerūt in paſſione eius:quaſi amiſiſſent eum de quo fru
ſtra preſumpſerāt: Sed per diem errabunt: ⁊ nemo in eis.
Nemo prorſus:nemo:nec ipſe qui dixerat: Tecum vſq̄ ad Luce.22.
mortem ero: Dixerat enim illis: Ueniet hora vt me relinqua Joā.16.
tis ſolum:⁊ eat vnuſquiſq̄ in viam ſuam: Sed nō ſum ſolus
q2 mecum eſt pater. Cum illo erat pater:et ipſe cum patre:
et in illo pater:et ipſe in patre:et ipſe ⁊ pater vnum:⁊ illi ti Joā.10.
muerunt cum moreretur. Quare? Niſi q2 per diem errauē
runt:et nemo fuit in eis. Per diem errabunt ⁊ nemo in eis.
Sed quid eſt errabunt per diem? Nūquid peribāt? Et vbi
eſt: Imperfectū meum viderunt oculi tui:⁊ in libro tuo oēs
ſcribētur? Ergo quādo per diem errauerunt? Cum hic poſi
tum dominum non intellexerūt. Et quid ſequitur? ⌊ Mihi GG
autem † valde honorificati ſunt amici tui deus. ⌋ Ididē ipſi Al.† nimis
qui per diem errauerunt ⁊ nemo in eis fuit: amici tui facti
ſunt:⁊ valde mihi honorificati ſunt. Factū eſt in eis os illud
poſt reſurrectionem domini in abſcōdito:⁊ pro eius nomine
paſſi ſunt:in cuius paſſione trepidauerunt. Mihi autem val
de honorificati ſunt amici tui deus: ⌊ † Ualde cōfortati ſunt Alsꝰ † Ni
principatus eorum. ⌋ Facti apoſtoli:facti duces eccleſie:fa mis cōfor
cti arietes ducentes greges: Ualde cōfortati ſunt principatꝰ tatus eſt.
eorum. ⌊ Dinumerabo eos ⁊ ſup arenā multiplicabuntur. ⌋
Per illos qui p diem errauerunt ⁊ nemo erat in eis:ecce na
ta eſt tāta multitudo:que tam ſicut arena numerari nō põt
niſi a deo. Dixit enim:ſup arenā multiplicabūtur:⁊ tamē di
xerat:dinumerabo eos. Illi ipſi numerati:ſup arenā multi
plicabūtur. Si q̄ppe arena numerata eſt:cui numerati ſunt
capilli capitis noſtri. Dinumerabo eos ⁊ ſuper arenā multi Mat.10.
plicabūtur. ⌊ Exurrexi:⁊ adhuc ſum tecum. ⌋ Exurrexi et
adhuc ſum tecum:quid eſt? Iam paſſus ſum inquit:ſepultꝰ
ſum:ecce ſurrexi ⁊ adhuc me nō intelligūt ſecum. Adhuc te
cum ſum:id eſt nōdum cum ipſis:quia me nōdū agnoſcūt.
Sic enī legitur in euāgelio: Quia poſt reſurrectionem do Mat.28.
mini noſtri ieſu chriſti ſibi apparētē:nō cōtinuo cognouerūt
Eſt ⁊ alius ſenſus: Exurrexi ⁊ adhuc ſum tecum:vt hoc tem
pus ſignificare voluerit:quo adhuc in occulto eſt ad dexte
ram patris:anteq̄ reueletur in claritate qua venturus eſt ad
iudicādum de viuis ⁊ mortuis. Et deinde dicit quid interea
p totum hoc tēpus dum iā reſurrexit ⁊ adhuc cū patre eſt:
patiatur hic p cōmixtionē peccatorum in corpe ſuo quod eſt
eccleſia:⁊ p ſeparationem hereticorū. Sequitur enim ⁊ dicit: HH
⌊ Si occideris deus peccatores:viri ſanguinum declinate a Al.† Quia
me:† Quoniā dices in cogitatione:accipiēt in vanitate ciui dicitis.
tates

tates ſuas.] Videtur ſic connecti ordo verborum. Si occi-
deris deus peccatores: accipiēt in vanitate ciuitates ſuas.
Sic enim occiſos vult intelligi: cum per ſuperbiam qua in-
Sap.1. tumeſcunt amittunt gratiam qua viuunt: Spiritus enī ſan
ctus diſcipline effugiet fictum: et auferet ſe a cogitationib⁹
que ſunt ſine intellectu. Sic occidūtur peccatores: quia ob
ſcurati intelligentia alienantur a via dei: Amittunt enim cō
feſſionem propter elationem: atq; ita in eis occiſis fit quod
Eccli.17. ſcriptum eſt: A mortuo homine tanq̄ qui nō ſit perit cōfeſ-
ſio: Et ſic accipiunt in vanitate ciuitates ſuas: id eſt popu-
los ſuos vanos eorum vanitatem ſectantes: cum inflati iu-
ſticie nomine perſuadent: vt dirupto vnitatis vinculo eos
tanq̄ iuſtiores ceci et imperiti ſequātur. Et quia plerumq;
hinc inueniunt occaſionem ſeparandi ſe ab vnitate chriſti:
dum malos accuſant cum quibus ſe communionē nolle ha
bere confingunt: Et quia fieri poteſt vt non tantū infamēt
innocentes quos tanq̄ malos ſe fugere ſimulant: ſed etiā
vera de quibuſdam malis ſuis ſimilibus dicant: inter quos
triticum chriſti ſeruato vnitatis vinculo gemit: ꝓpterea in-
terpoſuit: Viri ſanguinum declinate a me: quoniā dices in
cogitatiōe: accipient in vanitate ciuitates ſuas: Id eſt ideo
ſeducent in ſeparatione propria populos ſuos vanitate pro
pria corrumpēdos: quia tu in cogitatione dices: viri ſangui-
num declinate a me: vt ſcilicet merito ſuperbie peccatores
in ſpiritu occiſi: ꝓpterea ciuitates ſuas: hoc eſt populos ſuos
in vanum accipiant: hoc eſt in erroris vanitatem ſeparando
traducant: et quaſi offenſi commixtione palearum: dirupta
vnitate triticum deſerant: quia ipſum triticū: id eſt bonos
Matth.3. fideles monet: vt ante ventilationem que nouiſſima futura
eſt: non aperte ſe a malis ſegregent: ne adhuc eis commix-
tos deſerant bonos: ſed per bonam conuerſationem et diſ-
ſimilitudinem vite: quodāmodo tacite illis dicat corp⁹ chri-
ſti: viri ſanguinū declinate a me. Hoc enī eis voce dei dixit:
que vox in cogitatione eſt: ſicut eam deus dicit in cogitatio
ne ſancti populi ſui. Viri autem ſanguinū qui ſunt: niſi qui
1.Ioā.3. oderunt fratres? Sicut iohannes dicit: Qui odit fratrē ſuū
homicida eſt. Hoc ergo nō itelligētes occiſi peccatores: quo
modo dicat deus malis in cogitatione bonorum: Viri ſan-
guinum declinate a me: accuſant in eis communionem ma-
lorum: et ſe per has calumnias ſeparando accipiunt in va-
nitate ciuitates ſuas. Hęc vox que modo in cogitatione bo
norum dicitur malis: aperta erit in illa die quando eis di-
Matth.7. cetur a capite ipſo noſtro: Nunq̄ noui vos: Diſcedite a me
omnes qui operamini iniquitatem. Nunc autem dicit corp⁹
II chriſti quod eſt eccleſia: Quid eſt q̄ mihi calumniantur ſup
bi: q̄ quaſi me maculēt aliena peccata: et propterea ſepara
Al.† nō hȝ do ſe: accipiunt in vanitate ciuitates ſuas? [Nonne †eos q̄
Al.† oderūt †oderant te odio habui?] Vt q̄d a me peiores exigūt etiā
te dñe ode corporalē a malis ſeparationē: vt ante tempus meſſis ſimul
rant. cum zizania eradicetur et triticum: vt ante tempus venti-
Matt.13. lationis perdam ſuſtinentiam tolerandi paleam: vt anteq̄
et.3. omnia genera piſcium ad finem ſeculi tanq̄ ad littus ſepa-
Ibidem. randa perueniant: retia pacis vnitatiſq; dirumpam? Nun-
quid malorum ſunt ſacramenta que accipio? Nunq̄d eorū vi
te factiſq; communico conſentiēdo? Nonne eos qui oderāt
Als.† ini- te dñe odio habui? [Et ſuper †inimicis tuis tabeſcebā.]
micos tuos Nonne cum zelus domus tue comederet me: videbā inſen-
pš.68. ſatos et tabeſcebam? Nonne et tedium detinebat me a pec
pš.118. catoribus derelinquentibus legē tuā? Qui enī ſunt inimici
tui: niſi qui vita ſua indicant q̄ oderint legē tuā? Hos ergo
cum odiſſem: cur mihi calumniantur q̄ accipiūt in vanitate
ciuitates ſuas: q̄ mihi imputari poſſint eorū peccata quos
oderā: et ſuper q̄bus zelo dom⁹ dei tabeſcebā? Sed vbi eſt:
Diligite inimicos veſtros? An quia veſtros dixit: nō dei? Be
Matth.5. nefacite inquit eis qui oderunt vos: nō ait: q̄ oderūt deum:
Ideo iſte ſecutus dixit: Nonne eos qui oderunt te domi-
ne odio habui? non dixit: qui oderunt me: Et ſuper inimicis
tuis tabeſcebam: Tuis dixit: non meis: Sed q̄ nos propter
ea oderūt: et ꝓpterea inimici nobis ſunt: quia deo ſeruim⁹:
quid aliud q̄ eū oderunt: et eius inimici ſunt? Nunq̄d ergo
tales inimicos noſtros diligere non debem⁹? Aut nō ꝓpter
deū perſecutionē patiuntur: quib⁹ dicit: Orate pro pſequē
KK tibus vos? Ergo attende q̄ ſequitur. [Perfecto odio ode
rant illos.] Quid eſt pfecto odio? Oderā in eis iniq̄tates
eorum: diligebam cōditionem tuam. Hoc eſt perfecto odio
odiſſe: vt nec propter vitia homines oderis: nec vitia ꝓpter
homines diligas. Nam ecce vide quid adiungat. [Inimici
facti ſunt mihi.] Non iam tibi dei: ſed ſuos inimicos oſten
dit. Quomodo ergo in eis impleuit q̄ et ipſe dixit: Nōne
eos qui oderant te odio habui: ꝛ q̄ dñs precepit: Diligite Matth.5.
inimicos veſtros? Quomodo implebit hoc: niſi illo pfecto
odio: vt hoc in eis oderit q̄ iniqui ſunt: hoc diligat q̄ ho-
mines ſunt? Nam et tempore veteris teſtamēti quo viſibili-
bus ſupplicijs carnalis populus coercebatur: homo ad no-
uum teſtamētum ꝑ intelligentiā pertinēs famulus dei moy Exo.32.
ſes: quomodo oderat peccatores cū pro eis orabat: ꝛ quō
nō oderat cū eos occidebat: niſi q: pfecto odio oderat eos?
Ea nāq; pfectione ſic oderat iniquitatem quam puniebat:
vt diligeret humanitatem p qua orabat. Cum ergo corpus
xp̄i ab impijs ꝛ iniquis etiam corporaliter in fine ſeparādū:
nunc inter eos interim gemat: ꝛ cū illi occiſi pctōres tanq̄
de malorum cōmunione bonis calūniādo: ꝛ ſe quaſi p occa-
ſionem malorum magis a bonis et innocentibus ſeparādo
ſic accipient in vanitate ciuitates ſuas: vt multi mali adhuc
reſtent qui eorum ſeparationem non ſequātur: ſed a bonis
vſq; in finem tolerādi: in eadem permixtione remaneant:
Quid inter hec ait corpus xp̄i: ſiue centenū: ſiue ſexagenū Mat.13.
ſiue tricenum fructum afferēs cū tolerātia? Quid agit pro- Canti.2.
xima xp̄i in medio filiarū: ſicut lilium in medio ſpinarum?
Que ſunt voces eius? que ꝯſcientia? que ſpecies filie regis
intrinſecus? Ecce audi quid dicat. [Proba me de⁹ et ſcito ZZ
cor meum] Tu deus tu proba: tu ſcito: nō homo: nō here
ticus: qui nec ꝓbare nouit: nec ſcire poteſt cor meū: vbi tu
probas et ſcis q: nō ꝯſentiam factis malorum: et illi me pu
tant ꝯtaminari poſſe peccatis aliorū: vt dum ego in longin
qua pegrinatione mea facio q̄ in alio pſalmo gemo: id eſt
Cum his qui oderāt pacem eram pacificus: donec pueniā pš.119.
ad illam viſionē pacis: q̄ interpretatur hieruſalē: q̄ eſt ma
ter om̄ noſtrum: ciuitas eterna in celis: ipſi litigādo ꝛ calū-
niādo ſeq; ſepando accipiāt nō plane in eternitate: ſed in va
nitate ciuitates ſuas. Proba ergo me de⁹ et ſcito cor meū:
[†Scrutare me ꝛ cognoſce ſemitas meas.] Vt quid hoc? Als† inter
Attēde quid ſequitur. [Et vide:] inquit: [ſi via iniquita roga.
tis in me eſt: et deduc me in via eterna.] Scrutare inquit
ſemitas meas: id eſt conſilia et cogitationes meas: et vide
ſi via iniquitatis ſit in me: ſiue faciendo: ſiue conſentiendo:
et deduc me in via eterna. Quid aliud dicit: q̄ deduc me in
chriſto? Quid eſt enī via eterna: niſi q̄ eſt vita eterna? Eter-
nus enim eſt qui dixit: Ego ſum via: veritas et vita. Si er- Ioā.14.
go aliq̄d inueneris in via mea quod diſpliceat oculis tuis:
quoniam via mea mortalis eſt: tu deduc me in via eterna:
vbi nulla eſt iniquitas: Quia et ſi quis peccauerit: aduoca- 1.Ioā.2.
tum habemus apud patrem ieſum chriſtum. Ipſe eſt exo-
ratio pro peccatis noſtris: Ipſe eſt vita eterna ſine pecca-
to: Ipſe eſt vita eterna ſine ſupplicio. Magna ſacramenta MM
fratres: Quomodo nobiſcum loquitur ſpiritus dei? quomo
do nobis facit in hac nocte delitias? Quid eſt hoc: rogam⁹
vos fratres? Inde dulciora: quo obſcuriora. Cōficit nobis
potionem ad amorem ſuum: quibuſdam modis ſuis miris:
Mirificat ipſa dicta ſua: vt cum ea diceremus que iam no-
ueratis: tamē quia ex illis locis eruebantur q̄ obſcura vide
bant: tanq̄ noua fieret ipſa cognitio: Nunq̄d non noueratis
fratres quia in eccleſia dei tolerandi ſunt mali: et ſchiſmata
non ſunt facienda? Nunq̄d iam non ſciebatis: q: intra illa re Mat.13.
tia q̄ capiunt bonos et malos piſces: perdurandum eſt vſq;
ad littus: nec retia rumpēda ſunt: quia in littore ſeparabun
tur boni ad vaſa et mali ꝓijcientur? Iā iſta noueratis: ver-
ſus aūt iſtos pſalmi huius nō intelligebatis: Expoſitum eſt
quod non intelligebatis: et innouatū eſt quod noueratis.

¶ Explicit Tractatus de pš. cxxxviij.

¶ Incipit Tractatus de pš. cxxxix.

¶ Prefatio.

IUſſerunt domini fratres: et in ipſis dominus omnium A
vt iſtum pſalmum afferam ad vos intelligendum: q̄tū
dominus donat: Adiuuet orationibus veſtris: vt ea di am
que oportet me dicere ꝛ vos audire: vel omnibus nobis vtl

lis ſit ſermo diuinus. Non enim omnibus vtilis eſt: quia nõ
1. Theſ. 3. eſt omnium fides. Fides autem ſic eſt in anima vt radix bo
na que pluuiam in fructum ducit: perfidia vero et error dia
bolicus et cupiditas mala radix omnium malorum: ſicut ra
1. Timo. 6. dix ſpinarum etiam dulcem pluuiam ad punctiones cõuer
tit. Quid habet pſalmus iſte: credo cum cantaretur aduer
tiſſe vos: quoniam conqueritur et gemit: et deo precem fun
Mat. 5. dit inter malos conſtitutum corpus chriſti. Eius enĩ vox eſt
in omni tali prophetia tanq̃ illius inopis: id eſt egentis nõ
dum ſatiati: eſurientis et ſitientis iuſticiam: cui quedam ſa
turitas promiſſa in fine ſeruatur. Interim hic nunc ſitiat et
eſuriat et gemat et pulſet et querat: Peregrinationis illece
bris nõ delectetur: nõ putet patriam ſeculũ: vnde vt libera
retur chriſtus aduenit: q: xp̃s caput noſtrum eſſe voluit: ca
put ſcilicet cuiuſdam corporis. Non enim poteſt dici caput:
vbi corpus nullum eſt cui ſit caput. Proinde ſi caput chriſtꝰ:
B et alicuius corpis caput eſt chriſtus: Corpus illius capitis
ſancta eccleſia eſt: in cuius nos membris ſumus: ſi caput no
ſtrum diligimus. Audiamus ergo voces corpis xp̃i: hoc eſt
noſtras ſi ſumus in chriſti corpe: quia quiſquis ibi non fue
rit: in eis erit inter quos illud corpus gemit. Proinde aut in
illo corpore eris vt gemas inter malos: aut non eris in illo
corpore: et in eis eris inter quos malos gemit corpus q̃d ge
mit inter malos: aut mẽbrum chriſti: aut hoſtis corporis xp̃i.
Nec iſti inimici et aduerſarij corporis chriſti: vno modo intel
liguntur: aut vno modo agunt. Verſipellis eſt enĩ qui in eis
regnat: et qui eis vtitur tãq̃ vaſis ſuis. Ceterũ multi ab illo
liberãtur: et in corpus chriſti trãſeunt: et qui ſint: et quid fu
turi ſint: nouit ille qui illos redemit ſanguine ſuo neſciẽtes.
Sunt autẽ quidã perſeuerãtes in malicia ſua: ad chriſti cor
pus non pertinentes: et ipſi noti ei vtiq̃ cui nihil ignotum
eſt. Interim illi qui iã cõpaginati ſunt cum membris eius
nondum habẽtes reſurrectionẽ futurã: in qua perit omnis
gemitus: et laus ſuccedit: in qua omnis tribulatio moritur:
et erit ſine fine exultatio: nondum ergo habentes hoc in re:
ſed tamẽ tenẽtes in ſpe: gemunt et deſiderio quodã: et orãt
ſe liberari ab hominibus malis inter quos neceſſe eſt viue
re et bonis. Non enĩ ſeparatio iã cuiq̃ tuta eſt. Illius enim
erit ſeparatio: qui non nouit errare. Quid eſt qui non nouit
errare: Vt nec malum traijciat ad dexteram: nec bonum ad
ſiniſtram. Nos autem in hac vita difficile eſt vt noſipſos no
uerimus: quãto minus debemus de quoq̃ prepropera ferre
ſententiam: Quia ſi hodie malum nouimus: cras qualis fu
turus ſit ignoramus: Et forte quem vehemẽter odimus: fra
ter noſter eſt et neſcimus. Securi ergo odimus in malis ma
liciam: et diligimus naturam et creaturam: vt quod ibi fecit
deus amemus: qd̃ ibi fecit ipſe homo oderimus. Fecit enĩ
deus ipſm hoiem: fecit autem homo peccatum. Dilige quod
fecit deꝰ: odi quod fecit homo. Sic enim perſequeris qd̃ fe
cit homo: vt liberetur qd̃ fecit deus.

¶ In finem pſalmus ipſi dauid.

E Ro. 10. In finem non intendas aliud: q̃ tibi ab apoſtolo preſcribi
tur. eſt. Finis enim legis chriſtus ad iuſticiam omni
credenti. Ergo cũ audis pſalmum dicere in finem: corda con
uertãtur ad chriſtum. Tãq̃ enĩ preco pſalmi eſt titulus pſal
mi: veluti dicens: Ecce veni: et inde dicturus ſum: de quo can
taturus: Nã et ipſi dauid: non intelligo niſi ipſum qui factus
eſt ex ſemine dauid ſm carnem: Interim ꝓpter genus con
Ro. 1. gruit nomẽ. Genus carnale a dauid: genus ſpirituale ſupra
dauid: et non ſolum ante dauid: ſed ante abraam: Nec ante
Joã. 8. abraã tm̃: ſed ante adã: nec ante adã tãtum: ſed ante celum
et terram: ante omnes angelos: ante omnes poteſtates et
virtutes: ante omnia viſibilia et inuiſibilia. Quare: Quia vt
Joã. 1. hec eſſent: omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factũ eſt
nihil. Ergo q: ex ſemine dauid nõ ſm diuinitatẽ quia crea
tor eſt ipſius dauid: ſed ſm carnem dauid dignatus eſt voca
ri in prophetia: in ipſum finem intende: quia ipſi dauid cãta
tur pſalmus: et corporis eius vocem audi: et eſto in corpore
eius. Vox quã audiſti tua ſit: et ora et dic qd̃ ſequitur.

¶ Expoſitio pſalmi.

D Al. † Eripe Al. † malo. Exime me domine ab hoīe † maligno. Nõ ab vno:
ſed ab ipſo genere: nec a vaſis tm̃: ſed ab ipſo principe:
id eſt ab ipſo diabolo. Quare enim ab homine ſi a diabolo:
Quia et ipſe in figura homo dictꝰ eſt. Venit inimicus homo:
et ſuperſeminauit zizania. Et cum dixiſſent ſerui ad patrẽfa
miliãs: Nõne bonum ſemẽ ſeminaſti: vnde apparuerũt ziza Math. 13.
nia: reſponſum eſt: Inimicus homo hoc fecit. Ab iſto ergo
homine maligno ora quãtum potes vt libereris: Quia non Eph. 6.
eſt tibi colluctatio aduerſus carnem et ſanguinẽ: ſed aduer
ſus principes et poteſtates: et rectores mundi tenebrarum
harum: id eſt rectores peccatorum: Quod quidẽ et nos fui
mus. Nam audiuimus modo vocem apoſtoli: Fuiſtis aliqñ Eph. 5.
tenebre: nunc autem lux in dño. Iã ergo lux facti: non in no
bis ſed in dño: oremus nõ tm̃ contra tenebras: id eſt contra
peccatores quos adhuc diabolus poſſidet: ſed etiam cõtra
ipſum principem eorum diabolum: qui operatur in filijs diffi E Al. † iniquo
dentie. A viro † iniuſto erue me. Hoc eſt ab homine ma eripe.
ligno: qd̃ eſt a viro iniuſto. Malignum enim ideo dixit: quia
iniuſtum: ne forte aliquẽ iniuſtum bonum eſſe putes. Sunt
enim multi iniuſti quaſi nõ nocentes: Non ſunt ſeui: nõ ſunt
aſperi. nõ ſunt perſequentes et preſſuras hominibus facien
tes: Sed tamẽ vnde iniuſti: Quia alio quodãmodo: Luxu
rioſi: ebrioſi: voluptatibꝰ dediti. Quomodo nulli nocet: qui
ſibi non parcit: Innocens enim ille eſt qui nõ nocet: nõ autẽ
qui ſibi nocet. Tibi autem quomodo poteſt nõ nocere q̃ ſibi
nocet: Sed reſpondes: In quo mihi nocet: Non enĩ inuaſit
rem meam: aut appetiuit ſalutẽ meam: Luxuria ſua paſcit:
ſuis voluptatibꝰ delectatur. Sed ſi inquinatas habet volũ
tates ipſe inquinatur: Mihi quid pertinet: cui moleſtus nõ
eſt: Nocet tibi ſaltem vel exemplo: quia viuit tecum: et ad
quod agit inuitat. Nonne cum eum vides forte in illis for
dibus proſperari: duceris talium delectatione factorum:
Et ſi nõ cõſentis: ſaltem inueniſti qd̃ expugnes. Quomodo
ergo tibi non nocebat: qui laboras vincere qd̃ fecit in corde
tuo: Malignus eſt ergo omnis iniuſtus: et neceſſe eſt noxiꝰ
ſit: ſiue ſit blãdus: ſiue ſit ferox. Quiſquis in illũ incurrerit:
quiſquis laqueis eius fuerit captus: inueniet q̃ ſit noxium
qd̃ putabat lene. Etenim fratres et ſpine nõ pungunt in ra F.
dicibus. Erue ſpinas de terra: cõtrecta radices ipſarũ: et vi
de ſi ſentis dolorem: Tamẽ illud vnde dolorem ſentis in ſu
perficie: de illa radice proceſſit. Itaq̃ nõ vobis placeãt homi
nes quaſi lenes et blãdi: amatores tamẽ carnalium volupta
tum: et inquinatarum cupiditatum ſectatores nõ vobis pla
ceant: Et ſi adhuc videntur lenes: radices ſpinarum ſunt.
Nã talibus factis ꝑ luxuriã plerũq̃ effundunt quod habe
bãt. Et quomodo querunt implere quod effuderunt: Num
quid iã parcunt rapinis et cogitationibus fraudum omni ge
neri malignitatis exquirende: Iã vides malum hominem
quem putabas antea lenem: quãdo illum videbas inebriari:
bonus erat. Modo iã furẽ vides: latronẽ: times: proceſſerunt
ſpine de illis radicibus. Quãdo ſentiebas lenes radices ſpi
narum: tunc ſi poſſes incenderes: et non eſſet vnde prodiret
qd̃ te modo pungeret. Proinde fratres mei corpus chriſti
vel mẽbra xp̃i gemẽtia inter tales malos quoſcũq̃ videtis
et inuenitis procliues ferri in malas libidines et in pernicio
ſas voluptates: tũc reprehẽdite: et tunc caſtigate: tũc vrite.
Incendatur radix: et non eſt vnde ſpina procedat. Si autẽ
nõ potueritis: certi eſtote q eos habebitis inimicos. Tace
re poſſunt. occultare inimicitias ſuas poſſunt: amare vos nõ
pñt. Sed qm̃ amare vos nõ pñt: et neceſſe ẽ vt q̃ oderũt vos
mala vobis querãt: nõ vacet lingua et cor veſtrũ dicere deo:
Exime me dñe ab homine maligno: a viro iniuſto erue me.
Qui cogitauerunt † iniuſticias in corde. Quid enĩ: Quia G Al. † iniqui
non audẽt ꝓferre in linguam: et ſeruãt in corde: Propter eos tates.
enim dixit qui plerũq̃ in labijs bona loquuntur. Audis vo
cem iuſti: ſed nõ eſt cor iuſti. Nam quid profuit hoc addere
vt diceret. Qui cogitauerũt iniuſticias i corde: Ab eis me li
bera: ibi ſit potentiſſima manus tua ad eruẽdum me. Faci
le eſt enim deuitare apertas inimicitias: facile eſt aueri ab
inimico prõptu et manifeſto: cuius iniquitas iam etiam in la
bijs eſt: Ille eſt moleſtus: ille occultus: Ille difficile deuita
tur qui in labijs bona portat: et in corde occultat mala. Qui H Al. † prelia
cogitauerunt iniuſticias in corde: Tota die cõſtituebant †
bella. Quid eſt bella: Contra que pugnarẽ tota die mihi
cõſtituebant. Inde enim hoc naſcitur de talibus cordibus:
quicquid eſt contra quod pugnat chriſtianus. Si ſeditio: ſi
ſchiſma:

roſtina:ſi hereſes:ſi contradictio turbulenta:nõ hoc erūpit
niſi de illis cogitationibus que tegebantur:Et quando la
bia bona loquebantur:tota die conſtituebāt bella. Pacata
audis verba:ſed belli conſtitutio a cordib⁹ nõ diſcedit. Qḋ
enim dictū eſt: Tota die:ſine intermiſſione ſignificat:id eſt
toto tempore. ⌊Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes.⌋
Si adhuc queris hominem:aſpice ſimilitudinē. In ſerpē
te maxima aſtutia eſt et dolus nocendi:propterea etiā ſer
pit. Non enim vel pedes habet:vt eius veſtigia cū venit au
diantur. In eius itinere velut lenis eſt tractus:ſed non eſt
rectus. Ita ergo repunt et ſerpunt:ad nocendum habētes
occultum venenum et ſub leni contactu. Et ideo ſequitur.
⌊Venenum aſpidum ſub labijs eorum.⌋ Ecce eſt illud ſub
I labijs:vt aliud ſub labijs:aliud in labijs aduertam⁹. Quos
pś.27. etiam aperte manifeſtat alio loco vbi dicit:Qui loquuntur
pacem cum proximo ſuo:mala autem ſunt in cordibus eorū.
Alſ.†cuſtodi. ⌊†Conſerua me domine de manu peccatoris:ab hominib⁹
†iniuſtis†erue me.⌋ Ipſi ſunt:noti ſunt: Nõ hic opus eſt
Al.†iniqs. intelligere:ſed agere. Orare opus eſt:non querere qui ſint:
Al.†eripe Sed quomodo ores aduerſus huiuſmodi homines:aperit
tibi in conſequenti. Multi enim aduerſus malos imperite
orant. ⌊Qui cogitauerūt:inqͭ:ſupplātare greſſus meos.⌋
Adhuc poteſt carnaliter accipi. Habet quiſq3 inimicū in ne
gocio:cogitat ei fraudem facere:et ei auferre pecuniā:qui
verſatur in communi negocio. Habet quiſq3 inimicum vici
num:et cogitat malum ingerere domui eius:aliquid de re
ipſius minuere:et vtiq3 dolo cogitat:fraude cogitat:machi
namentis diaboli hec ipſa geſtit implere:nemo dubitat:Sz
tamen non propter iſta illi cauendi ſunt:ſed ne inſidiando
tibi adducant te ad ſe:id eſt a corpore chriſti ſeparent te:et
faciant te de corpore ſuo. Sicut enim bonorum caput chri
ſtus eſt:ſic illorum caput diabolus. Qui cogitauerunt inqͭ
ſupplantare greſſus meos. Quid eſt ſupplantare greſſus
meos? Non quaſi vt erres in negocio quod cum illo habes:
et decipiat te in cauſa que tibi communis eſt in foro cum il
lo Supplantauit greſſus tuos:ſi te impedierit in via dei:
vt illud quod rectum intendebas titubet:aut labatur a via:
aut cadat in via:aut recedat de via:aut remaneat ĩ via:aut
retro reuertatur vnde venerat. Quicquid tibi tale fecerit:
ſupplantauit te:decepit te. Contra homini inſidias ora:ne
perdas celeſte patrimonium:ne amittas chriſtū coheredē:
quia victurus es in eternū cū eo qui te fecit heredē. Nõ
K enim talis te fecit heredes cui mortuo ſuccedas:ſed cū quo
Al.† laqū. in eternū viuas. ⌊Abſconderunt ſupbi†muſcipulā mihi.⌋
Totum corpus diaboli explicauit breuiter cum ait:ſuperbi
Inde eſt ꝙ et iuſtos plerumq3 ſe dicūt:cum ſint iniqui: In
de eſt ꝙ nihil illis tam noxium eſt:ꝙ̄ confiteri peccata. Ipſi
ſunt qui cum ſint falſi iuſti:neceſſe eſt vt inuideant veris iu
ſtis. Nemo enim inuidet alteri in eo quod non vult vel eſſe
vel videri. Alius tibi inuidet quia diues es:aut diues vult
eſſe:vt tibi inuideat:aut putari vult diues. Ali⁹ tibi inuidet:
quia clarus es ⁊ nobilis:aut hoc eſſe affectat:aut hoc ſe pu
tari cupit. Et ſic omnia que videntur bona in hoc ſeculo ⁊ pu
tantur. Quod quiſq3 vult habere et in quo vult excellere:vel
cuius rei famā captat:in eo tibi inuidet. Iſti autem qui fal
ſi iuſti ſunt:videri volunt iuſti cum non ſint:et neceſſe eſt
vt quem viderint verum iuſtum:inuideant illi:et hoc cum
illo agant quomodo amittat vnde gloriatur. Inde veniunt
omnes ſeductiones et ſupplantationes. Hoc prior ipſe
Gen.3. diabolus voluit:qui cadens ſtanti homini inuidit:et quia
ipſe amiſit regnum celorum:hominem illuc peruenire no
luit:et non vult: Et id agit nunc vt homo illuc non perue
niat vnde ipſe electus eſt. Quia ergo ſuperbus eſt ipſe:et
ideo inuidus quia ſuperbus:omne corpus ipſius talium cor
pus eſt. Sed nos oremus contra illum qui corrigi non po
teſt:et ꝓ illis qui poſſunt:vt dicamus homini iniuſto: Qua
re inuides iuſto o homo iniuſte? Quia vis videri iuſtus? Ci
to fac quod melius eſt et facili⁹ eris: Quod vis videri eſto
rebus:ita diliges cui inuidebas:quia quod illum doles eſſe
eris ⁊ tu:⁊ amabis in eo te:⁊ ipm in te. Etenī ſi inuideres di
uiti:non eſſet in poteſtate tua vt diues eſſes: Si inuideres
honeſto alicui ſenatori nobili:non eſſet in poteſtate tua vt
nobilis tu eſſes et clarus. Si inuideres pulchro:nunq̄ pul
chrū te faceres. Si inuideres forti et valido:nūq̄ tibi vires
dares. Si inuides iuſto:res in voluntate eſt:Eſto quod do
les eſſe alterum: Non enim empturus es qḋ tu nõ es:⁊ ali⁹
eſt. Gratis conſtat:cito cõſtat. Pax in terra hominibus bo Luce.2.
ne voluntatis. Illi autem ſuperbi abſconderunt muſcipulā
que ſierūt ſupplantare greſſus meos rectos. Et qḋ fecerūt: L
⌊Et†reſtes extenderunt † muſcipulas†pedibus meis.⌋ Al.†funes
Quas reſtes? Notū eſt hoc verbū in ſcripturis:⁊ inuenim⁹ Alia.†in la
alibi quid ſignificēt reſtes. Dñs flagellū de reſticulis fecit: queum.
vnde expulit eos de tēplo qui ibi male verſabanť:⁊ ſignifi Al.† nõ hz
cauit nobis quomodo intelligamus reſtes:quia criniculis Ioa.2.
peccatorum ſuorum vnuſquiſq3 conſtringitur. Dicit enī alia Prouer.5.
ſcriptura:et aperte eſaias. Ve his qui trahunt peccata ſicut Eſa.5.
reſtem longā. Quare autem dicit reſtis? Quia omnis pec
cator perſeuerans in peccatis ſuis:addit peccata peccatis:
et cū deberet accuſatione peccati ſui corrigi:defenſione du
plicat qḋ cõfeſſione poſſet auferri:et plerūq3 alijs peccatis
vult munitus eſſe propter illa que cõmiſit. Fecit adulteriū
et ne occidať:parat homicidiū:addit peccato peccatū. Rur
ſum ſi ei contigerit facere homicidiū:iam q̇ vnū crimē time
bat:duo timet:et ideo vtiq3 cum videat ſe plura timere ꝙ̄
antea timebat:non cogitat minuere quod fecit:ſed addere
qḋ nondū fecit: Querit forte et maleficū. Tria ecce habet:
Inde iam quis cogitet? quis finiet reſtē peccatorū? Et opti
me dicitur reſtis. Vt enī torqueatur reſtis additur:⁊ nõ ad
duntur recta fila ſed torta. Prauitas ſibi cõnexa ducitur in
longum:et non cogitat precidere quod male texuit:ſed ad
dere:producere:in longum protēdere:vt habeat in fine vnū
illi ligentur manus et pedes:et proijciatur in tenebras ex Mat.22.
teriores. Hec autem peccata ſua intendūt iuſtis:quādo eis
ſuadent facere mala que ipſi faciūt. Ideo dixit: Reſtes ex M
tenderunt muſcipulā pedibus meis:id eſt de peccatis ſuis Al.† iter.
me deijcere voluerunt. Et vbi hoc? ⌊Iuxta†ſemitas ſcāda
lum poſuerūt mihi.⌋ Nõ in ſemitis:ſed iuxta ſemitas. Se
mite tue:precepta dei ſunt: Illi ſcādala iuxta ſemitas po
ſuerunt:tu noli recedere a ſemitis:⁊ non irrues in ſcādala.
Nec volo dicas:⁊ prohiberet illos deus ponere mihi ſcāda
la iuxta ſemitas:⁊ non ibi ponerent. Immo permiſit deus
deponere ſcandala illos iuxta ſemitas:vt tu non recedas a
ſemitis. Iuxta ſemitas ſcandala poſuerunt mihi. Et qḋ re
ſtat? Quod remediū inter tanta mala:in iſtis tēptationib⁹
in iſtis periculis? ⌊Dixi domino deus me⁹ es tu.⌋ Illi ho
mines ſunt:⁊ nõ mei:tu ⁊ de⁹ es ⁊ meus es. Dixi dño:deus
meus es tu. Magna vox orationis:monet fiduciā. Nunqḋ
illorum nõ eſt de⁹? Cui⁹ non eſt de⁹ qui eſt ver⁹ de⁹? Sed ta
men proprie eorū eſt qui eo fruunť:qui ei ſeruiūt:q̇ libēter
ſub ipſo ſunt. Nā ⁊ mali quāuis inuiti:ſub ipſo ſunt. Illi ap
pellant deū a quo coronentur:ſub illo illi fugiūt a quo dam
nentur. Et iniquus qui nõ vult habere dñm deū ſuū:quo fu
giet deum omniū? Bonū eſt illi ergo vt cõuertatur ad deū
omnium:faciat q3 illū conuerſione ſuā:⁊ poſitus inter tales
peccatores:ſeductores:hypocritas:ſuperbos:dicat ad deū
quē ſui cõuerſione ſibi fecit deum ſuum. Dixi domino deus N
meus es tu: ⌊†Percipe auribus domine vocem deprecatio Al†exaudi
nis mee.⌋ Simplex quidē ſententia eſt:et facilis ad intelli
gendum:ſed tamē delectat forte cogitare quare nõ dixerit:
Percipe aurib⁹ deprecationē meā:ſed velut euidēti⁹ expri
mens affectū animi ſui:ait:vocē deprecationis mee. Vitam
deprecationis mee:animā deprecationis mee:nõ qḋ ſonat
in verbis meis:ſed vnde viuunt verba mea. Ceteri enī ſtre
pitus ſine anima:ſoni dici poſſunt:voces nõ poſſunt. Vox ꝓ
prie animatorum eſt:viuorum eſt. Quā multi aūt deprecan
tur deū:⁊ nõ ſentiunt deū:nec bene cogitāt de deo. Sonū
deprecationis habere poſſunt:vocem nõ poſſunt:quia vita
ibi non eſt: Huius qui viuebat:quia deū ſuū intelligebat:et
a quo liberaretur videbat:⁊ a quib⁹ liberaretur ſentiebat:ipſa
erat vox deprecationis ei⁹:ipſam cõmendans aurib⁹ dei di
cat: Dñe dñe. Tu dñe dñe:id eſt tu veriſſime dñe:nõ quales O
dñi homines:nõ quales dñi qui emunt ſaccello:ſed qlis do
minus qui emit ſanguine. ⌊Dñe dñe virtus ſalutis mee:⌋
Id eſt qui das vires ſaluti mee. Quid ſibi vult virt⁹ ſalutis
mee? Conquerebať de ſcandalis ⁊ inſidijs peccatorū:et cir
cumlatrantibus et circūinſidiantibus malignis hominib⁹ va

ſis diaboli:de ſuperbis inuidentibus iuſtis:inter quales ne
ceſſe eſt vitam ducere:cum hic viuim⁹ in peregrinatione no
Mat. 24. ſtra hac. Talia vero ſcandala abũdãtia futura dñs predixit
Ibidem. et ait: Abũdabit iniquitas:et quoniã abũdauit iniquitas:re
frigeſcet charitas multorum. Sed adiunxit ſtatim ſolatiũ:
Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ:hic ſaluus erit. Attẽdit iſte
et timuit:et abundantia iniquitatuz turbatus reſpexit ſpẽ:
quia qui perſeuerauerit vſq; in finẽ:hic ſaluus erit:extendit
ſe perſeuerare:τ vidit longum vitam: Et q: perſeuerare ma
gnum eſt τ difficile:ipſum orauit ad pfectionem pſeuerãtie
ſue:a quo illi iuſſum eſt vt pſeueraret. Certe ſaluus ero:ſi p
ſeuerauero vſq; in finem: Sed perſeuerãtia ad virtutẽ pti
net:vt merear ſalutem: Tu es virtus ſalutis mee: tu me fa
cis perſeuerare vt pueniam ad ſalutem. Dñe dñe virtus ſa
lutis mee. Et vnde ſpero q: tu es virtus ſalutis mee? ⌊Obũ
braſti ſup caput meũ i die belli.⌋ Ecce modo adhuc pugno:
Pugno foris cõtra fictos bonos:pugno intus cõtra concupi
ſcentias meas:qm̃ video aliam legem in mẽbris meis repu
gnãtem legi mẽtis mee:τ captiuum me ducẽtem in lege pec
Ro. 7. cati:que eſt in mẽbris meis. Miſer ego homo:quis me libe
rabit de corpore mortis huius? Gratia dei: per ieſum xp̃m
dñm noſtrum. Igitur laborans in hoc bello reſpexit ad gra
tiam dei:τ qui iã ceperat eſtuare et areſcere: tãq̃ vmbram
inuenit ſub qua viueret: Obũbraſti ſuper caput meum in
Ps. die belli:id eſt in eſtu:ne fatigarer:ne areſcerem. ⌊Ne tra
das me dñe a deſiderio meo peccatori.⌋ Ecce quo mihi va
leat vmbraculum tuum:vt eſtum nõ patiar a meipſo. Et q̃d
mihi peccator faceret ille q̃tũlibet ſeuiret? Seuierũt enim
iniqui:martyres traxerunt:eos cathenis ligauerunt: carce
ribus incluſerũt:gladio ferierunt:beſtijs ſubiecerũt: ignib⁹
cõſumpſerunt:Hec omnia fecerunt:ſed nõ eos tradidit de⁹
peccatoribus:q: nõ ſunt traditi a deſiderio ſuo. Illud ergo
ora q̃tum potes:vt a deſiderio tuo nõ tradat te de⁹ pecca
tori. Tu enim deſiderio tuo facis locum diabolo. Ecce enim
diabolus propoſuit lucrum:et inuitauit ad fraudem. Lucrũ
eñi habere nõ potes:niſi fraudẽ feceris. Sed lucrũ eſca eſt:
fraus laqueus. Sic attende eſcam vt videas τ laqueum:q:
lucrum non potes adipiſci niſi fraudem feceris: fraudẽ aũt
ſi feceris capieris. Nõ ideo dico capieris:q: inuenieris. Ali
quãdo enim nõ inuenieris:ſed ab hominibus:a deo autẽ ca
pieris et traheris τ occideris. Omnis enim qui talia facit:
perimit ſeipſum. Ibi eſt ergo eſca:ibi eſt τ laqueus: Frena
deſiderium.τ nõ cadis in laqueum. Si autem vicerit te de
ſiderium eſce:mittit tibi collũ in laqueũ:τ capiet te auceps
animarum. Ne tradas me a deſiderio meo peccatori: inde
obũbratur in die belli. Deſiderium eñi eſtus facit:vmbracu
lum autem domini temperat deſideriũ: Ut poſſimus refre
nare quo rapiebamur:vt nõ ita eſtuemus vt ad laqueũ pdu
camur: ⌊Cogitauerũt†aduerſuz me:ne derelinquas me:ne
Al. †cõtra me. Ps. 12. forte exaltẽtur. Habes τ alio loco: Qui me premunt exulta
bunt ſi motus fuero. Tales ſunt τ iſti:quia talis eſt et ipſe
diabolus: Quãdo ſeduxerit hominem: gaudet: triumphat
de illo: Exaltatur ipſe:q: ille humiliatus eſt. Quare autem
ille humiliatus eſt? Quia male exaltat⁹ fuit:τ ille qui de illo
triumphat humiliabitur. Tales ſunt enim omnes qui gau
dent de malo:videntur ſibi ad tempus gloriari:ſupbire: cer
uicem erigere. Non vos delectet exultatio eorum:eſcam ha
bent in faucibus τ hamũ: Ibi eſt quo delectãtur:ibi eſt quo
trahũtur. Ne derelinquas me:ne forte exaltẽtur:ideſt nõ de
Al. †operiet. me triumphent:nõ de me gaudeãt. ⌊Caput circũitus eo
rum: labor labiorum ipſorum † teget eos.⌋ Me inquit
Ps. vmbra alarum tuarum teget: obumbraſti enim mihi in die
belli. Ipſos quid teget? Caput circuitus eorum: Ipſa
eſt ſuperbia. Quid eſt circuitus ipſorum? Ut circumeant et
non ſtent:in gyrum eant erroris: vbi iter eſt ſine fine. Qui
eñi in longum it:alicũde incipit:alicubi finit. Qui in gyrum
it:nũq̃ finit. Ipſe eſt labor impiorũ:qui demõſtratur in alio
Ps. 11. pſalmo euidẽt⁹: In circũitu impij ambulãt. Sz circũit⁹ eoꝝ
Eccli. 10. caput:ſupbia eſt: Quia initiũ oĩs peccati ſupbia. Uñ aũt ſu
pbia labor labiorũ ipſorum? Omnis eñi ſupbus fict⁹ eſt:oĩs
fictus mẽdax. Laborãt homines loqui mẽdaciũ: Nã verita
tem tota facilitate loquerentur. Ille eñi laborat qui fingit
q̃d dixit: Nam qui veruz vult dicere:nõ laborat. Ipſa enim

veritas ſine labore loquitur. De homine ergo hoc dixit deo
Me proteget vmbraculum tuum:ipſos teget mẽdaciũ ipſo
rum. Sed ipſum mẽdaciũ ipſorum:labor eſt labioruz ipſoꝝ. Ps. 7.
Ecce parturiuit iniuſtitiã:cõcepit dolorem:τ peperit iniqui
tatem. In omni enim opere malo labor eſt: et omne opus
malum cogitatum:mendacium ducem habet. Non enim eſt
veritas:niſi in opere bono: Et ppterea q: omnes laborãt in Mat. 11.
mẽdacio:veritas quid clamauit? Uenite ad me omnes qui la
boratis τ onerati eſtis τ ego reficiam vos. Ipſa eſt vox cla
mans ad laborãtes in alio pſalmo: Filij hominum vſq;quo Ps. 4.
graui corde:vt quid diligitis vanitatẽ τ queritis mendaciũ?
Aperte autem alio loco labor eſt in mendacio. Docuerunt Hiere. 9.
linguas ſuas loqui mendacium:vt inique agerent laboraue
runt. Caput circũitus eorum:labor labiorum ipſorum teget Al. †cadẽt
eos. ⌊†Decidẽt ſup eos carbones†ignis in terra τ deijcies †in ignem deijcies eos
eos.⌋ Quid eſt i terra? Hic adhuc in hac vita:hic ſupra illos
decidant carbones ignis:τ deijcies eos. Qui ſunt carbones
ignis? Nouimus iſtos carbones. An alij ſunt iſti: τ alij illi
de quibus dicturi ſumus? Iſtos enim video ad penam vale
re:illos autem quos cõmemoraturus ſum:ad ſalutem: Di
ctum eſt enim de quibuſdam carbonibus: cum homo pete
ret aduerſum linguam ſubdolam auxiliũ: Quid detur tibi
aut quid adijcietur tibi ad linguam ſubdolam? Sagitte po Ps. 119.
tentis acute:cũ carbonibus vaſtatorijs:id eſt verba dei con
trãſfigentia:τ vetuſtatẽ perimẽtia:amoreq; gignẽtia:τ exẽ
pla hominum qui mortui erant τ reuixerunt:τ nigri erant:τ
fulgentes effecti ſunt. Carbones eñi tenebre ſunt:color indi
cat. Sed cũ ad eos acceſſerit flãma charitatis:τ ex mortuis
reuixerint:audiant ab Apoſtolo: Fuiſtis eñi aliqñ tenebre: Eph. 5.
nunc autez lux in domino. Ipſi ſunt carbones fratres quos
intuemur,quãdo volumus mutare vitã trãſfixi ſagitta dei:
et impediunt nos male lingue holm:de qualibus hic modo
querebatur:τ volunt ſeducere a via veritatis:potiuſq; indu
cere ad errores ſuos et dicere nobis:q: ſi profeſſi fuerimus
nõ implebimus. Attẽdimus carbones illos. Qui erat heri
ebrioſus:hodie ſobrius eſt. Qui erat heri adulter:hodie ca
ſtus eſt. Qui erat heri raptor:hodie largitor. Omnes iſti car
bones ignis ſunt: Accedant exẽpla carbonum ad vulnus ſa
gittarum: Non eñi timeo dicere vulnus:cuz clamet ipſa ſpõ
ſa vulnerata charitate:ego ſum:τ ſit tibi vaſtatio feni: pro
pter quod τ dicuntur carbones vaſtatorij. Uaſtatur fenum:
ſed purgatur aurum:τ mutat ho. Et ex morte vitam:et inci
pit eſſe etiam ipſe carbo flagrans: Qualis erat carbo apls: 1. Timot. 1
qui prius fuit perſecutor: τ blaſphemus τ iniurioſus: niger τ
extinctus: Miſericordiam vero cõſecutus: accenſus eſt de
celo:vox chriſti accendit illum: Perijt in eo tota nigredo:ce T
pit feruẽs ſpiritu quo accendebatur accendere. Tales ergo
et hic intellecturi ſumus carbones ignis:qui cadunt ſuper
iſtos malos:τ deijciũt eos? Plane non prohibemur hũc ha
bere intellectum. Uideo hic nobis eluceſcere nõ improbabi
lem ſeu reprehẽſibilem ſententiã. Intelligo illos carbones
cadere ſuper iſtos vt deijciantur. In alios enim veniunt vt
accedãtur:in alios vt deijciantur. Ipſe enim carbo dicebat: 2. Corin. 2.
Quibuſdam ſumus odor mortis in mortem: quibuſdã ſum⁹
odor vite in vitam. Uident enim iuſtos flãmantes ſpiritu:
candentes luce:et eis inuidendo cadunt:hoc eſt quod ſuper
ueniunt illis carbones ignis in terra τ deijciuntur. Quid eſt
in terra: Adhuc hic ſunt in hac vita: excepta illa pena q̃ ſer
uatur ipſis. Carbones iſti illos deijciũt:anteq̃ veniat ignis
eternus. Decidẽt ſup eos carbones ignis in terra:et deijciẽt
eos. ⌊In miſerijs non ſubſiſtẽt.⌋ Ueniet illis miſeria: non
tolerant:iuſtus autem ſubſiſtit: Quomodo ille ſubſiſtit qui
dicit: Sed et gloriamur in tribulationibus: ſcientes qm̃ tri Roma. 5.
bulatio patientiam operatur:patientia probationem: pro
batio ſpem: Spes autem non confundit:quoniam charitas
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui da
tus eſt nobis. At vero ſuper illos cum ceciderit aliqua preſ
ſura:aliqua miſeria:non ſubſiſtunt: cadunt. Quando enim
tales patiuntur huiuſmodi preſſuras: non valent tolerare:
decidunt in iniq̃tates malas:quia tradũtur a deſiderio ſuo V Al. †in terra.
peccatori.⌋ ⌊Uir linguoſus nõ dirigetur †ſuper terrã.⌋ Uir
linguoſus amat τ mendacia. Quid enim illi eſt voluptas:
niſi loqui? Non eñi attẽdit quid loquatur:dum loquitur:nõ
poteſt

poteſt fieri vt iſte dirigatur. Qualis ergo eſſe debet ſeruus
dei: accenſis illis carbonibus: ⁊ ipſe carbo ſalutaris effect⁹?
Qualis eſſe debet? Ut magis optet audire ꝙ dicere: ſicut Jaco. 1.
ſcriptū eſt: Sit autem omnis homo velox ad audiēdū: tar
dus autem ad loquendum: Et ſi fieri poteſt hoc cupiat: nō
habere neceſſitatē loquendi et docēdi. Ecce enim dico cha
ritati veſtre fratres mei. Loquimur nos modo ad vos: vt
aliquid doceamus vos: q̄to meli⁹ ſi omnes ſciremus: et ne-
mo doceret alterum: vt non eſſet alius loquens: ali⁹ audiēs
ſed omnes audientes vnum illum cui dicitur: Auditui meo
dabis gaudium et leticiam? Unde et ille ioannes: non tam pš. 50.
gaudebat quia predicabat et quia loquebať: ſed gaudebat
quia audiebat. Ait enim: Amicus autem ſponſi ſtat ⁊ audit Joā. 3.
eum: et gaudio gaudet propter vocem ſpōſi. Itaq; fratres
cum dixerim charitati veſtre: ibi vnuſquiſq; probet ſe: nō vt
loquatur: ſed vt de alio locutionis officium exigat. Gaudiū
autem taciturnitatis intus habeat in voluntate: vocem do
ctrine in neceſſitate. Quando enim opus eſt voce doctrine?
Quando pateris imperitum: quādo pateris indoctum. Si
ſemper delectat te docere: ſemper vis habere imperitū quē
doceas. Si autem beniuolus es: et vis omnes doctos eſſe:
non vis ſuper habere quos doceas: et non erit in voluntate
exercitatio vel ꝓbatio doctrine tue: ſed in neceſſitate. Gau
dium tibi ſit in auditione dei: neceſſitas tibi ſit in locutiōe
X tua: et non eris vir linguoſus: ne non dirigaris. Quare vis
loqui: audire nō vis? Semper foras eris: intro redire detre
ctas. Qui enim te docet: intus eſt: quando tu doces tāꝗ fo-
ras exis ad eos qui foris ſunt. Ab interiore enim audim⁹
veritatem: ⁊ ad eos qui foris a noſtro corde ſunt loquimur.
Qđ enim dicimur eos in corde habere de quib⁹ cogitam⁹:
ſecundum imaginem quandam dicimus: quam de illis ha-
bemus impreſſam. Nam ſi omnino intus ipſi eſſent: ſcirent
vtiq; quid in corde noſtro eſſet: atq; ita vt eis loqueremur
opus non eſſet. Si autem hoc te delectet quod foris agis:
vide ne tumeſcas foris: et nō poſſis redire ꝑ anguſtum: ⁊ nō
Matt. 25. poſſit tibi dicere deus tuus: Intra in gaudium domini tui:
ſed dicat tibi: quia forinſecus erat qđ amaſti: ligate ei man⁹
et pedes et mittite eū in tenebras exteriores. Ubi enī oſten
dit malum eſſe mitti exterius: ibi oſtēdit eſſe bonum eſſe in
traſſe interius. Nā ſeruo bono quid dicit? Intra in gaudiū
domini tui: Malo autē ſeruo: Proijcite eum in tenebras
Ibidem. exteriores. Non ergo amemus magis exteriora: ſed interio
ra. De interioribus gaudeamus: in exterioribus autem ne-
y ceſſitatem habeamus: non voluptatem. Uir linguoſus non
Al. † capiēt dirigetur ſuper terram: ⌊Uirum iniuſtum mala † venabun
in interitū. tur in interitum.⌋ Uenīunt mala ⁊ non ſubſiſtit: ideo dixit:
venabuntur in interitū. Multis enim bonis: multis iuſtis
euenerunt mala: et tanꝗ inuenerunt eos mala. Nam ideo
dixit: venabūtur: quia vnuſquiſq; abſcondere ſe vult a malo:
ſed cum inuenit a malo: quaſi factus eſt in venationē. Nun
quid autem ſoli mali fugiunt a malis: quando queruntur a
Matt. 10. malis? Nonne et bonis dictum eſt: Si vos perſecuti fuerint
in vna ciuitate: fugite in aliam? Ergo quādo mali perſeque-
bantur bonos: id eſt martyres noſtros: cum eos comprehen
derunt: venati ſunt eos: ſed non ad interitum: Preſſa eſt enī
caro: coronata eſt anima: et eiecta eſt aīa de carne: nec carni
aliquid factum eſt quod obeſſet in poſterum. Incēſa ſit ca-
ro: percuſſa ſit caro: laniata ſit caro: Nunq̇d ideo ſubtracta
eſt creatori: quia data eſt in manus ꝑſecutoris? Ille q̇ crea-
uit ex eo quod non erat: nō reparabit melius ꝙ erat? Ergo
quandocunq; capti ſunt iuſti: venati ſunt quidem illos ma
li: ſed non ad interitum. At vero illi qui non dirigūtur et lin-
guoſi ſunt: mala eos venabuntur ad interitū. Quare? Quia
Z in miſerijs non ſubſiſtent. ⌊Cognoui quia faciet dominus
Al. † inopū iudicium † egentis.⌋ Egens iſte nō eſt linguoſus. Qui enī
Matt. 7. linguoſus eſt: abundare vult: eſurire neſcit. Illi autem egen
tes ſunt quibus dicitur: Pulſate et aperietur vobis: queri-
Matt. 5. te et inuenietis: petite et dabiť vobis. Ille egēs eſt de quo
dicitur: Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam: quoniā ipſi
ſaturabuntur. Gemunt inter ſcandala malorum ipſi: peccā-
tur ad caput ſuum: vt eruantur ab homine malo: et ab ho-
mine maligno liberentur: et de manibus iniuſtorum eruan
tur. Ipſi ergo ſunt quorum cauſam dominus non negliget:

et ſi modo preſſuras patiuntur: apparebit gloria ipſorū: cū
apparuerit caput ipſorum. Talibus enim hic conſtitutis di Col. 3.
citur: Mortui eſtis: et vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto
in deo. Ergo pauperes ſumus: abſcōdita eſt vita noſtra: cla
memus ad panem. Eſt enim panis viuus qui de celo deſcē- Joā. 6.
dit: et qui in via reficit nos: in patria ſaturabit nos. Modo
enim vt duremus: reficimur. Nam neceſſe eſt eſuriam⁹ quo
adusq; ſatiemur. Cognoui quia faciet dominus iudiciū egē
tis. Certus erat iſte: quoniam faciet dominus iudiciū egē
tis: ⌊Et † cauſam pauperum.⌋ Oſtendit iniquis quomo- Al. † vindi
do diligit iuſtos ſuos: oſtendit diuitibus quomodo diligat ctam.
pauperes ſuos. Diuites dixi ſuperbos: pauperes dixi humi
les. Diuites dixi per abundantiā non querētes: pauperes
dixi per deſiderium ſuſpirantes. Faciet dominus cauſam
ipſorum. ⌊Ueruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo.⌋ ⁊
Et quando agis cauſam ipſorum: et quando facis iudicium
ipſorum: tuo nomini confitebuntur: Meritis ſuis nihil tri-
buunt: non tribuent totum niſi miſericordie tue: Uerūtamē
iuſti confitebuntur nomini tuo. Et quia iuſti confitebuntur
nomini tuo: vt q̄tumcūq; iuſti fuerint: nihil ſibi aſſumāt de
ſuo: nihil ſibi tribuāt de ſuo. Quid fiet vt dirigāt cor? Quia
quando ad ſe flectunt: torquent cor: quando autem ad do-
minum intendunt: dirigunt cor. Et vbi erit voluptas: vbi re
quies: vbi gaudium: vbi beatitudo? Nunq̇d in ſe? Non: Sed
in quo ſunt lux. Nunc autem lux in domino dixit. Ideo vi- Eph. 5.
de quid ſequitur: vide quo concludit. ⌊† Inhabitabunt re- Al. † ⁊ ha
cti cum vultu tuo.⌋ Male enim illis fuit in vultu ſuo: bene bitabunt.
illis erit cum vultu tuo. Quando vultum ſuum amauerunt: Geñ. 3.
in ſudore vultus ſui panem manducauerunt. Redeāt: et de
terſo ſudore: finitis laboribus: pereūte gemitu: veniet illis
facies tua abundans ſufficientia. Nihil querent ampli⁹: q̈
melius non habent: amplius non te deſerent: ne deſerantur
a te. Etenim poſt reſurrectionem de domino quid dictum
eſt? Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Sine vultu ſuo pš. 15.
nō nobis daret leticiam. Ad hoc purgamus vultum noſtrū:
vt gaudeamus ad vultum ipſius. Filij enim dei ſumus: ſed
nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cū apparue- 1. Joā. 3.
rit: ſimiles ei erimus: quoniam videbim⁹ eū ſicuti eſt. Quia
inhabitabunt recti cum vultu tuo. Putamus ne cum vultu ⁊
patris: et non cum vultu filij? an cum vultu filij: et non cum
vultu patris? An vnus quodammodo vultus patris et filij
et ſpiritusſancti? Uideamus ſi non nobis ipſe filius promi-
ſit vultum ſuum: vnde nos letos faciat. Modo hoc capitu-
lum in euangelio quod huic pſalmo atteſtaretur: dominus
deus inſpirauit vt legeretur. Ait enim ipſe dominus: Qui
audit ꝓcepta mea et cuſtodit ea: ipſe eſt qui diligit me: Et Joā. 14.
qui diligit me: diligetur a patre meo: et ego diligam eum:
et oſtendam illi meipſum. Quale promiſit premiū dilectis
ſuis? Nunquid eum non videbant quibus ſe oſtendere pro
mittebat? Nonne ante illos erat? Nonne facies carnis illi⁹
adiacebat oculis eorum? Quid eſt quod volebat oſtendere
videntibus ſe? Sed quia talem videbant diſcipuli qualem
crucifixerant iudei: Erat autem deus in carne illa occultus:
hominem autem poſſent videre homines: deum vero non
poſſent: q̄uis in homine: Quia beati mundo corde: quoniā Matt. 5.
ipſi deum videbunt: Dedit formam hominis et pijs et im-
pijs: ſeruauit formam dei mundatis et pijs: vt iocundemur
in illo: et bene nobis in eternum ſit cum vultu ipſius.

¶ Explicit Tractatus de pš. cxxxix.

¶ Incipit Tractatus de pš. cxl.

¶ Prefatio.

Audiſtis fratres admonitionem et petitionem noſtrā A
et ore apoſtoli: cū eius modo epiſtola legeretur. Ait Col. 4.
enim: Orationi inſtantes: vigilantes in illa: orantes ſimul ⁊
pro nobis: vt deus aperiat nobis oſtium verbi ad loquendū
myſterium eius: vt manifeſtem illud: ſicut oportet me loq̇.
Hec verba etiam mea deputare dignemini. Sunt enim in
ſcripturis ſanctis profunda myſteria: que ad hoc abſcondū
tur ne viliſcant: ad hoc queruntur vt exerceant: ad hoc ape

riūtur vt paſcāt. Pſalm⁹ quē mō cantauim⁹: in multis ſentē
tijs ſubobſcur⁹ eſt. Cū adiuuāte dn̄o ea q̄ dicta ſūt: erui ⁊ ex
poni ceperint: videbit[is] hoc vos audire qḋ iā noueratis: Sed
B iō multipliciter dicta ſunt: vt varietas locutiōis faſtidiū tol
leret veritatis. Quid enim amplius fratres vel ſalubri⁹ au
diturí ⁊ cognitarí eſtis: q̄ diliges dn̄m deum tuum ex toto
Mat.22. corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua: et dili
ges proximū tuum tanq̄ teipſum? Sed ne putetis hec duo
Ibidem. precepta parua eſſe: in his duob⁹ preceptis tota lex pendet
et prophete. Quicquid ergo ſalubriter mente cōcipitur vel
ore profertur: vel de qualibet diuina pagina excalpitur: non
habet finem niſi charitatem. Hec autem charitas nō qualiſ
cūq; eſt. Nam ⁊ male viuentes irretiūtur ſibi ſocietate per
dite cōſcientie: ⁊ dicūtur amare ſe nolle diſcedere abinuicē:
ſuis collocutionibus cōcilíari: deſiderare ſe abſentes: gau
dere ad preſentiam ſuam. Amor iſte tartareus eſt: viſcum
habet quo deijciat in profundum: nō pennas quibus leuet
in celum. Que eſt autē iſta charitas: vt a ceteris que appel
lantur charitates ſegregaretur ⁊ diſtingueretur? Ea que
charitas dicitur vera chriſtianorū: a paulo diffinita eſt: atq;
ita ſuis q̄buſdam terminis circūſcripta: cum ſit diuinitate in
1.Timot.1. ſtituta: vt omnimodo diſcernatur a ceteris. Finis enim inq̄t
precepti eſt charitas: q[uam] poſſet hucuſq; dicere. Nā alijs locis
Ro.13. vbi tāq̄ ſcīētibus loquebatur: hucuſq; dixit: Plenitudo in
quit legis eſt charitas: Et non dixit qualis charitas. Ideo
alibi nō dixit: q[uia] dixit alibi. Nō em̄ vbiq; oīa dici aut poſſunt
aut debēt. Ergo hic plenitudo leg[is] [eſt] charitas. Querebas for
C te q̄ charitas q̄lis charitas? Audi alio loco: Finis p̄cepti eſt
charitas de corde puro. Iā videte verū inter ſe latrones ha
beāt charitatē de puro corde. Purū cor in charitate: hoc eſt
q̄ñ diligis hoiem ſm̄ deū: q[uia] et teipſum ſic debes diligere: vt
Matth.22 nō erret regula: Diliges proximū tuū tāq̄ teipſum. Si em̄
male te diligis ⁊ inutiliter: ita ⁊ proximū diligēdo quid ei cō
ſulis? Quomodo aūt te male diligis? Quomodo te inuenit
Ps.10. ſcriptura: que neminem palpat: et cōuincit: quia nō te dili
gis: immo cōuincit: quia ⁊ odis te. Qui aūt inquit diligit ini
quitatem: odit animam ſuam. Si ergo diligis iniquitatem:
putans qḋ teipſum diligas: erras: Ita ⁊ ſi proximū diligas
1.Timot.1. ad iniquitatē duces: ⁊ dilectio tua laqueus erit dilecti. Cha
ritas ergo de puro corde eſt: que eſt ſm̄ deum: ⁊ conſcientia
bona: ⁊ fide nō ficta. Iſta charitas diffinita ab apoſtolo: ha
bet duo precepta: dilectionis dei ⁊ dilectionis proximi. In
nullis ſcripturis aliud inquiratis: nemo vobis aliud p̄cipiat
D Quicquid obſcurum eſt in ſcriptura: hec ibi occulta eſt: quic
Ibidem. quid ibi planū eſt: hec ibi aperta eſt. Si nuſq̄ aperta eſſet:
nō te paſceret. Si nuſq̄ occulta: nō te exerceret. Hec charí
tas clamat de corde puro: de corde talium in his verbis qua
lis hic modo orat: Et quis iſte ſit: cito dixerim: Chriſtus eſt
Audituri enim eſtis verba que de dn̄o noſtro ieſu chriſto in
digne accipiuntur: ⁊ putabit parū intelligens temere me di
1.Pet.2. xiſſe chriſti eſſe perſonā in hoc pſalmo. Quomodo em̄ pōt
de dn̄o noſtro ieſu chriſto: de illo agno immaculato: de illo
Ioā.14. in quo ſolo nō eſt inuentum mēdacium: qui ſolus veriſſime
dicere potuit: Ecce venit princeps mūdi huius: et in me ni
hil inueniet: id eſt nullam culpam: nullū reatum: qui ſolus
qḋ nō rapuit exoluebat: qui ſolus innocentem ſanguinē fu
dit: filius dei vnicus carnē accipiēs: nō qua ipſe minueretur
Ps.140. ſed qua nos augeret: Quō ergo de iſta pſona recte accipit.
Pone dn̄e cuſtodiā ori meo: ⁊ oſtiū ꝯtinētie circū labia mea:
vt non declines cor meum in verba maligna: ad excuſandas
excuſatiōes in peccatis? Manifeſtiſſime quippe iſte eſt ſen
ſus. Cuſtodi domine os meū ianua quadam et oſtio p̄ce
pti tui: vt in verba maligna nō declinetur cor meum. Que
verba maligna? Quibus excuſantur peccata. Ne inquit pec
cata mea malim excuſare q̄ accuſare. Hec verba in ipſum
dominum noſtrū ieſum chriſtum nō cadūt. Que em̄ ille pec
cata cōmiſit que cōfiteri poti⁹ q̄ defendere debuiſſet: No
ſtra verba iſta ſunt. Certe chriſtus loquitur. Si noſtra ver
E ba ſunt: quomodo chriſtus loquitur? Et vbi eſt charitas de
qua loquebar? Neſcitis q[uia] ipſa vnum nos fecit in xp̄o? Cha
ritas clamat ad chriſtum de nobis: charitas clamat de chri
ſto pro nobis. Quomodo charitas clamat ad chriſtū de no
Iohel.2. bis? Et erit: oīs qui inuocauerit nomē dn̄i ſaluus erit. Quo

modo charitas de xp̄o p nobis? Saule ſaule quid me perſe Act.9.
queris? Uos (inquit apoſtolus) eſtis corpus chriſti ⁊ mēbra 1.Corin.12.
Si ergo ille caput: nos corpus: vnus homo loquitur: Siue
caput loquatur: ſiue mēbra: vnus chriſtus loquitur. Et capi
tis eſt p̄prium loqui etiam in perſona membrorum. Ipſam
noſtram cōſuetudinē aduertite: Primo quomodo loqui in
mēbris noſtris nō poteſt niſi caput. Iam vero caput noſtrū
quomodo loquatur in perſona oīm mēbrorū aduertite. In
anguſto tibi pedem aliquis calcat: calcas me dicit caput.
Uulnerauit tibi aliquis manum: vulneraſti me dicit caput.
Caput tuū nullus tetigit: ſed loquitur vnitas compaginis
corpis tui. Omnium mēbrorum tuorum perſonam illa que
in capite eſt lingua ſuſcepit: ipſa p oībus verbis fungitur.
Sic ergo audiamus chriſtū loquētem: ſed vnuſquiſq; agno
ſcat ibi vocem ſuam: tāq̄ herens in chriſti corpe. Aliquādo
enim dicturus eſt verba in quibus nullus noſtrum inueniat
perſonam ſuam: ſed ad ſolum caput pertineāt: nō tamen ſe
ſeparat ex verbis noſtris ⁊ ad ſua propria tollit: vel a ſuis p
prijs non ad noſtra redit. De ipſo enim ⁊ de eccleſia dictum Gen.2.
eſt: Erūt duo in carne vna. Unde ⁊ ipſe in euāgelio dicit de Mat.19.
hac ipſa re: Iam igitur nō ſunt duo: ſed vna caro. Hec noua
nō ſunt: ſepe a vobis audita ſunt: ſed per occaſiones neceſſe
eſt cōmemorētur: primo quia ipſe ſcripture quas tractam⁹
ita ſibi ſunt inhe[re]te: vt multa in multis repetātur: Et velle eſt
Cura em̄ mūdi ſpinas habet: ⁊ offocat ſemina: Oportet ſe
pius a dn̄o cōmemorari: qḋ cogit mūdus obliuiſci.

¶ Expoſitio pſalmi.

Domine clamaui ad te: exaudi me. Hoc omnes poſ F
ſumus dicere: Hoc nō dico: totus chriſtus dicit: Sed
magis ex perſona corpis dictum eſt: quia ⁊ cū hic eſſet car
nem portās orauit: ⁊ ex perſona corpis orauit ad patrē: ⁊ cū Luce.22.
oraret globi ſanguinis de toto corpe ei⁹ diſtillabāt. Sic ſcri
ptū eſt in euāgelio. Orauit ieſus intētius oratione: ⁊ ſudauit
ſanguinem. Quid eſt: de toto corpore ſanguinis effluxio: niſi
de tota eccleſia martyrū paſſio? Dn̄e clamaui ad te exaudi
me: Intende voci † deprecationis mee: dum clamauero Al. † nō h[abe]t
ad te. Iam finitum negocium clamādi putabas: cum di
ceres: clamaui ad te. Clamaſti tam[en] nobis eſſe ſecurus. Si fi
nita eſt tribulatio: finitus eſt clamor. Si autem manet tribu
latio eccleſie et corporis chriſti vſq; in finem ſeculi: non tan
tum dicat clamaui ad te exaudi me: ſed intende voci depre
cationis mee: dum clamauero ad te. Dirigatur oratio G
mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mea
rum ſacrificium veſpertinum. Hoc de ipſo capite ſolere di
ci omnis chriſtianus agnoſcit. Declinante enim iam die in Mat.27.
veſperum: dominus in cruce animam depoſuit recepturus:
non amiſit inuitus: Sed tamen ⁊ ibi nos figurati ſumus.
Quid enim illius pependit in ligno: niſi quod de nobis ac
cepit? Et vnde fieri poteſt vt aliquando deus pater dimit
tat et deſerat vnicum filium: qui vtiq; cum illo vnus deus
eſt? Et tamen noſtram infirmitatem figens in cruce: vbi ve Ro.6.
tus homo noſter: (ſicut dicit Apoſtolus) confixus eſt cruci Ps.21.
cum illo: ex voce ipſius hominis noſtri clamauit: Deus me⁹ Mat.27.
deus meus: vt quid me dereliquiſti? Illud ergo eſt ſacri
ficium veſpertinum: paſſio chriſti: crux chriſti: oblatio victi
me ſalutaris: holocauſtum acceptum deo. Illud ſacrificium
veſpertinum fecit in reſurrectione munus matutinum.
Oratio ergo pure directa de corde fideli: tanquam de ara
ſancta ſurgit incenſum. Nihil eſt ergo delectabilius odore
domini: Sic oleant omnes qui credunt. Uetus ergo homo Ro.6.
noſter (Apoſtoli verba ſunt) confixus eſt cruci cum illo: H
vt euacuaretur inquit corpus peccati: vt vltra non ſeruia Ps.21.
mus peccato. Inde et in ipſo pſalmo cum dictum eſſet:
Deus meus deus meus: vt quid dereliquiſti me longe a
ſalute mea: ſtatim ſubiectum eſt: verba delictorum meo
rum. Quorum delictorum ſi caput attendas? Et tamen
eius fuiſſe vocem in pſalmo ipſe teſtatus eſt: in cruce ipſa
verba dixit: ipſum verſum pronunciauit. Non eſt relictus
humane coniecture locus: Nullus negandi aditus qua Mat.27.
licunq; chriſtiano. Quod lego in pſalmo: hoc audio a do
mino: In ipſo etiam pſalmo agnoſco quod in euangelio
lego:

Pš.21. lego: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumera-
uerunt omnia oſſa mea: Ipſi vero conſiderauerunt ⁊ con-
ſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: et ſuper ve-
ſtem meam miſerunt ſortem. Hec omnia ſicut predicta ita
facta: Sicut audiuimus: ita et vidimus. Ergo ſi dominus
noſter ieſus chriſtus nos figurans in charitate corporis ſui:
q̃uis eēt ipſe ſine peccato dixit: verba delictorum meoꝝ: di-
xit autem hoc ex perſona corporis ſui: quis audet in mem-
bris eius dicere non ſe habere peccatum: niſi qui fuerit au-
ſus ſe falſe iuſtitie nomine efferre ⁊ chriſtum falſitatis ar-
guere? Fatere ergo o membrum quod pro te pronunciauit
caput tuum: Q̃ð vt fateamur: quod vt faciamus: nec nos iu-
Roma. 4. ſtificemus ante conſpectum ſolius iuſti qui iuſtificat im-
I pium: ſubiecit iam ſui corporis vocē. ⌊ Pone domine cuſto-
Al. † circū diam ori meo: et oſtium † cōtinentie circa labia mea. ⌋ Non
ſtantie la- dixit clauſtrum continentie: ſed oſtium. Oſtium ⁊ aperitur
bijs meis. et clauditur. Ergo ſi oſtium eſt: ⁊ aperiat̃ ⁊ claudatur: Ape-
Eccli.22. riatur ad confeſſionem peccati: claudatur ad excuſationem
De conti- peccati. Ita enim erit oſtium continentie: non ruine. Quid
nentia aie enim nobis prodeſt hoc oſtium continentie? Quid orat ex p-
ca. 1. I me. ſona corporis chriſtus? ⌊ † Ut non declines: inquit: cor meum
et.2. in verba † maligna. ⌋ Quid eſt: cor meum? Cor eccleſie mee:
Al. † nō hz cor vtiqꝫ corporis mei. Uerba illa mea attendite vbi nobis
† malicie. regula figitur. Saule ſaule quid me perſequeris? Cum ip-
Act.9. ſum nemo tetigiſſet. Eſuriui: ⁊ cibaſtis me: ſitiui: ⁊ potū de-
Mat.25. diſtis mihi: ⁊ cetera: Et illi: Q̃ñ te vidimus eſurientem aut
ſitientem? Et ille: Cum vni ex minimis meis feciſtis: mihi
feciſtis. Hec xpianis inoſitata eē nō debēt: maxime in q̃b⁹
regule fixe ſunt: ⁊ ceteroꝝ itelligēdoꝝ: ⁊ aut non turbabunt̃:
aut cito corrigentur. Sicut ergo ibi dicturi ſunt iuſti: Domi-
Ibidem. ne: quare dixiſti: Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare: quan-
do vidimus te eſurientem? Et ille reſpōſurus eſt: Cum vni
ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis: Sic ⁊ hic dicamus in
Eph.3. chriſto intus in interiore homine noſtro: q: ibi per fidem ha-
Math.28 bitare dignatur. Non enim abſens eſt a nobis: ⁊ non eſt cui
dicamus: cum ipſe dixit: Ecce ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad cō-
ſummationem ſeculi: Dicamus ergo illi ⁊ nos: quoniam vo-
cem eius in hoc pſalmo accepimus: Eius enim vox eſt quod
nemo negat. Eleuatio manuū mearum ſacrificium veſper-
tinum: Hic ergo ꝯſequetur. Pone dñe cuſtodiam ori meo: ⁊
oſtiū continentie circum labia mea: vt non declines cor me-
um in verba maligna: ⌊ Ad excuſandas excuſationes in pec-
catis. ⌋ Quare ſic oras dñe? Quos peccata tua excuſaturus
es? Rñdit: Cō vnū ex mēbris meis ſic orat: ego ſic oro ſicut
Mat.25. reſpondi: Cum vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis.
Cum autem nō declinatum fuerit cor tuū o membrum chri-
ſti: cum cor tuum non fuerit declinatum in verba maligna:
K ad excuſandas excuſationes in peccatis. ⌊ Cum hominibus
operantibus iniquitatem: ⌋ Et non cōmunicabis cum ele-
Alb † com ctis eoꝝ. Hoc eñi ſequitur: ⌊ Et non † cōbinabo cum electis
municabo eorum. ⌋ Qui ſunt electi eorum? Qui ſeipſos iuſtificant.
Qui ſunt electi eorum? Qui ſibi iuſti videntur: ⁊ contēnunt
Luce.18. ceteros: ſicut phariſeus ille in templo dixit: Deus gratias
ago tibi: quia nō ſum ſicut ceteri homines. Qui ſunt electi
Luce.7. eorum? Hic homo ſi propheta eſſet: ſciret que mulier illi ac-
ceſſit ad pedes. Agnoſcitis vocem alterius phariſei qui do-
minū inuitauerat: quādo mulier illa que erat in ciuitate pec-
catrix venit ⁊ acceſſit ad pedes eius. Illa impudica quōdā
frontoſa ad fornicationem: frontoſior ad ſalutem: irrupit in
domū alienam: Sed ille qui ibi diſcumbebat non erat alie-
nus. Non extranea quēlibet cōuiuam: ſed ancilla dominum
ſuū ſecuta eſt: Acceſſit ad pedes: quia eius veſtigia ſequi cu-
Ibidem. piebat: Lauit lachrymis: terſit capillis. Pedes chriſti qui
Eſa.52. ſunt. niſi per quos peragrauit totum mūdum? Quā ſpecioſi
pedes eorum qui annūciant pacem: qui annunciant bona.
Pedes ergo domini quāti ſuſceperunt: vt ſuſcipiendo iu-
Mat.10. ſtum in nomine iuſti: mercedem iuſti acciperent: ⁊ ſuſcepe-
runt prophetam in nomine prophete: vt mercedem prophe-
Ibidem. te acciperent. Et quicūqꝫ potum dederit inquit vni ex mi-
nimis iſtis calicem aque frigide tantū in nomine diſcipuli:
amen dico vobis non perdet mercedem ſuam. Qui ergo ta-
li humanitate pedes domini ſuſcipit: quid impēdit: niſi que
habebat in domo ſuperflua? Merito quia capilli quaſi ſuper-
flui ſunt: inde illa pedes domini detergebat. Superflua tua
neceſſaria ſunt tibi: ſi inde fueris obſecutus pedibus domi-
ni. Ergo illa curari volebat conſcientia magni vulneris. Sz
nunquid magnum vulnus: et paruus medicus? Phariſei an- L
tem nolebant ſe tangi ab immundis: vitabant omnem con-
tactum peccatorum: et ſi quando forte neceſſitate tangebā- Mat.23.
tur: abluebant ſe: Et prope baptiſabant per omnes horas
non tm̄ ſe: ſed ⁊ vaſa ſua: lectos ſuos: calices: paraſpides: ſi-
cut dominus in euangelio commemorat. Cum ergo ille pha-
riſeus noſſet hanc mulierem: que vtiqꝫ ſi ad pedes illi⁹ pha-
riſei accederet: repelleret eam: ne ſanctitas eius pollueret-
tur: Habebat enim eam in corpore: non in corde: et quia nō
habebat eā in corde: vtiqꝫ ſaltem habebat in corpore: Quia
ergo ille eam repulſurus eſſet: cum hoc dominus non fecit:
Exiſtimauit eum neſcire que illa eſſet: et dixit apud ſemet- Luce.7.
ipſuꝫ: Hic ſi eſſet propheta: ſciret quę mulier illi acceſſit ad
pedes. Nō dixit: repuliſſet eam ſi ſciret que eſſet: tanq̃ eēt
conſequens: vt ſi ſciret repelleret. Ex illo ergo ꝙ non eam
repulit: etiam neſciſſe eum pro certo ſuſpicatus eſt. Domi-
nus autem ſic habebat oculos in illam mulierem vt aures
haberet in corde phariſei. Itaqꝫ audita cogitatione eius:
propoſuit ſimilitudinem quam noſtis. Duo debitores erant Ibidem.
cuidam feneratori: vnus ei debebat quingentos denarios:
alter quinquaginta. Cum non haberent ambo vnde red-
derent: donauit ambobus. Quero abs te inquit quis eum
plus diligit? Et ille reſpondit iam coactus veritate aduer-
ſus ſeipſum proferre ſententiam: Credo inquit domine: q:
ille cui plus donauit. Et conuerſus ad mulierem: dixit ad
Simonem: Uides iſtam mulierem? Introiui in domū tuā:
oſculum mihi non dediſti: illa autem non intermiſit pedes
meos oſculari. Aquam mihi ad pedes non dediſti: illa la-
chrymis ſuis lauit mihi pedes. Oleum mihi non dediſti: il-
la vnxit vnguento. Propter quod dico tibi: Dimittuntur ei
peccata multa: quoniam dilexit multum. Quare? Quia con-
feſſa eſt: quia fleuit: quia non declinatum eſt cor eius in ver-
ba maligna: ad excuſandas excuſationes in peccatis: non
combinata eſt cum electis eoꝝ: id eſt defendentibus ſe. Nō
enim et huic ipſi mulieri ſi declinaretur cor eius in verba
maligna deeſſet defenſio peccatorum. An non quotidie pa- M
res eius in turpitudine ſed non pares in confeſſione: mere-
trices: adultere flagitioſe defendunt peccata ſua? Si latue-
rint: negant: Si autem vel deprehenſe atqꝫ conuicte fue-
rint: vel publice id egerint: defendunt. Et q̃ facilis defen-
ſio earum: q̃ callida: ſed q̃ preceps: q̃ quotidiana et q̃ ſa-
crilega? O ſi deus hoc nollet: non facerem: Hoc voluit
deus: fortuna hoc voluit: hoc voluit fatum. Non dicit: Ego Pš.40.
dixi domine miſerere mei: non quomodo illa peccatrix ad Luce.7.
pedes medici veniens: Sana animam meam: quoniam
peccaui tibi. Et iſta fratres mei defenſio qualium eſt? Non
ſolum indoctorum: ſed etiam doctorum. Sedent et com-
putant ſidera: interualla: curſus: volubilitates: ſtatus: mo-
tus intendunt: deſcribunt: coniiciunt: Docti magni viden-
tur. Totum hoc doctum et magnum: defenſio peccati eſt.
Eris adulter: quia ſic habes venerem. Eris homicida: quia
ſic habes martem. Mars ergo homicida: non tu. et Uenus
adultera: non tu. Uide ne pro Marte et Uenere tu dam-
neris. Deus enim qui damnatur non eſt nouit quia tu es qui
dicis: non ego iudici ſcienti. Porro ipſe mathematicus qui
tibi fabulas laqueorum tuorum etiam vendit: vt non vel
gratuitam compares mortem. Emis enim mortem a ma-
thematico precio: qui contempſiſti vitam a chriſto gratis.
Ipſe enim mathematicus ſi vxorem ſuam paulo petulan-
tius viderit conuerſari: aut aliquos alienos improbe at-
tendere: aut feneſtram crebro repetere: nonne arripit: ver-
berat: et dat diſciplinam in domo ſua? Reſpondeat illi
vxor: ſi potes: Uenerem cede. Nonne et ille reſpondebit:
Fatua: aliud eſt quod competit rectori: aliud quod profer-
tur emptori. Ergo electi eorum qui ſunt? Electi maiorum: N
electi impiorum: cum quibus non eſt combinandum: id eſt
cum quibus non eſt habenda ſocietas. Qui ſunt adr? Arbi- Luce.18.
trantes ſe iuſtos: et contēnentes ceteros quaſi peccatores:
ſicut erant illi phariſei: aut quia ipſa peccata manifeſte: vel
comprehenduntur: vel publice fiunt: defendentes et aſſe-

iuſtus. Peccator es: vindica in te: redi ad conſcientiam tuã:
Ps. 50 et exige de te penas: crucia teipſum. Ita enim offeres ſacri-
ficium deo: quia ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtiqꝫ (ait
Ibidem peccator) holocauſtis non delectaberis. Quid ergo? Nul-
lum accipit ſacrificium? Sacrificium deo ſpiritus contribu-
latus: cor contritum et humiliatum deus non ſpernit. Humi-
lia cor tuum: contere cor tuum: crucia cor tuũ: et tu teipſum
emẽdabis in miſericordia. Non enim odiſti te cum ſeuis in
te. Eris in parte emendata iuſtus: quãuis ſis adhuc in emen-
danda peccator. Ex qua parte enim tibi diſpliceo: iuſtus es:
Ex qua parte tibi diſplicet in te qđ iniuſtum eſt: iuſtus es:
Et ex qua tibi diſplicet in te qđ iuſtum eſt: iniuſtus es. Uis
videre ꝙ iuſtus ſis? Hoc in te tibi diſpliceat qđ et deo. Iam
cõiunxiſti te voluntati dei: et in teipſo non quod ille fecit: ſed
quod ille odit odiſti. Ex eo ꝙ odiſti in te quod feciſti: quod
odit et ille qui hoc non fecit: cepiſti ei te eſſe ſeuerus: erit il-
le miſericors: Parcet: quia tu nõ pepercisti. Ergo ex quo cõ-
iunctus es oculis eius: et cõdelectaris legi eius: et hoc in te
arguis quod lex eius arguit: et hoc in te tibi diſplicet quod
et oculis dei diſplicet: vide ꝙ iuſtus es. Ex quo autẽ lapſus:
feciſti ea que diſplicent deo. et fragilitate quadam infirmita-
tis humane prolaberis in illa: et adhuc portas infirmitatem
carnis: et gemis cuiuſdã reluctationis cõſcientia: ex hac par-
x te iuſtus es: et ex hac iniquus et peccator es. Quõ inquies
et quadam parte iuſtus: et quadam parte peccator? Quid
eſt qđ dicis? Laboramus: videmur loqui contraria: niſi no-
bis ſubueniat apoſtolica autoritas. Audi illud ab apoſtolo:
Roma. 7 ne me malus intellector accuſes: Cõdelector enim inqt legi
dei ſm interiorem hominẽ. Ecce iuſtus. An non eſt iuſtus q̃
Ibidem condelectatur legi dei? Unde ergo peccator? Uideo aliam le-
gem in membris meis repugnantem legi mentis mee: et ca-
ptiuũ me ducẽtem in lege peccati. Adhuc bellum aduerſus
me gero: nondum ſum totus inſtauratus ad imaginem fa-
bricatoris mei: cepi reſculpi: et ex pte qua reformor diſpli-
Ubi. s. cet mihi qđ deforme eſt. Ergo q̃diu ita ſum quid ſpero? In-
felix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?
Gratia dei per ieſum chriſtum dominũ noſtrũ. Gratia dei q̃
cepit iam reſculpere: Gratia dei que infundit ſuauitatem:
y vt iam per interiorem hominẽ condelecteris legi dei: Inde
1. Cor. 9. cetera ſanabũtur: vnde et iſta ſanata ſunt. Bene adhuc vul-
neratus: caſtiga te: diſplice tibi. Non ſic pugno inquit quaſi
aerem cedens: ſed caſtigo corpus meũ et in ſeruitutem redi-
go: ne forte alijs p̃dicans ipſe reprobus inueniar. Nunquid
qui caſtigat corpus odit corpus? Si quis caſtigat ſeruũ odit
ſeruũ? Si quis verberat filium odit filium? Et vt aliq̃d cõ-
iunctius eloquamur: caro tua tanq̃ cõiunx tua eſt. Hoc ipſe
Ephe. 5. apoſtolus dicit: Nemo vnq̃ carnẽ ſuam odio habuit: ſed nu-
trit et fouet eam: ſicut et chriſtus eccleſiam. Certe caro tanq̃
cõiunx eſt: et nemo carnem ſuã odio habet. Tamen q̃d alio
Gala. 5. loco? Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: et ſpiritus aduer-
ſus carnem. Cõcupiſcit aduerſus te: tanq̃ cõiunx tua: Ama
et caſtiga donec fiat in vna reformatione: vna concordia. Quã-
Roma. 7 do iſtud erit? quoniã modo clamau: Infelix ego homo: quis
me liberabit de corpore mortis huius? Nũquid ſeparabit a
Roma. 8 te hoc corpus: et tunc ſecurus eris? Et quid eſt nobiſmet
ipſis ingemiſcimus: adoptionem expectantes redemptio-
nem corporis noſtri? Reparatur ergo a mortalitate ad im-
mortalitatem: et iam non reſiſtit: quia non eſt mortalitas q̃
reſiſtat. Propterea caſtiga corpus tuum: modo doma quod
poſtea recipias: modo deficiat et tunc ſufficiat. Nam in hac
Ephe. 5. vita reparari nõ poteſt q̃diu mortale geritur. Non te depo-
nat: non te abrumpat: Porta: erudi: caſtiga: reparabitur in
1. Cor. 15 fine: Et quia nemo vnq̃ carnem ſuam odio habuit: reſurget
et caro. Sed quomodo etiã tunc luctaturus ſum? Oportet
inqt corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale
hoc induere immortalitatem. Ergo cum dicitur: Emenda-
bit me et arguet me: ſiue ſit frater: ſiue ſit proximus: ſiue ſit
vicinus: ſiue tuipſe: in miſericordia debes argui et emenda-
ri. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
z Sed quid facio dicis mihi? Patior adulatores: non ceſſant
perſtrepere: laudant in me que nolo: que ego paruipendo
laudant in me: quod ego charum habeo reprehendunt in
me adulatores: fallaces: deceptores. Magnus vir ille: ver-

bigratia: Caius: eneus: magnus: doctus: ſapiẽs. Sed quare
ne? chriſtianus. Nam magna doctrina: et magne littere: et
magna ſapientia. Si magna ſapientia: approba quod chri-
ſtianus eſt. Si magna doctrina: docte elegit. Poſtremo qđ
tu vituperas: hoc ei placet quem laudas. Sed quid? Lau-
datio illa nos inducat: oleum peccatoris eſt. Sed nos ceſ-
ſat dicere: non inde impinguet caput tuum: id eſt noli gau-
dere ad talia: id eſt noli annuere: noli conſentire: noli inde
gratulari. Et ſi ille attulit oleum adulationis: ſed caput tuũ
integrum manſit: Non inflatum eſt: nõ tumuit. Si enim in-
flatum fuerit et tumuerit: facit pondus et precipitabit te.
Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meũ. [Quo- z
niam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorum.] Expe-
cta: modo me vituperant ait chriſtus. In primis temporib⁹
chriſtianorum: vndiqꝫ reprehendebantur chriſtiani. Adhuc
expecta: et oratio mea in beneplacitis eorum erit. Ueniet tẽ-
pus quando ſuperent hominũ maliciam tundẽtium ſibi pe-
ctum et dicentium: Dimitte nobis debita noſtra ſicut et nos Matth. 6
dimittimus debitoribus noſtris. Iam quot remanſerunt
qui ſibi erubeſcunt pectus tundere? Ergo reprehendant: to-
leremus: Reprehendant: oderint: accuſent: detrahant: ad-
huc et oratio mea in beneplacitis eorum. Ueniet tẽpus quã-
do oratio mea placebit illis. Erigent enim ſe quaſi iuſti viri-
bus ſuis vincentur in lucta: quia ſuperbe ſe erexerunt: eli-
dentur trahent a petris: videbũt ſe iniquos: implebunt q̃ di-
cta ſunt per prophetam: incipiet timeri iudicium: conuertet
ſe anime acies ad conſcientiam peccatorum: et placebit illa
oratio: Dimitte nobis debita noſtra ſicut et nos dimittimus
debitoribus noſtris. O verboſa defenſio iniquitatis. Certe a
iam hoc populi dicunt: et populorum pectora tundentium
tonitruus non quieſcit. Recte nubes tonant in quibus iam
habitat deus. Ubi eſt illa verboſitas: vbi eſt illa iactantia:
iuſtus ſum: nihil mali feci? Certe cum in ſcripturis ſanctis
fueris contẽplatus normam iuſtitie: quãtumcunqꝫ profece-
ris inuenies te peccatorem. Profeciſti: iam vnum deum co-
lis: optime: non fornicaris ab eo ad idola: ad mathemati-
cos: ad ſortilegos: ad haruſpices: ad augures: ad maleficos
Iſta enim fornicatio eſt a domino deo: iam es in aliquo
numero membrorum chriſti. Iam incipe videre etiam illa
peccata ſocietatis humane. Non occidis quẽq̃: non adulte- Exod. 20
ras cuiuſq̃ vxorem: non vxori tue eundo ad alteram iniuriã
facis: non vlla peſſima corruptela te contaminas: abſtinui-
ſti manus a furto: linguam a periurio: cor a concupiſcendo
rem proximi tui: Iam iuſtus es. Attende cetera: Noli iam
ſuperbire. Nihil ne peccas in lingua? Non prolaberis in ver-
bum durum? Sed quid magnum dicis? Quid magnum?
Qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit gehenne ignis. Con- Matth. 5.
tremiſcit iam tota illa ſuperbia. Ecce iam non valde facit
vnde deus videatur impietate aliqua blaſphemari: Non ir-
ruit in aliquem ledendum: non facit alteri quod pati non
vult. Quid de lingua? Quis illam domat? Sed ecce iam fre- Tobie. 4
naſti et ipſam. q̃q̃ quis tantus vt hoc omnino perficiat? Sed Matth. 7
ecce iam et ipſam frenaſti: Quid facis de cogitationib⁹ tuis? AA
Quid facis de tumultu: et caterua rebellantium deſiderio-
rum? Non eis das membra. Ita credo et video: Sed tamẽ
cogitationes aliquando inclinantur: et afferunt ſe et plerũqꝫ
in oratione genibus fixis: Corpus proſternis: collũ curuas:
confiteris peccata: deum adoras. Uideo corpus vbi iaceat:
quero vbi volitet animus. Uideo membra iacentia: videa-
mus ſi ſtet conſcientia: videamus ſi fixa eſt in eum quẽ ado-
rat. Sic autem cogitationibus plerũqꝫ tanq̃ eſtu maris ar-
ripitur: et tempeſtate tollitur in aliud atqꝫ aliud. Modo ſi
mecum loquereris: et ſubito auerteres te ad ſeruum tuũ: et
dimitteres me: non dico a quo aliquid petebas: ſed cũ quo
ex equo loquebaris: non mihi iniuriam factam deputarem.
Ecce quid facis quotidie deo? Qualem modo dixi fratrem: BB
iam eum qui ſolum deum colit: qui chriſtum confitetur: qui
patrem et filiũ et ſpiritũſanctũ vnũ deum nouit: qui non poſt
eum fornicatur: qui non adorat demones: qui auxilia ſibi a
diabolo non requirit: qui tenet eccleſiam catholicã: de cui⁹
fraude nemo cõqueritur: de cuius preſſura non gemit vici-
nus infirmus: qui vxorem alienã non tentat: qui contentus
eſt ſua: aut qui nec ipſa ſua: ſed quomodo licet et quomodo 1. Cor. 7.

pmittit apoſtolica autoritas ⁊ diſciplina: vbi conſenſus eſt
amborum: aut vbi nōdum ducta eſt? Qui iam talis eſt: des
prebendutur tamen in iſtis que iam dixi. Venit ergo tēpus
qđ dictū eſt: Adhuc ⁊ oratio mea in beneplacitis eorū: ſiue
quā docuit: ſiue qua interpellet ꝑ nobis. In iſtis ergo quos
tidianis peccatis omnib' que ſpes eſt: niſi humili corde di
camus in oratiōe dñica que iam in beneplacitis noſtris eſt:
Mat.6. nō defendentiū peccata noſtra ſed cōfitentiū: Dimitte nos
1.Joan.2. bis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittim' debitoribus noſtris:
⁊ aduocatū habeamus apud patrem ieſum chriſtum iuſtū:
vt ipſe ſit ꝓpitiatio ꝑ peccatis noſtris? Modo loquātur ſu
perbi: Vincūtur numero: vincūtur populis: Tota terra a ſo
lis ortu vſq; ad occaſum laudate nomen dñi. Quid faciunt
CC pauci aliter diſputantes? Iudices ſunt impioꝝ. Sed quid
Al. † iūcti ad te? Vide quid ſequit᷑: ⌊Abſorpti ſunt † iuxta petram iudi
petre ces eoꝝ. ⌋ Quid eſt: abſorpti ſunt iuxta petrā? Petra autē
1.Cor.10. erat chriſtus. Abſorpti ſunt iuxta petrā: Iuxta: id eſt com
parati iudices magni potentes: docti. Ipſi dicūtur iudices
eorum: tanq̄ iudicātes de moribus: ⁊ ſententiā ꝓferentes.
Dixit hoc Ariſtoteles. Adiūge illum petre: ⁊ abſorptus eſt.
Quis eſt ariſtoteles: audiant. Dixit chriſtus: et apud infe
ros contremiſcit. Dixit hoc Pithagoras: dixit hoc Plato.
Adiunge illos petre: Compara autoritatē illorū autoritati
euāgelice: cōpara inflatos crucifixo: Dicamus eis: Vos lit
teras veſtras cōſcripſiſtis in cordibus ſuperboꝝ: Ille crucē
ſuā fixit in cordibus regum. Poſtremo mortuus eſt ⁊ reſur
rexit: Mortui eſtis: ⁊ nolo querere quēadmodū reſurgatis.
Ergo abſorpti ſunt iuxta petrā iſtam iudices eoꝝ. Tandiu
videntur aliquid dicere: donec cōparētur petre. Propterea
ſi inuentus fuerit aliquis eoꝝ hoc dixiſſe qđ dixit et chriſt'
gratulamur illi: nō ſequimur illū. Sed prior fuit ille q̄ xp̄s?
Falſe: Sed q̄ vera loquitur: prior eſt q̄ ipſa veritas? O hō
attende chriſtum. nō quando ad te venerit: ſed quādo te fe
cerit. Poteſt ⁊ egrotus dicere: Sed prius ego cecidi in le
ctum q̄ medicus ad me veniſſet: Vtiq; ideo ille poſterior ve
nit: quia tu prius cecidiſti. Videte itaq; textum pſalmi: Ad
huc ⁊ oratio mea in beneplacitis eorum. Sed erunt multi q̄
contradicant. Abſorpti ſunt iuxta petrā iudices eoꝝ. Quid
DD ergo erit? ⌊Audient verba mea quoniā † ꝑualuerūt. ⌋ Pre
al. † potue ualuerunt verba mea verbis eorum: Dicta ſunt ab eis que
runt. dam diſerte: ſed a mevera. Aliud eſt laudare loquacē: aliud
laudare veracem. Audient verba mea quoniā preualuerūt.
Vnde preualuerūt? Quia eorū comprehenſus in ſacrificio
cum his legibus iſta prohiberētur: ⁊ non negauit? Quis eo
rum comprehenſus eſt adorare idolum: ⁊ non clamauit non
facio: et timuit ne cōuinceretur? Tales miniſtros diabolus
Mat.10. habebat. Vnde autem ꝑualuerunt verba domini? Ecce ego
mitto vos ſicut agnos in medio luporū. Nolite timere eos
qui occidunt corpus: animā autem non poſſunt occidere: ſ;
potius eum timete qui ⁊ corpus ⁊ animā poteſt mittere in
gehennam ignis. Dedit timorem: ſubiecit ſpem: inflāmauit
charitatem. Nolite inquit timere mortem. Mortem times
tis? Prior morior. Ne vel capillus veſter pereat formidatis?
Prius integer in carne reſurgo. Merito audiſtis verba ei':
quoniā preualuerunt. Ducebantur: ⁊ occidebantur: Cade
bant ⁊ ſtabant. Et quid eſt factum de tot mortibus marty
rum: niſi vt ipſa verba preualerēt: ⁊ tanq̄ irrigata terra ſan
guine teſtium chriſti pullularet vbiq; ſeges eccleſie? Audiēt
inquit verba mea quoniā preualuerūt. Vnde preualuerūt?
Iam diximus: cum predicantur a nō timentibus. Quid nō
timentibus? Nec exilia: nec dāna: nec mortem: nec crucem.
Non eni mortē ſolam: ſed nec crucem: qua morte nihil vide
batur execrabilius. Ipſam dñs ſuſcepit: ne diſcipuli ei' mor
tem quidem nō timerent: ſed ne genus mortis horreſcerēt.
ergo a non timentibus cum dicūtur hec preualuerūt. Quid
EE ergo mortes ille omniū martyrum? Quid fecerunt? Audi.
Alis † eru ⌊Sicut craſſitudo terre † dirupta eſt ſuper terram: † Diſſi
pta. pata ſunt † iuxta infernū oſſa noſtra. ⌋ Iuxta infernū diſſi
Alis † Di pata ſunt oſſa martyrum: id eſt corpora teſtium chriſti. Oc
ſperſa. ciſi ſunt enim martyres: ⁊ quaſi preualuerūt qui occiderūt.
al. † ſecus Preualuerūt illi perſequendo: vt preualerēt vba chriſti pre
dicando. Et quid factum eſt de mortibus ſanctorū? Sicut
craſſitudo terre dirupta eſt ſuper terrā: diſſipata ſunt iuxta

infernum oſſa noſtra. Quid eſt craſſitudo terre dirupta eſt
ſuper terram? Nouimus craſſitudinem terre cōtemptibilia
queq; eſſe. Que ſunt quaſi contemptibilia hominibus: fe
cundant terram: Nam dictum eſt ⁊ in quodam pſalmo: ta Ps̄.78.
cuiſſe mortes ſanctorum: et non fuit qui ſepeliret. Sed ille
omnes mortes facte ſunt craſſitudo terre. Quomō accipit
terra quādam pinguedinem de rebus contemptibilibus ⁊
abiectis: ſic ex eo quod contempſit hic mundus accepit craſ
ſitudinem terre: vt inde ſeges eccleſie feracius pullularet.
Iam noſtis fratres quia contemptibilia terre huius: de q̇
bus pingueſcit terra: nec appelare volo: nec dicere decet.
Talis eſt quedam ſagina terre: ⁊ quedā pinguedo: ⁊ contē
ptibile eſt hominibus: ⁊ quaſi ſordidum eſt: et abijcit᷑. Sed Ps̄.112.
quid fecit hic vt iam ⁊ ipſius vbis vtar? De terra erexit ino
pem: et de ſtercore exaltauit pauperem: vt collocaret eum
cum principibus: cum principibus populi ſui. Proſtratus
eſt enim in terra: tanq̄ pinguedo terre: diruptus eſt ſuper Luce.16.
terram: ſicut iacuit ille Lazarus vlcerofus: ſed tamen ab an Ps̄.115.
gelis ſublatus eſt in ſinum abrae. Precioſa eſt in conſpectu
domini mors ſanctorum eius. Sicut contemptibilis eſt ſe
culo: ita precioſa eſt agricole. Nouit enim ibi vtilitatem et
vberem ſuccum: et nouit quid affectet: et quid eligat: vnde 1.Cor.1.
ſeges fertilis ſurgat: Sed contemnit eam iſte mundus. Ne
ſcitis quia contemptibilia mundi elegit deus: et ea que nō
ſunt tanq̄ que ſunt: vt ea que ſunt euacuarentur. De ſterco
re erectus petrus: paulus: Et cum occiderentur: contemne
bantur. Modo iam ſaginata inde terra: exurgente ſegete
eccleſie: ecce quod eſt nobile et precipuū in mundo: impera
tor: venit romam: Quo feſtinat? Ad templum imperatoris:
an ad memoriam piſcatoris? Sicut enim craſſitudo terre di
rupta eſt ſuper terram: diſſipata ſunt iuxta infernum oſſa
noſtra. ⌊ † Quoniam ad te domine oculi mei: in te ſperaui: FF
† ne auferas animam meam. ⌋ Cruciati ſunt enim in per al. † Quia
ſecutionibus: et multi defecerunt. Et quia de captiuitate † non.
perſecutiōis dixit: Sicut craſſitudo terre dirupta eſt ſuper
terram: Diſſipata ſunt oſſa noſtra iuxta infernum: occurrit
multos defeciſſe; et multos periclitatos eſſe: et tanq̄ in me
dijs tribulationibus perſecutionum emiſſa eſt vox precan
tis: Quoniam ad te domine oculi mei. Non curo quid mi
nentur qui circūſtāt: ad te domine oculi mei. Plus figo ocu
lum meum in promiſſis tuis: q̄ in minis eorum. Noui quid
pro me paſſus ſis: quid mihi promiſeris. Ad te domine ocu
li mei: in te ſperaui ne auferas animam meam. ⌊Cuſto GG
di me a † muſcipula quam ſtatuerunt mihi. ⌋ Que erant Al. † laqō
muſcipule? Si cōſentis perco: In muſcipula poſita eſt eſca quem.
vite huius. Si amat auis hāc eſcā: cadit in muſcipulam. Si Hiere.17.
autem auis talis eſt vt dicat: Et diem hominis non cōcupi Ps̄.24.
ui tu ſcis: oculi eius non recedent a deo: et ipſe euellet de la
queo pedes eius. Cuſtodi me a muſcipula quā ſtatuerunt
mihi: ⌊Et † ab ſcandalis † qui operant᷑ iniquitatem. ⌋ Du Al. † a.
as res dixit: ambas inter ſe diſtinguēdas: Muſcipulā ſta † operan
tuiſſe perſecutores dixit: ſcandala vero ab eis qui conſenſe tium.
runt ⁊ apoſtatauerunt. Et et vtroq; vult ſe cuſtodiri. Hinc
ſeuiunt minantes: hinc labuntur conſentientes. Timeo ne
talis ſit iſte quē timeam: nec talis ſit iſte quem imiter. Hec
tibi facio ſi non conſenſeris. Cuſtodi me a muſcipula quam
ſtatuerunt mihi. Ecce frater tuus iam cōſenſit: et ab ſcanda HH
lis eorū qui operant᷑ iniquitatem. ⌊Cadent in † retia eius Al. † retia
peccatores. ⌋ Quid eſt ergo fratres: Cadent in retia eius calo
peccatores. Sꝫ non omnes peccatores: Quidā peccatores
qui vſq; adeo ſunt peccatores vt ſic ament vitam iſtā vt pre
ponant illam vite eterne: cadent in muſcipulam eius. Sed
quid dicis? Putas iſti tales cadunt in retia eius? Sed q̄d de Mat.26.
diſcipulis tuis o xp̄e? Ecce cum ferueret ꝑſecutio: q̄ dimiſe
runt te omnes ſolum: ⁊ ierūt vnuſquiſq; in ſua: ꝑdixiſti hoc
quia preuidiſti. Non enim quia tu prenūciaſti: tu feciſti: aut
tu in quoq̄ te negaſti. Sed ecce illi qui tibi coherebant in
tua tentatione et perſecutione qua te inimici requirebant
crucifigendum defecerunt: Et vnus ille audax qui tibi pro Ibidem.
miſerat: quia tecum eſſet vſq; ad mortem: audiuit quidem
a medico quid in ſe ageretur: Egrotus febriens: ſe enim
ſanum dixerat: cordis venam ille tangebat. Ventum eſt
ad tentationem: ventum eſt ad ꝓbationem: ventum eſt ad
accuſationē:

accuſationem:etiam ipſe interrogatus:non ab aliq̃ magna
poteſtate:ab infimo mancipio:ꝛ hoc a femina:ab ancilla in-
Vbi.ſ. terrogatus ſuccubuit. Negauit ter. Semel negato cum nõ
memoraretur:negauit iterum. Bis negato cum memorare
tur:negauit tertio. Hoc predixerat domin⁹: nõ preceperat:
non coegerat. Aut ſi ꝓpterea put atur petrus recte feciſſe:
quia hoc p̃dixerat dñs:recte fecit ꝛ iudas qui tradidit eum
Mat.26 q: ꝛ hoc p̃dixerat dñs. Abſit fratres mei: Hec vox illoꝝ ele-
ctoꝝ eſt: qui etiam peccata ſua defendunt potius q̃ faten-
tur. Petrum ipſum potius attendamus. Si nihil peccauit:
quare fleuit? Nõ interrogemus de petro:niſi lachrimas pe-
Ibidem tri. Fideliores teſtes de illo non inuenimus. Fleuit amare
Joan.13. inquit. Nõdum idoneus erat paſſioni:Sequeris me poſtea
illi dictum erat. Adhuc futurus erat firmus:confirmat⁹ dñi
reſurrectione. Ergo nõdũ erat tempus vt diſpergerentur
illa oſſa iuxta infernũ. Nam videte q̃ multi de ecerunt vſq̃
ad ipſos primos herentes ori eius:ꝛ iã ipſi defecerũt. Qua-
Alr† Sin re hoc? ⌊†Singularis ego ſum donec tranſeam.⌋ Hoc enĩ
gulariter ſequitur in pſalmo. Supra dixerat: Cuſtodi me dñe a mu-
II ſcipula quã ſtatuerũt mihi:ꝛ ab ſcandalis qui operãtur iniq̃-
tatem. A muſcipula ꝛ a ſcandalis ꝛ a terrentibus ꝛ a lapſis.
Sed quia in eius paſſione etiam illi primi qui futuri erant
duces eccleſie ꝛ colũne terre defecerũt: nondum factũ erat
quod ait in alio pſalmo: Ego cõfirmaui colũnas eius. Quid
Pſ̃.74. ait? Singularis ego ſum donec tranſeam. Hec vox ex per-
ſona capitis:ſingularis ego ſum donec tranſeam. Quid eſt
ſingularis? In paſſione tu ſolus pateris: tu ſolus occideris
ab inimicis. Singularis ego ſum donec tranſeam. Quid eſt
Joan.13. donec tranſeam? Euangeliſta dicit: Cum autem veniſſet ho-
ra vt ieſus tranſiret de hoc mundo ad patrem. Quid eſt er-
go donec tranſeam: niſi de hoc mundo ad patrem? Tũc enĩ
confirmaui colũnas eius:id eſt colũnas terre: quãdo ĩ mea
reſurrectione didicerunt plene mortẽ non eſſe timendam.
Donec ergo tranſeam:ſingularis ſum: cum tranſiero multi-
plicabor. Multi me imitabuntur:multi patientur in nomi-
ne meo. Unus ego ſum donec tranſeam:multi in me vnus erũt
dum tranſiero. Singularis ego ſum donec tranſeam. Audi-
te etiam myſterium verbi eius. Sc̃dm grecam locutionem
paſcha videtur paſſionem ſignificare. πασχειν enim pati
dicitur: Sc̃dm hebream autem linguam ſicut interpretati
ſunt qui nouerũt: paſcha tranſitus interpretatur: Nam ꝛ ſi
interrogetis bene grecos:negant grecum eſſe paſcha. So-
nat ibi quidem πασχειν:id eſt pati:ſed nõ ſolet ſic deflecti
Paſſio enĩ παθος grece dicitur: non paſcha. Ergo paſcha ſi-
cut dicunt qui nouerũt:ꝛ qui nobis qd̃ legeremus interpre-
tati ſunt:tranſitus interpretatur. Ideo vẽtura paſſione do-
mini:tanq̃ ipſo verbo loqueretur euangeliſta: Cũ veniſſet
inquit hora vt tranſiret ieſus de hoc mũdo ad patrem. Paſ-
cha hic ergo ſonuit in hoc verſu:Singularis ego ſum donec
tranſeam. Poſt paſcha iam nõ ero ſingularis: poſt tranſitũ
nõ ero ſingularis. Multi imitabuntur:multi conſequentur.
Et ſi poſtea ſequentur:quid erit? Singularis ego ſum do-
KK nec tranſeam. Quid eſt quod domin⁹ ait in hoc pſalmo:ſin-
gularis ego ſum donec tranſeam? Quid eſt qd̃ expoſuim⁹?
Joan.12. Si intellexerimus:attende ipſius verba in euãgelio: Amẽ
amen dico vobis inquit: niſi granũ frumenti cadens in ter-
ram mortuũ fuerit:ipſum ſolum manet:ſi autem mortuum
fuerit multum fructum affert: Hoc autem ibi ait vbi etiã di-
Ibidem. xit: Cum exaltatus fuero a terra omnia trahiam ad meipſum.
Vbi.ſ. Niſi granũ frumenti inquit cadens in terram mortuum fue-
rit ipſum ſolum manet:ſi autem mortuũ fuerit:multum fru-
ctũ affert. Ergo illi grano multa ſeges debebatur:Sꝫ expe-
ctatur mortificetur adhuc: quia granũ niſi in terram ceciderit
ꝛ mortificatum fuerit ſolum remanet. Ergo ſolum erat an-
Joan.13. teq̃ eſſet mortificatus. Propterea ꝛ petrus nondum habe-
bat ta'es vires: Accepturus erat vires ſequendi:non habe-
bat precedendi. Propter chriſtum enim:id eſt propter con-
feſſionem nominis chriſti quo chriſtiani ſumus: nemo mor-
tuus eſt ante chriſtum: ne forte occurrat nobis: Multi enĩ
mortui ſunt ꝛ martyres ſunt: Multi et prophete talia paſſi
ſunt:non tamen ideo moriebantur:quia prenũciabant chri-
ſtum:ſed quia peccata hominũ dicebant in eos:ꝛ eoꝝ iniq̃-
tatibus liberius reſiſtebãt:ꝛ habentur inter martyres. Iu-
ſte etenim ſi non pro nominis chriſti confeſſione:tamen pro XX
veritate occiſi ſunt. Uſq̃ adeo autem pro ipſo nomine:id eſt Joan.12.
pro cõfeſſione nominis chriſti nemo mortuus eſt anteq̃ gra-
num illud caderet in terram: cuius ex perſona dictum eſt:
Singularis ego ſum donec tranſeam: vt ꝛ ipſe ioannes qui
recens interfectus erat:ab iniquo rege donatus puelle ſal- Mat.14.
tatrici:non propter hoc interfectus ſit quia cõfeſſus eſt chri-
ſtum. Potuit itaq̃ et inde occidi ꝛ hoc a multis. Si ꝓpter
aliud occiſus eſt ab vno: quãto potius propter chriſtum po-
tuit occidi ab his ipſis qui occiderunt chriſtum? Perhibe-
bat enim de chriſto teſtimoniũ ioannes: Illi qui audiebant
chriſtum:ipſum occidere volebant:ꝛ eum qui teſtimonium
perhibebat non occidebant. Quia enim ſi fieret impet⁹ pro-
pter chriſtum in ioãnem:non negaret. Erant quippe in illo
vires magne:quibus appellatus eſt amicus ſponſi. Magna Joan.3.
in illo gratia:magna excellentia: inter natos mulierum ne- Mat.11.
mo exurrexit maior ioãne baptiſta. Ergo in illum impetus
factus eſt qui non habebat tales vires. Fit ꝛ impetus in pe- Mat.26.
trum:non fit in ioãnem. Etenim vires ipſas petrus poſt ac-
cepit:tunc autem infirmus fuit. Pro chriſti nomine ille inter-
rogatur qui vires non habebat. Ille qui habebat vires:nõ
patitur perſecutionem propter chriſtum:ne pro nõie chriſti
antecederet chriſtum. Non occiditur a iudeis qui perhibe-
bat liberum teſtimoniũ chriſto quem occiderunt iudei:ꝛ oc-
ciditur ab herode qui dicebat ei: Non tibi licet habere vxo-
rem fratris tui: Neq̃ enĩ frater eius ſine poſteritate deceſ-
ſerat: Pro lege quidẽ veritatis:pro equalitate: pro iuſticia:
Ideo ſanctus:ꝛ ideo martyr:ſed nõ tamen pro illo nomine
quo chriſtiani ſumus. Quare hoc niſi vt impleretur: Singu-
laris ego ſum donec tranſeam.

¶ Explicit tractatus de pſ̃.cxl.
¶ Incipit tractatus de pſ̃.cxlj.

¶ Prefatio.

Solemnitati martyrum ſicut deuotio celebritatis vre: A
ita noſtre ſeruitutis ſermo debetur. Sed meminiſſe
oportet charitatem veſtrã:heſterna die q̃ multa dicta ſint.
Non enĩ quia propter auiditatem interioris oris veſtri per
totum ſermonem tanq̃ recentes affuiſtis: propterea obliui-
ſci debemus infirmitatis cõmunis: primo quia ꝛ honorare
oportet verba preclara ſicut ſcriptum eſt: Preclara aũt ver-
ba ſapientie ſunt:domini dei ſunt:que per nos tanq̃ per va-
ſcula vobis miniſtrantur: Et ſi fictilia ſunt vaſa:ſed panis ce-
leſtis eſt. Apoſtolus dicit: Habemus theſaurum iſtum in va- 2.Cor.4.
ſis fictilibus: vt eminentia virtutis ſit dei. Qui autem the-
ſaurus: idem et panis. Nam ſi non idem eſſet theſaurus et
panis:non de ipſo theſauro alibi ſcriptũ eſſet: Theſaurus Prouẽ.14.
deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis: vir autem ſtultus
glutit illum. Unde admonemus charitatem veſtram: vt ea
que audiendo tanq̃ ventre memorie conditis:rurſus reuol-
uendo ꝛ cogitando quodãmodo rumineris. Hoc eſt enĩ the-
ſaurus deſiderabilis:requieſcit in ore ſapientis:vir aũt ſtul-
tus glutit illum. Breuiter dixit: Sapiens ruminat: ſtultus
non ruminat. Hoc autem aperte et latine quid eſt? Sapiẽs
cogitat ea que audierit:ſtultus autem audita obliuioni tra- Leuit.11.
dit. Neq̃ enim propter aliud in lege munda ea dicta ſunt
animalia que ruminãt: immunda que non ruminant. Nam
creatura dei omnis munda eſt. Artifici deo:tam mũdus eſt Geñ.2.
porcus q̃ agnus. Creauit enim omnia bona valde:ꝛ omnis 1.Timo.4.
creatura dei bona eſt (Dicit Apoſtolus) et omnia munda Ad titũ.1.
mundis. Cum ergo in natura vtrũq̃ ſit mundum:ſignifica-
tione tamen agnus ſignificat aliquid mũdum:porcus ſigni-
ficat aliquid immũdum. Agnus ſignificat innocentiam ſapi-
entie ruminantis:porcus ſignificat immundiciam ſtulticie
obliuiſcentis. Breuis pſalmus pro ſolẽnitate dictus eſt:vi-
deamus an poſſit etiã breuiter tractari.

¶ Expoſitio pſalmi.

Voce mea ad dominũ clamaui.⌋ Sufficeret: voce ad B
dominũ clamaui:forte non fruſtra additum eſt mea. Nota titu-
Multi enim clamant ad dominũ:non voce ſua: ſed voce cor- lus huius
poris ſui. Homo ergo interior in quo cepit habitare chriſt⁹ exponitur
per fidem:voce ſua non in ſtrepitu labiorum: ſed in affectu infra eodẽ
cordis clamet ad dñm. Non vbi homo audit ibi deus audit. pſ̃.cl.

Niſi voce pulmonum: ⁊ laterum: et lingue clames: homo te
non audit. Cogitatio tua clamor eſt ad dominũ. Voce mea
ad dominum clamaui: ⌊Voce mea ad dominũ deprecatus
ſum.⌋ Q̄ dixit clamaui: expoſuit cũ dixit: deprecatus ſum.
Clamant enim ad dñm: et qui blaſphemant. In ſuperiori
verſu clamorem poſuit: in ſequenti clamorẽ expoſuit. Quaſi
exigeretur q̄ clamore clamaſti ad dñm: ad dñm inquit de-
C precatus ſum. Clamor meus deprecatio mea: non conuiciũ:
Aſ.† Effũ non: murmur: non blaſphemia. ⌊† Effundam † ante eum
do precem meam.⌋ Quid eſt ante eũ? In cõſpectu eius. Quid
Aſ.† in cõ eſt in conſpectu eius? Vbi videt. Vbi autem non videt? Ita
ſpectu eiꝰ enim dicimꝰ vbi videt: quaſi alicubi non videat. Sed in iſto
orõnẽ. cetu rerum corporalium vident et homines: vidẽt ⁊ anima-
lia: Ille autem videt: ⁊ vbi homo non videt. Nam cogita-
tionem tuam nullus hominũ videt: deus autem videt. Ibi
ergo effunde precem tuam: vbi ſolus ille videt qui remune-
rat. Nam in abſcondito te dominus ieſus chriſtus iuſſit ora-
Mat. 6. re: ſed ſi agnoſcas cubiculũ tuum ⁊ mundas: ibi rogas deũ.
Cum autem oratis inquit: nolite fieri ſicut hypocrite: qui
ſtant in plateis et vicis orantes: vt videant ab hominibus.
Tu autem cum oras intra in cubiculum tuum: ⁊ claude oſti-
um: et deprecare deum tuum in occulto: et qui videt in oc-
D culto reddet tibi. Si homines reddituri ſunt: effunde ante
Ibidem. homines precem tuam: Si deus redditurus eſt: effunde an-
te eum precem tuam: ⁊ claude oſtium ne tentator ingredia-
tur. Tentator non ceſſat pulſare vt irrupat: ſi clauſum inue-
Eph. 4. nerit tranſit. Ideo Apoſtolus: quia in noſtra poteſtate eſt
oſtium claudere: oſtium cordis non parietum: ibi enim ⁊ cu-
biculũ: q. ergo in ptãte nr̃a eſt hoc oſtium claudere: Neq̃
detis inquit locum diabolo. Et eũ ſi intrauit et poſſedit: at-
tende: quia tu negligenter clauſiſti: aut claudere neglexi-
ſti. Quid eſt autem claudere oſtium? Hoc oſtium tanq̃ du-
as habet valuas: cupiditatis et timoris. Aut cupis aliquid
terrenũ: et hac intrat: aut times aliq̃d terrenũ: et hac intrat
Timoris q̃ ⁊ cupiditatis ianuã claude ↄtra diabolũ: aperi ad
chriſtum. Quomodo ipſas valuas aperis ad chriſtum? Cu-
piendo regnum celorum timẽdo ignem gehennarũ. Per cu-
piditatem ſeculi diabolus intrat: per deſideriũ vite eterne
chriſtus intrat. Per timorem penarum temporalium diabo-
lus intrat: per timorem ignis eterni chriſtus intrat. Ecce
martyres clauſerunt ianuam contra diabolum: chriſto ape-
ruerũt. Promiſit eis multa mũdus iſte: riſerũt: clauſerũt val-
uã cupiditatis aduerſus diabolũ. Minatꝰ eſt mũdus iſte be-
ſtias: ignes: cruces: non timuerunt: clauſerunt timoris val-
uam cõtra diabolum. Videamus ſi aperuerunt illos chriſto:
Mat. 10. Qui ↄfeſſus me (inquit) fuerit coram hominibus: confite-
bor illum et ego coram patre meo qui eſt celis. Amauerunt
ergo chriſtum: regnum celorum: vbi eos confitebitur chriſtus.
Mat. 25. Quomodo eos confeſſurus eſt chriſtus? Venite benedicti
patris mei: percipite regnum quod vobis paratum eſt ab
origine mundi. Confitebitur illos ad dexteram poſitos. Vi-
deamus ſi et timoris valuam chriſto aperuerunt: quam dia-
bolo clauſerunt. Vno eodemq̃ loco dominus monet hoc:
Mat. 10. vt et diabolo claudatur: et ſibi aperiatur. Nolite inquit ti-
mere eos qui corpus occidunt: animam autem non poſſunt
occidere. Monuit vt timoris valua in faciem diabolo elli-
deretur. Ergo nihil eſt timendum? Non ergo aperitur adi-
tus timoris chriſto: qui clauſus eſt diabolo? Statim ſubie-
cit tanq̃ dicens: Excluſiſti illum: aperi mihi Sed eum time-
Ibidem. te inquit qui habet poteſtatem ⁊ animam ⁊ corpus occide-
re in gehẽnam ignis. Iam ergo ſi credidiſti ⁊ aperuiſti chri-
ſto: claude cõtra diabolum. Intus eſt chriſtus: ibi habitat.
Effunde ante eum p̃cem tuam: noli querere vt de longe te
Sap. 8. exaudiat. Non enim longe eſt ſapiẽtia dei: que pertendit a
fine vſq̃ od finem fortiter: ⁊ diſponit omnia ſuauiter. Ecce
intus eſt apud te: ante eum effunde p̃cem tuas. Ibi ſunt au-
Ps. 74. res eius: quia neq̃ ab oriente: neq̃ ab occidente: neq̃ a de-
ſertis montiũ: qm̃ deus iudex eſt. Si iudex eſt: qualem cau-
E ſam geras in corde tuo vide. Effundã ante eum p̃cem meã:
Aſ.† Et. ⌊† Tribulationẽ meã † in conſpectu eius annũciabo.⌋ Re-
† ante ipm petitio eſt: ⁊ in ſuperioribus duobꝰ verſibus ⁊ in his conſe-
pronũcio. quentibus ſententie: due ſunt: ſed vtraq̃ bis dicta. Vna eſt
illa: Voce mea ad dominũ clamaui: vocẽ mea ad dominum

deprecatus ſum. Altera eſt: Effundam ante eũ p̃cem meã:
tribulationem meam in conſpectu eius annũciabo. Qd̃ eñ
eſt ante eum: hoc eſt: in conſpectu eius: et quod eſt: precem
meam effundam: hoc eſt tribulationem meam annũciabo.
Quãdo hoc facit? In perſecutione poſitus loquitur. ⌊† Cũ F
deficit a me ſpiritus meus.⌋ Quare deficit ſpiritus tuus o Aſ † In
martyr in tribulatione poſite? Vt non mihi arrogem vires deficiendo
meas: vt ſciam q̃ alius in me operatur ipſam virtutem. Cũ ex me ſpiri
autem vos tradent iudicibus (ſicut monuit dominus quos tũ meum
martyres facere volebat.) Nolite cogitare q̃d loquamini: Mat. 10.
non eñ vos eſtis qui loquimini: ſꝫ ſpũs patris veſtri qui lo-
q̃tur in vobis. Ergo deficiat ſpũs tuus: loquatur ſpũs dei.
Merito eos pauperes facere volebat ſpiritu: Beati inquit Math. 5.
pauperes ſpiritu: qm̃ ipſorum eſt regnũ celorum. Beati ergo pau-
peres ſpiritu ſuo: diuites ſpiritu dei. Omnis eñ homo qui
ſpiritũ ſuũ ſequitur: ſuperbus eſt. Subdat ſpiritum ſuũ: vt ca-
piat ſpiritũ dei. Ibat in culmen: reſideat in vallem. Si ierit
in culmen: denatat ab illo aqua: Si in valle reſederit: imple-
bitur ex ea: ⁊ fit ille venter de quo ſcriptum eſt: Flumina aq̃ Joan. 7.
viue fluent de ventre eius. Ergo dum deficit a me ſpiritus
meus: in conſpectu tuo annũciaui tribulationem meam: hu-
milis factus: confitens tibi deficientẽ ſpiritu meo: cum ſim
plenus ſpiritu tuo. Et audierunt forte homines: q. defecit in
me ſpũs meus: ⁊ deſperauerũt de me ⁊ dixerunt: Cepimus
eũ ⁊ oppreſſimus eum: ⌊Et tu cognouiſti ſemitas meas.⌋ G
Illi enĩ me deiectum putabant: tu me ſtantem cernebas.
Illi qui pſequebantur ⁊ cõprehenderant: implicatos puta-
bant pedes meos: ſed illis obligati ſunt pedes ⁊ ceciderũt: Ps. 19.
nos aũt ſurreximus ⁊ erecti ſumus. Oculi mei ſemp ad do- Ps. 24.
minũ: qm̃ ipſe euellet de laqueo pedes meos: Perſeueraui
ambulando. Qui eñ pſeuerauerit vſq̃ in finem: hic ſaluus Mat. 10.
erit. Illi oppreſſum me putabant: ſed ego ambulabam. Vbi
ambulabã? In ſemitis quas illi nõ videbant q̃ me captum
putabant: in ſemitis iuſtitie tue: in ſemitis p̃ceptorum tuorum.
Tu eñ cognouiſti ſemitas meas: pſecutor nõ eas cognouit.
Nã nõ in eis mihi inuideret: ſi in eis mecũ ambularet. Que
ſunt iſte ſemite: niſi vie ille de quibus alio loco dicitur: No-
uit dominus viam iuſtorum: ⁊ via impiorum peribit. Non Ps. 1.
dixit: viam impiorum non nouit: nouit viam iuſtorum: ⁊ via
impiorum peribit. Qd̃ enim nõ nouit peribit: multis locis
ſcripture inuenimꝰ: Quia dei agnoſcere ſeruare eſt: dei agno-
ſcere cuſtodire eſt: non aũt agnoſcere dãnare eſt. Vñ eñ q̃ Mat. 7.
nouit oĩa dicturus eſt in fine: Non noui vos? Non inde gau-
deant ⁊ dicant: nõ puniemur: q. non nouit nos iudex. Iam H
puniti ſunt ſi eos non nouit iudex. Que ergo dicte ſunt vie
quas nouit dñs: ipſe hic dicte ſunt ſemite: quo ait: tu cogno-
uiſti ſemitas meas. Oĩs eñ ſemita via eſt: nõ oĩs via ſemita
eſt. Quare ergo vie ille ſemite ſunt dicte: niſi quia anguſte
ſunt? Via lata impiorum: via anguſta iuſtorum. Que via: ipſe ⁊ vie:
quẽadmodum q̃ eccleſia: ipſe eccleſie: ⁊ qd̃ celum: ⁊ ipſi celi.
Pluraliter dicũtur ⁊ ſingulariter dicũtur: Propter vnitatẽ
eccleſie: vna eccleſia: Vna eſt colũba mea: vna eſt m̃ris ſue: Canti. 6.
Propter congregationes fraternas: p loca multe ſunt eccle-
ſie. Eccleſie inquit iudee q̃ erant in chriſto: gaudebant q̃ il- Gal. 1.
le q̃ nos pſequebatur: nũc euãgelizat fidem: quã aliquando
vaſtabat: ⁊ in me glorificabant deum. Eccleſias ſic dixit: et
vnã eccleſiam ſic dicit: Sine offenſione eſtote iudeis: et gre- 1. Cor. 10.
cis: ⁊ eccl̃ie dei. Sic ergo ⁊ vie ⁊ via: ⁊ ſemite ⁊ ſemita. Qua-
re ſemite. ⁊ quare ſemita? Quomodo quare eccleſie ⁊ eccle-
ſia rationem reddidimus: debemus et hic reddere rationẽ.
Semite dicte ſunt dei: quia multa p̃cepta ſunt: Et quia ea- I
dem multa p̃cepta ad vnũ rediguntur: quia plenitudo legis Roma. 13.
charitas: propterea vie iſte in multis p̃ceptis ad vnam col-
liguntur ⁊ vna dicũtur: quia via noſtra charitas eſt. Videa-
mus ſi charitas via eſt. Audiamus Apoſtolũ: Et adhuc ſu- 1. Cor. 13.
pereminentiorem viam vobis demonſtro. Quã dicis o apoſto-
le: ſupereminentiorẽ viam? Quã dico audi: Si linguis hoim
loquar ⁊ angelorum: charitatẽ aũt non habeam: factus ſum ve-
lut eramentum ſonãs: aut cymbalum tinniens: Et ſi habue-
ro ꝓphetiam: ⁊ ſciero omnia ſacramenta ⁊ omnẽ ſcientiã: et
ſi habuero oẽm fidem ita vt montes trãſferam: charitatem
aũt non habeã nihil ſum: Et ſi diſtribuero omnia mea pau-
peribus: et ſi tradidero corpus meum vt ardeam: charita-
tem

tem autem non habeam: nihil mihi prodeſt. Ergo charitas
tem dixit ſupereminentiorem viã. Magna via iſta fratres:
magnũ miraculum habet hec via. Certe quia ſupereminen
tior eſt: excellentior eſt. Hoc enim ſupereminet quod excel
ſum eſt. Nihil excellentius eſt via charitatis: et nõ in illa am
bulant niſi humiles. Has ergo ſemitas dicit precepta chari
tatis. In me ols. Tu ergo inquit cognouiſti ſemitas meas:
Tu noſti: qz qd pro te patior amore patior. Tu noſti: q: cha
ritas in me omnia tolerat: tu noſti qz ⁊ ſi trado corpꝰ meum
vt ardeam: habeo illam: ſine qua illud non prodeſt homini.
R Quis autem nouit vias iſtas hominis fratres mei: niſi ve
re ille cui dictum eſt: tu cognouiſti ſemitas meas? Omnia
enim facta humana ante oculos hominum: incertũ eſt quo
2. Cor. 19. corde fiant. Et qꝫ multi impij metientes ſemetipſos ex ſe
metipſis: dicunt de nobis qꝫ iſta in eccleſia querimus: ho
nores: laudes: vtilitates temporales. Quam multi dicunt
me propterea loqui vobis vt acclametis ⁊ laudetis me: et
hũc me habere finem: ⁊ hanc intentionem cum loquor? Et
quomodo eis oſtendo non ea intentione me loqui? Reſtat
vt deo dicam. Tu cognouiſti ſemitas meas. Quomodo illi
1. Cor. 4 ſciunt qd nec vos ſcitis? Quomodo illi ſciũt qd vix ego ſcio?
Mat. 26. Neqꝫ enim ego meipſum diiudico: Qui enim diiudicat me:
dominus eſt. Neſcio quid de ſe petrꝰ neſciens preſumpſit:
et aliud videbat medicus in viribus eius. Ergo pie pureqꝫ
clametur ad dominum: quia vere clamatur: tu cognouiſti ſe
mitas meas. Sed vis vt ducat te p iſtas ſemitas? Eſto mi
tis: eſto manſuetus: non ferox: non ſuperbus: non excuſſa ⁊
erecta ceruice: ſicut equus ⁊ mulus quibus non eſt intelle
Pſ. 31 ctus. Cum enim fueris mitis: cum fueris manſuetus: inſide
Pſ. 24. bit dominus ⁊ ducet te per vias ſuas. Diriget enim mites
X in iudicio: docebit manſuetos vias ſuas. Tu ergo cognoui
Ali. † am ſti ſemitas meas. In via hac qua † ingrediebar: abſconde
bulabam runt mihi † muſcipulam. Via hec qua ingrediebar chriſtꝰ
† laqueũ. eſt: Ibi illi abſconderunt muſcipulam qui perſequuntur in
chriſto propter nomen chriſti. Ibi ergo abſconderunt mu
ſcipulam mihi: qui ibi me ſcandalizant. Quid in me zelant?
Quid in me perſequũtur: qꝫ chriſtianus ſum? Si ergo hoc ꝑ
ſequunt qꝫ chriſtianus ſum: in via quã ingrediebar abſcon
derunt mihi muſcipulam. Quantum in ipſis eſt: in via qua
ingrediebar ipſi abſconderũt muſcipulam mihi. Quantum
ad eorum cupiditatem pertinet: qntum ad eorum conatum:
quantum ad eorũ votum in ipſa via me voluerunt habere
Pſ. 1. muſcipulam qua caperer. Sed nouit dominus viam iuſto
rum: ⁊ tu cognouiſti ſemitas meas. Hoc quidem illi volue
runt: ſed tu eos non pmiſiſti in te ponere ſcandalum: q: tu
es via mea. Nam et heretici in nomine chriſti nobis volunt
abſcondere ſcandalum: et ipſi falluntur. Qd ipſi in hac via
putant ſe ponere: extra viã ponũt: quia ⁊ ipſi extra viã ſunt:
Muſcipulã ponere nõ poſſunt vbi ipſi non ſunt. Sed dictũ
eſt hoc ſm cupiditatem ipſoꝝ: ſm votum ⁊ opinionẽ eorũ.
Pſ. 139 Nam expreſſe alibi dictum eſt. Iuxta ſemitas ſcandala po
ſuerunt mihi. Hoc quod dictum eſt in via: ſm cupiditatẽ eo
rum ⁊ votum dictum eſt: Illud quod dictuz eſt iuxta viam:
id eſt iuxta ſemitam: ſm veritatem dictum eſt. Reuera enĩ
nõ ponũt in ſemita: non ponũt in ipſa via: quia chriſtꝰ eſt via.
Ioan. 14 Sane iuxta ſemitas ponunt: Non eos chriſtus ſinit ponere
in via: ne non ſit qua eamus: Sinit tamen eos ponere iuxta
viam: vt de via non declinemus. In via ſe putat ponere ſcã
M dalum paganus: quando mihi dicit: Colis deum crucifixũ.
Reprehendit crucem chriſti quã non intelligit. In chriſto ſe
ponere putat qd iuxta viam ponit. Non egrediar a chriſto:
et non incidam a via in muſcipulam. Inſultet ille crucifixo
chriſto: videam ego in frontibus regum crucem chriſti. Qd
irridet: ibi ſaluor. Nihil eſt ſuperbius egroto qui deridet
medicamentum ſuũ. Si non derideret: acciperet ⁊ ipſe ⁊ ſa
naretur. Crux illa ſignum eſt humilitatis: ille autem ſuper
bia nimia: non agnoſcit vnde ſanetur tumor anime ſue. Si
autem ego agnoſco: in via ambulo. Uſqꝫ adeo de cruce non
erubeſco: vt non in occulto loco habeam crucem chriſti: ſed
in fronte portem. Multa ſacramenta aliter atqꝫ aliter acci
pimus. Quedam ſicut noſtis ore accipimus: quedam per to
Luce. 9. tum corpus accipimus. Quia vero in fronte erubeſcitur ille
qui dixit: Qui me erubuerit corã hominibus: erubeſcã eum

coram patre meo qui in celis eſt: ipſam ignominiam quodã
modo ⁊ quã pagani derident in loco pudoris noſtri conſti
tuit. Audis hominem inſultare impudenti et dicere: fron
tem nõ habet. Quid eſt frontem non habet? Impudẽs eſt.
Non habeat nudam frontem: tegat eam crux dñi mei. Er
go in via qua ingrediebar: abſconderunt muſcipulam mihi
quãtum in ipſis eſt. Nam iuxta viam poſuerunt: Ego autẽ
tutus ero ſi de via non receſſero. Ignoras quia in medio la
queorum ingrederis: ait ſcriptura? Quid eſt in medio la
queorꝰ? In via chriſti: Et hinc laquei ⁊ hinc laquei. Laquei Eccli. 9.
a dextris: laquei a ſiniſtris. Laquei a dextris proſperitas ſe
culi: laquei a ſiniſtris aduerſitas ſeculi. Laquei a dextris ꝓ
miſſiones: laquei a ſiniſtris terrores. Tu in medio laqueo
rum ingredere: a via noli diſcedere: nec promiſſio te capiat:
nec terror elidet. In hac via quã ingrediar abſconderũt mu
ſcipulam mihi. Conſiderabam ad dexteram ⁊ videbam. N
In dexteram conſiderabat ⁊ videbat: In ſiniſtram qui cõ
ſiderat excecatur. Quid eſt in dexterã cõſiderare? Ubi erũt Mat. 25
illi quibus dicetur: Uenite benedicti patris mei poſſidete Ibidem.
regnum. Erunt enim quidam in ſiniſtra: quibus dicet: Ite
in ignem eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius.
Frémente ergo toto mundo et minãte in perſecutionibus:
crebreſcentibus vndiqꝫ inſultationibus hominũ atqꝫ terro
ribus: ille contemnens preſentia: reſpiciebat in futura: attẽ
debat in dexteram vbi futurus eſt: vbi eſſe meditabatur il
luc attendebat ⁊ videbat: et ideo omnia ferebat: Illi autem
qui perſequebantur non videbant. Ideo cum diceret: Con
ſiderabam in dexteram ⁊ videbam: ſecutus ait: Et nõ erat
qui cognoſceret me. Cum enim toleras omnia: quis no
uit quid attendas: vtrum ad dexteram oculum dirigas an
in ſiniſtram? In eo quod toleras ſi laudem hominũ queris:
In ſiniſtram attendiſti: In eo quod toleras ſi promiſſa dei
queris: in dexteram attendiſti. Attendiſti in dexteram: vide
bis: Attendiſti in ſiniſtram: excecaberis. Sed et cum vides
in dexteram: non erit qui te agnoſcat. Quis enim te conſo
latur: niſi dominus cui dicis: Et tu cognouiſti ſemitas me
as? Nec erat q cognoſceret me. Perijt fuga a me. Tanqꝫ O
circumcluſum ſe dicit: perijt fuga a me. Inſultant perſecuto
res: Oppreſſus eſt: captus eſt: circumcluſus eſt: victus eſt:
perijt fuga ab illo: Ab illo perijt fuga qui non fugit. Qui au
tem non fugit: patitur quicquid poteſt pro chriſto: id eſt nõ
fugit animo. Nam corpore fugere licet: conceſſum eſt: per
miſſum eſt: domino dicente: Si vos perſecuti fuerint in vna Mat. 10.
ciuitate: fugite in alteram. Qui ergo non fugit animo: pe
rijt ab illo fuga. Sed intereſt quare non fugiat: quia circum
cluſus eſt: quia captus eſt: an quia fortis eſt. Et a capto pe
rijt fuga: ⁊ a forti perijt fuga. Que ergo fuga cauenda eſt?
Que fuga a nobis pereat? De qua dominus dicit in euan
gelio: Quia paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus Ioan. 10
ſuis: Mercennarius autem et qui non eſt paſtor: cum vide
rit lupum venientem fugit. Cum viderit predonem: quare
fugit? Quia non eſt ei cura de ouibus. Talis fuga ab iſto pe
rierat: ſiue ab ipſius capitis perſona accipiamus hãc vocem
ſiliꝰ chriſti domini qui pro omnibus mortuus eſt: ſiue a
membris eius martyribus noſtris: quia et ipſi pro fratribus
paſſi ſunt. Audi Ioannem dicentem: Sicut enim ille ani 1. Ioan. 3
mam ſuam pro nobis poſuit: ſic et nos debemus animas ꝓ
fratribus ponere. Sed cum illi ponunt: chriſtus ponit: quia
cum illi patiũtur perſecutionem: ipſe clamat: Quid me per
ſequeris? Perijt fuga a me: Et non eſt qui requirat animã Actuũ. 9.
meam. Ergo nõ eſt qui requirat animam ipſius? Uidit ho
mines velle ſeuire in necem ſuam: velle effundere ſanguinẽ
ipſius: Quomodo non eſt qui requirat animam eius? Et
hoc duobus modis accipitur. Quomodo perire fugam ac
cipitur duobus modis: quia et a capto et a forti perit fu
ga: ſic duobus modis queritur anima hominis: aut a perſe
cutoribus: aut a dilectoribus. Ita ergo non eſt qui requi
rat animam meam. De illis dixit: certe qui perſequuntur
animam meam: et non querunt animam meam. Si autem
requirant animam meam: inuenient inherentem tibi: Et ſi
norunt eam querere: norunt et imitari. Nam vt noueritis
queri animam hominis et a perſecutoribus: inde alibi dici Pſ. 39
tur: Confundantur ⁊ reuereantur qui querũt animã meam. P

⌊Clamaui ad te dñe:dixi tu es ſpes mea.⌋ Quãdo tolera
bam:quãdo tribulabar:dixi:tu es ſpes mea. Spes mea hic
ideo tolero. ⌊Portio aũt mea⌋ nõ hic:ſed ⌊in terra viuen-
tium.⌋ Dat deus portionẽ in terra viuentiũ: ſed non aliq̃d
a ſe extra ſe. Quid dabit amanti ſe: niſi ſe? ⌊Intende ad
Al. depca-tionem †orationẽ meã:quia humiliatus ſum nimis.⌋ Humiliatus
a pſecutoribus:humiliatus in confeſſione: Humiliat ſe inui
ſibiliter:humiliatur ab hoſtibus viſibiliter: Erigit̃ ergo ab
1.Cor.15. illo viſibiliter ⁊ inuiſibiliter. Inuiſibiliter erecti ſunt iã mar-
tyres:viſibiliter erigẽtur:cum corruptibile hoc induerit in-
corruptionẽ: in reſurrectione mortuoꝝ: cum ⁊ hoc ipſum in
Mat.10. qđ ſolum pſecutores ſeuire potuerũt inſtaurabitur: Nolite
timere eos qui corpus occidũt:animam autem non poſſunt
occidere. Et quid perit? Quid occidunt? Uel hoc eis permit
tetur:vt qđ occiderint pereat? Non periet. Audi ipſius dñi
Luce.21. promiſſionẽ:Amen dico vobis: capillus capitis veſtri nõ pe
Q riet. Quid ergo de ceteris membris ſollicitus es vbi damnũ
Al. † Libera capilli nõ erit? ⌊†Erue me a pſequẽtibus me.⌋ A quib⁹ pu
tatis ꝙ oret vt eruatur? Ab hoibus qui pſequebantur? Ita
vero ipſi homies ſunt hoſtes noſtri. Habemus alios hoſtes
inuiſibiles:qui aliter perſequũtur. Homo perſequitur vt oc
Eph.2. cidat corpus:perſequitur alius vt illaqueat animã. Et ideo
per vaſa ſua:quia de illo dictũ eſt: Operatur in filijs diffidẽ
tie per vaſa ſua: id eſt per homies in quibus operatur:agit
perſecutionẽ corporis:vt intus ⁊ fiat ruina cordis. Nã ſi ca
Ps.123. dente corpore ſtat anima:muſcipula cõmmuta eſt: ⁊ nos li
berati ſumus. Ergo ſunt ⁊ alij hoſtes noſtri:a quibus depre
cari debemus deum vt eruat nos: ne ſeducant nos: vel fra-
ctos moleſtijs ſecularib⁹: vel inductos illecebris. Qui ſunt
iſti hoſtes? Uideamus ſi ab aliquo ſeruo dñico aperte deſcri
R buntur:ab aliquo milite pfecto qui cum illo cõgreſſus eſt.
Eph.6. Audi Apoſtolum dicẽtem: Non eſt nobis colluctatio aduer
ſus carnem ⁊ ſanguinẽ. Nolite quaſi odia veſtra cõuertere
in holes: ⁊ eos vobis hoſtes exiſtimare: ⁊ eorum inimicitijs
vos conteri putare. Iſti homines quos timetis:caro ⁊ ſan-
guis ſunt: ⁊ nõ eſt vobis colluctatio aduerſus carnem ⁊ ſan-
guinem. Sic voluit dicere: contẽnens hominum mortalita-
Ibidem. tem. Et aduerſus quos? Aduerſus pncipes inquit et pote-
ſtates: ⁊ rectores huius mũdi tenebrarum harum. Expaue
ras:cum audires rectores mũdi. Si rectores mundi iſtius:
nũquid preter mũdum iturus es vbi illos nõ patiaris? Pre-
ter mundum iturus es vbi ab eis eruaris? Sic ergo accipe
mũdi ⁊ tenebrarum harum rectores: nõ rectores celi ⁊ ter-
re. Nam ipſa fabrica dei eſt. Celum ⁊ terra mũdus dicitur:
et homines mali mundus. Quare ⁊ iſti mundus? Quia dili
gunt mundum: et ideo tenebre: quia et impij. Ideoq; iam
Eph.5. ex ipſo numero credentibus multis: quid dicit Apoſtolus?
Fuiſtis aliquando tenebre:nunc autem lux in dño. Anteꝙ
eſſetis ergo lux:cum tenebre eſſetis:attendite quem recto-
rem habuiſtis. Quẽ rectorem habent iniqui:niſi diabolum:
quomodo pij et fideles rectorem habent chriſtuꝫ? Ergo dia
bolum ⁊ angelos eius rectores mundi appellauit: id eſt re-
ctores dilectorum mundi:rectores peccatorum:quod eſt te
S nebrarum harum. Ipſos habemus inimicos: a quibus de-
bemus deprecari dominũ vt eruamur. Audi mũdum: ⁊ mũ-
dum aperte vno loco in ſcriptura ſancta in euangelio:mun-
dum quem fecit deus: mũdum quem regit diabolus:id eſt
dilectores mundi. Homines enim ipſos fecit deus:dilecto-
res mundi non eos fecit. Mundum enim diligere peccatũ
eſt:peccatum autem non fecit deus. Audi ergo vt dicere ce
Joan.1. perim mũdum et mundum: In hoc mundo erat: dictũ eſt.
De quo dictum eſt:in hoc mundo erat. niſi de ſapientia dei:
quod eſt chriſtus ieſus: de qua dictum eſt quod paulo ante
Sap.8. cõmemoraui: Pertẽdit a fine vſq; ad finem fortiter: ⁊ diſpo
Sup.7. nit omnia ſuauiter? Attingit enim vbiq; propter ſuam mun
Joan.1. diciam: ⁊ nihil inquinatũ in illam incurrit. Ergo in hoc mũ
do erat:et mundus per ipſum factus eſt: ⁊ mundus eum nõ
cognouit. Audiſtis duos mundos:mundus per eum factus
Eph.6. eſt:et mundus eum non cognouit. Non mundus qui factus
eſt per ieſum:ab illis pncipibus ⁊ poteſtatibus tenebrarum
harum regitur:ſed mundus qui non cognouit ieſum: id eſt
dilectores mundi:peccatores ⁊ iniqui: ſuperbi ⁊ infideles.
Unde mũdus peccatores? Quia diligunt mundum: et dili-
gendo inhabitant mundum:quomodo domus dicitur et fa-
brica ⁊ inhabitantes. Bona domus plerũq; bona fabrica: ⁊
bona domus:quia boni cõuerſantur ⁊ conſeruãtur in ea. Et
caue domũ iſtam:quia mala eſt. Duobus modis dicitur ma
la eſt domus hec: Caue forte propter ruinam ne aliquid ca
dat ⁊ te pmat. Dicit̃ ⁊ ſic alio mõ quẽadmodum caueas do
mũ iſtam tam malam:ne incurras in laqueum venantium:
ne pauper opprimaris a diuite:ne fraudem aliquam patia-
ris. Quomodo ergo domus ⁊ domus:ſic mũdus ⁊ mũdus.
Quare ergo ⁊ iuſti cum ſint ⁊ ipſi in mundo nõ dicuntur mun T
dus? Quia dicit Apoſtolus: In carne autem ambulãtes nõ 2.Cor.10.
ſm carnem militamus:cõuerſatio enim noſtra in celis eſt.
Habitat hic iuſtus in carne: ſed corde cum deo eſt. Et ipſe
appellatur mundus:ſi ſine cauſa audit furſum cor: Si autẽ
eſt cauſa quare audit:furſum cor habet. Mortui enim eſtis Col.3.
dicit:et vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto in deo: Quo
rum autem vita hic eſt: id eſt quorum deſideriũ ⁊ amor hic
eſt. hic conteritur:hic implicatur:bene dicitur habitatores
mundi. Et bene dicuntur mundus illi qui habitant in mun
do:ſicut bene dicuntur domus illi qui inhabitant domum.
Mundus ergo et mundus: Mundus per eum factus eſt: ⁊ Joan.1.
mundus eum non cognouit. Ecce mundus factus eſt p do
minũ:ecce mundus qui nõ cognouit dominũ. Lauda tu fa-
bricam: ⁊ ama fabricatorem: et noli amare habitare in fa-
brica:ſed habita in fabricatore. Erue me a perſequentibus
me. ⌊†Quoniã corroborati ſunt ſup me.⌋ Quis dixit cor- al.†Quia
roborati ſunt ſuper me? Corpus chriſti clamat: Eccleſie vox confortati
eſt:membra chriſti clamant. Multum creuit numerus pec-
catorum: Quoniam abundauit iniquitas:refrigeſcet chari- Mat.24.
tas multorum. Erue me a perſequentibus me:quoniam cor V
roborati ſunt ſuper me. ⌊†Erue de carcere animaꝫ meam al.† Educ
†vt confiteatur nomini tuo.⌋ Carcer iſte a prioribus varie de cuſto-
intellectus eſt: Et fortaſſe ipſe eſt carcer qui et ſcribitur in dia.
titulo:ſpelunca. Titulus enim pſalmi huius ita ſe habet. Al.†ad cõ-
⌊Intellect⁹ ipſi dauid:cum eſſet in ſpelunca:oratio.⌋ Que fitendũ
ſpelunca:ipſe et carcer. Duo quedam intelligenda propoſui 1.Reg.22.
mus:ſed vnum cuꝫ intellexerimus:vtrũq; erit. Merita car-
cerem faciunt. Nam in vno quodam habitaculo alteri do-
mus eſt:alteri carcer eſt. Illi qui cuſtodiunt homines inclu-
ſos:et ſi in domo ſua cuſtodiant:illi qui artius cuſtodiũtur:
in carcere ſunt: Nunquid et illi in carcere dicendi eſſe ſunt?
Unum habitaculum ⁊ illi eſt et illi. Alteri fecit domũ liber-
tas:alteri carcerem ſeruitus. Quibuſdam ergo viſum eſt:ꝙ
ſpelunca et carcer mundus iſte ſit: Et hoc orat eccl'ia:vt de
carcere educatur:id eſt de hoc mundo:de ſub ſole:vbi omnia Eccle.6.
vanitas. Dicitur enim:omnia vanitas et preſumptio ſpiri-
tus in omni tempore hominis quo ipſe laborat ſub ſole. Er
go extra iſtum mundum neſcio quã requiem pollicetur no-
bis deus quo futuri ſumus: forte ideo de loco iſto clamam⁹
Educ de carcere animam meam. Anima noſtra per fidem
⁊ ſpem in chriſto eſt: ſicut pauloante iam dixi: Uita veſtra Col.3.
abſcondita eſt cum chriſto in deo:corpus autem noſtrum in
iſto carcere:in iſto mundo. Si diceret: Educ de carcere cor-
pus meum: ſecuri acciperemus carcerem mundum. Fortaſ-
ſe tamen propter aliqua que nos tenent deſideria terrena:
contra que luctamur ⁊ dimicamus:quia video aliam legem
in membris meis repugnãtem legi mentis mee: et recte di- Roma.7.
cimus: Educ de carcere animam meam de hoc mũdo:id eſt
de laboribus ⁊ preſſuris huius ſeculi. Non enim caro quam
tu feciſti:ſed corruptela carnis et preſſure ⁊ tentatiões:car-
cer mihi ſunt. Aliqui autem dixerunt carcerem iſtum et ſpe X
luncam corpus hoc eſſe:vt hoc ſit: educ de carcere animam
meam. Sed ⁊ iſte intellectus vacillat aliquãtulũ. Quid enĩ
magnum:educ de carcere animam meam: educ de corpore
animam meam? Latronum anime et ſceleratorũ homĩe exe
unt de corpore: et eunt in peiores penas ꝙ hic pertulerũt?
Quid enim magnum petitur:educ de carcere animã mea:
cum ſiue ſero ſiue cito:neceſſe ſit hinc exire? Forte iuſtus di
cit:iam moriar: educ de carcere iſto corporis animam meã.
Si nimis feſtinat:non habet charitatem. Deſiderare qui-
dem hoc debet ⁊ concupiſcere ſicut Apoſtolus ait:concupi- Phil.1.
ſcentiam hñs diſſolui ⁊ eſſe cũ xpo:multo enim magis opti-
mũ. Sꝫ vbi eſt charitas? Ergo ſequitur. Manere in carne:
neceſſarium

neceſſariū ꝓpter vos. Si de corpore ergo educat deus quā
do voluerit: poſſet dici ⁊ corpus noſtrū carcer: non quia car
F cer eſt qđ fecit deus: ſed q꞉ penale ⁊ mortale. Duo enī conſi
deranda ſunt in noſtro corpore: figmentū dei ⁊ pena meriti.
Tota iſta forma ſtatus: inceſſus: mēbra ordinata: ſenſuū diſ
poſitiones: videre: audire: olfacere: guſtare: ꝯtingere: oſtis
hec cōpago ⁊ fabrice diſtinctio: nō potuit fieri niſi a deo: qui
omnia operatus eſt: celeſtia: terreſtria: ſumma ⁊ ima: viſibi
lia ⁊ inuiſibilia. Quid ergo ibi penale noſtrū? Qđ corrupti
bilis caro: ꝙ fragilis: ꝙ mortalis: ꝙ indigens: Hoc nō erit in
premio. Non enī corpus nō erit: cū corpus reſurgat. Sed qđ
1. Cor. 15. ibi non erit? Corruptio. Corruptibile enī hoc induet incorru
ptionē. Ergo ſi caro tibi carcer eſt: nō corpus eſt carcer tuus
ſed corruptio corporis tui. Corpus enī tuū fecit deus bonū:
q꞉ bonus eſt: corruptionem intulit iuſtus: q꞉ iudex eſt. Illud
habes de beneficio: illud habes de ſupplicio. Hoc ergo forte
dixit: Educ de carcere animā meā: educ de corruptione ani
mam meā. Si ſic intelligamus: non eſt blaſphemia: intelle
E ctus conſtat. Ad extremum fratres ſicut arbitror hoc dixit:
Educ de carcere animā meā: educ de anguſtia. Gaudēti enī
homini ⁊ carcer latus eſt: ⁊ triſti pratum anguſtū eſt. Ergo
orat ſe educi ab anguſtia. Quāuis enim in ſpe latitudinē ha
beat: in re tamen preſentia anguſtatur. Attende anguſtias
2. Cor. 2. apoſtoli: Non habui requiem ſpiritui meo dixit: q꞉ non inue
2. Cor. 11. ni titum fratrem meū. Alio loco: Quis infirmatur ⁊ ego nō
infirmor? Quis ſcandalizatur ⁊ ego nō vror? Qui ergo ⁊ infir
mabatur ⁊ vrebatur: nonne in penis ⁊ carcere erat? Sed iſte
2. Tim. 4. pene ex charitate coronā parturiunt. Unde iterum dicit: Su
pereſt mihi corona iuſticie: quam reddet mihi dñs in illa die
iuſtus iudex. Ad hoc valet: Educ de carcere animā meā: vt
confiteatur nomini tuo. Iā educta de corruptione: quid ha
⁊ bet confiteri? Peccata nō ibi ſunt: ſed laudes ſunt. Duobus
aūt modis confeſſio intelligit: ⁊ in peccatis noſtris: ⁊ in lau
de dei. In peccatis noſtris nota eſt confeſſio: ⁊ ita nota om
ni populo vt quando auditū fuerit nomen confeſſionis in le
ctione: ſiue in laude dicat: ſiue de peccatis dicatur: currāt pu
gni ad pectus. Notū eſt ergo nomen cōfeſſionis de peccato:
Confeſſionē in laude queramus. Ubi inuenimus? Habes in
Eccli. 39. ſcripturis. Et hec dicetis in confeſſione: Opera dñi vniuer
ſa: quoniā bona valde. Ergo hic confeſſio laudis eſt. Alio lo
Mat. 11. co ipſe dñs dicit: Confiteor tibi pater dñe celi ⁊ terre. Quid
confitebatur? Nunquid peccata? Chriſti ergo confiteri: erat
Ibidem. laudare. Et audi laudē patris: Quia abſcondiſti hec inquit
a ſapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Quia
ergo poſt iſtas corruptiones anguſtas habitabimus ī domo
G dei: tota vita noſtra nō erit niſi laus dei. Iam ſepe vobis ex
poſitum eſt: q꞉ recedente neceſſitate omnia negocia neceſſi
tatis intercidunt: quoniā non erit quid ibi agamus. Non di
co die ⁊ nocte vbi nox non eſt: ſed toto die cuꝫ vnus dies eſt
non erit quid ibi agamus niſi laudem⁹ quē diligimus: q꞉ tūc
et videbimus. Modo non viſum deſideramus ⁊ laudamus:
tunc viſum quod amamus: quomodo laudabimus? Sine fi
ne erit laus: q꞉ ſine fine amor. Q꞉ ergo hoc ibi agemus: ideo
educ de carcere animam meam: vt confiteatur nomini tuo.
Ps. 83. Beati enim qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculo
Sap. 9. rum laudabunt te. Modo impedit carcer: q꞉ corpus qđ cor
rumpitur aggrauat animam: Non corpus aggrauat animā:
Nam ⁊ tunc habebimus corpus: ſed corpus qđ non corrum
pitur. Ergo carcerē facit: non corpus ſed corruptio. Educ de
carcere animam meam: vt confiteatur nomini tuo. Iam vox
que ſequitur: ex capite ſonat dñi noſtri ieſu chriſti. Et eſt ta
lis ipſa: qualis heſterna victima. Heſterna enim victima: ſi me
miniſtis hec fuit: Singularis ego ſum donec tranſeam. Et
M † expe hic que eſt victima? [Me † ſuſtinebunt iuſti † quoadnſq꞉ re
ctant. tribuas mihi.]
† donec. ¶ Explicit Tractatus de ps. cxlj.
¶ Incipit Tractatus de ps. cxlij.
A De pſalmo quē cantauimus iam loquar qđ dñs dede
rit charitati veſtre. Heſterno die pſalmus breuior tra
ctabatur: ſed ſpacium temporis dabat nobis copiam etiam
de paucis multa dicendi. Nūc quoniā prolixior pſalmus eſt:
non debemus tantū in ſingulis verſibus immorari: ne forte
non concedat dñs facultatē: vt totū peragrare valeamus. Ti

tulus pſalmi eſt: [Ipſi dauid: quando eum filius ſuus per 2. Reg. 15.
ſequebatur.] In regnorū libris nouimus hoc factū eſſe: ex
titiſſe inimicū abſalon patri ſuo: geſſiſſe contra illum non ſo
lum ciuile: verūetiam domeſticū bellum: illum autem nō de
iectum inique ſed humiliatuꝫ pie accepiſſe a dño diſciplinā:
ſuſtinuiſſe medicinā: nō retribuentē iniquitati iniquitatem:
ſed paratū cor habuiſſe ad ſequendā domini voluntatē. Iſte
dauid ita laudabilis: ſed alius dauid vere manu fortis: qđ in
terpretatur dauid: dñs noſter ieſus chriſtus agnoſcēdus eſt
nobis. Preterita enī illa facta figure fuerant futurorū: Nec
diu cōmendandū eſt qđ ſepe audiſtis: qđ optime retinetis.
Queramus ergo in hoc pſalmo dñm ⁊ ſaluatorē noſtrū ieſuꝫ
chriſtū prenunciantē ſe per hanc prophetiā ⁊ quid futurum
eſſet in hoc tempore: per ea que pridē facta ſunt predicantē.
Ipſe enim ſe in ꝓphetis predicabat: qm̄ ipſe eſt verbū dei:
nec illi tale aliquid dicebant: niſi pleni verbo dei. Annuncia
bant ergo chriſtū pleni chriſto: ⁊ illi eum venturū precedebāt
quos precedētes nō deſerebat. Agnoſcamus ergo quemad B
modum ⁊ chriſtum perſequebat filius ſuus. Habebat enim
filios de quibus dicebat: Nō ieiunabunt filij ſponſi ꝙdiu cū Mat. 9.
eis eſt ſponſus: cum aūt ab eis ablatus fuerit ſponſus: tunc
ieiunabunt filij ſponſi. Ergo filij ſponſi: apoſtoli: ⁊ inter hos
perſecutor iudas diabolus. Paſſionē itaq꞉ ſuā in hoc pſalmo Joan. 6.
predicaturus eſt chriſtus: Audiamus. Rurſus aūt ad hoc in
tentam facimus charitatē veſtrā: non docendo qđ ignoratis
ſed admonēdo qđ noſtis: dñm ⁊ ſaluatorē noſtrū ieſum chri Mat. 2.
ſtum caput eſſe corporis ſui: illū vnū eſſe mediatorē dei ⁊ ho
minum: hominē ieſum: natum ex virgine: tanq̄ in ſolitudine:
ſicut in Apocalypſi audiuimus. Per ſolitudinē quippe arbi Apoca. 12.
tror ꝙ ſolus ita natus eſt. Hunc enim illa mulier peperit re Ibidem.
cturum populū in virga ferrea. Hec aūt mulier: antiqua eſt
ciuitas dei: de qua in pſalmo dr̄: Glorioſa dicta ſunt de te ciui Ps. 86.
tas dei. Hec ciuitas initiū habet ab ipſo abel: ſicut mala ciui
tas a cain. Antiqua ergo iſta ciuitas dei ſemper tolerans ter Gen. 4.
ram: ſperans celū: que etiā hieruſalē vocatur ⁊ ſion: Unde de
nato quodā in ſion: ⁊ conditore ipſius ſion: pſalmus quidam
dicit: Mater ſion dicet homo. Quis homo? Et homo factus Ps. 86.
eſt in ea: et ipſe fundauit eam altiſſimus. Deniq꞉ ipſe in ſion
factus eſt homo: ſed humilis factus eſt homo: ⁊ idem ipſe al
tiſſimus fundauit eam ciuitatē in qua factus eſt homo. Ita Apoca. 12.
q꞉ ⁊ illa mulier ſole cooperiebatur: ſole ipſo iuſtitie quē non
cognoſcunt impij: qui dicturi ſunt in fine: Ergo errauimus a Sap. 5.
via veritatis: ⁊ iuſtitie lumen non luxit nobis: ⁊ ſol non ortus
eſt nobis. Eſt ergo quidā ſol iuſtitie: qui nō orit impijs. Ce Mat. 5.
terum iſtum ſolem facit oriri ſuper bonos et malos. Ergo et Apoca. 12.
amicta erat ſole: ⁊ geſtabat viſceribꝰ maſculū paritura. Idē
ipſe erat condēs ſion: ⁊ naſcens in ſion: ⁊ illa mulier ciuitas
dei eius luce protegebatur: cuius carne grauidabatur. Me Ibidem.
rito ⁊ lunā ſub pedibus habebat: quia mortalitatē creſcētis
et decreſcentis carnis virtute calcabat. Ergo ipſe dñs ieſus
chriſtus caput et corpus: Uoluit enim etiam loqui in nobis:
Qui dignatus eſt mori pro nobis: membra ſua nos fecit. Ali C
quando itaq꞉ ex perſona membrorū ſuorū loquitur: aliquando
ex perſona ſua tanq̄ capitis noſtri. Habet aliquid ille qđ di
cat ſine nobis: nos vero ſine illo nihil poſſumus dicere. Apo Col. 1.
ſtolus dicit: Ut ſuppleā que deſunt preſſurarū chriſti: in car
ne mea. Ut ſuppleā inquit que deſunt preſſurarū: nō mearū:
ſed chriſti: in carne: non iam chriſti ſed mea. Patit inquit ad
huc chriſtus preſſurā: nō in carne ſua in qua aſcendit in celū:
ſed in carne mea que adhuc laborat in terra. Chriſtus inquit
preſſuram patitur in carne mea. Uiuo enim: non iam ego Gal. 2.
viuit vero in me chriſtus. Niſi enī chriſtus ⁊ in membris ſuis
hoc eſt fidelibus ſuis preſſuram ipſe pateret: Saulus in ter
ra chriſtum in celo ſedentē nō perſequeretur. Deniq꞉ aperte
hoc exponens quodā loco: Sicut enim corpus vnū eſt inquit Ro. 12.
et membra multa habet: omnia autem membra corporis cū
ſint multa: vnum eſt corpus: ita ⁊ chriſtus. Non ait: ita ⁊ chri
ſtus ⁊ corpus: ſed corpus vnum membra multa: ita ⁊ chriſtus
Totum ergo chriſtus. Et q꞉ totū chriſtus: ideo caput de ce
lo: Saule inquit ſaule quid me perſequeris? Tenete hoc: et Act. 9.
firmum omnino commendate memorie: tanq̄ filij eccleſiaſtice
eruditionis ⁊ fidei catholice: vt agnoſcatis chriſtum caput ⁊
corpus: eūdemq꞉ chriſtum verbum dei vnigenitum equalem

patri:ꝛ inde videatis quanta gratia pertingatis ad deū: vt
D ipſe voluerit eſſe nobiſcū vnus qui eſt cum patre vnū.Quo-
Joan. 10. modo cum patre vnus? Ego ꝛ pater vnū ſumus. Quomodo
Gal. 3. nobiſcū vnus? Non dicit inquit ꝛ ſeminibus tanꝗ̄ in multis:
ſed tanꝗ̄ in vno:ꝛ ſemini tuo qḋ eſt chriſtus. Sed ait aliq̄s:
Si chriſtus ſemen abrae nunquid ꝛ nos? Mementote:quia
ſemen abrae chriſtus: & per hoc ſi ꝛ nos ſemen abrae: er-
Ro. 12. go ꝛ nos chriſtus.Quomodo vnū corpus multa mēbra:ita ꝛ
Gal. 3. chriſtus. Et quotquot in chriſto baptizati eſtis:chriſtū indui-
ſtis. Nempe ſemen abrae chriſtus:nec contradici poteſt apo-
ſtolicis apertiſſimis verbis:et ſemini tuo qḋ eſt chriſtus.Ui-
Ibidem. dete quid nobis dicat:Si autē vos chriſti.ergo ſemen abrae
Gen. 2. eſtis. Ideo magnū eſt illud ſacramentū: Erunt duo in car-
Ephe. 5. ne vna. Apoſtolus dicit: Sacramentū hoc magnum eſt: Ego
autem dico in chriſto ꝛ in eccleſia. Chriſtus ꝛ eccleſia:duo in
carne vna. Refer ad diſtātiam maieſtatis duo: Duo plane.
Joā. 1. non enim ꝛ nos verbum: Non enim ꝛ nos in principio deus
apud deū. Non enim ꝛ nos ille per quē facta ſunt omnia.Ue-
nitur ad carnē:ꝛ ibi chriſtus ꝛ ille ꝛ nos. Non ergo miremur
in pſalmis. Multa enī dicit ex perſona capitis:multa ex per-
ſona membrorum:ꝛ hoc totū tanꝗ̄ vna perſona ſitꝯita loquitur.
E Nec mireris:quia duo in voce vna:ſi duo i carne vna: Judas
Gen. 2. filius ſponſi perſequens ſponſum. Hoc tunc contigit. An et
Joā. 3. ꝛ 6. futurorū exemplū premiſſum eſt? Multos enī falſos fratres
paſſura erat eccleſia:et vt adhuc et vſꝗ̄ in finem ſponſum il-
Pſ. 45. lius filius perſequatur. Si enim inimicus exprobraſſet mihi:
ſuſtinuiſſem vtiꝗ̄ ait: Et ſi is qui oderat me ſuper me ma-
gna locutus fuiſſet:abſcōdiſſem me vtiꝗ̄ ab eo.Quis eſt ini-
micus? Quis eſt qui oderat me? Audidit. Quis eſt chriſtus?
Homo fuit chriſtus:nec viuere potuit cū vellet viuere:ꝛ mor-
tuus eſt inquiunt nolens:euictus:crucifixus:occiſus. Inimi-
ci iſta dicunt. Apertus iſte inimicus eſt;ait chriſtus:odit me
apertas mihi indicit inimicitias: Facile eſt iſtū vel tolerare
vel vitare.Quid facio de abſalō?Quid facio de iuda? Quid
2. Reg. 15. de falſis fratribus?Quid,de malis filijs? Et tamen filij ſunt
qui non contra nos blaſphemant chriſtū: ſed nobiſcū adorāt
chriſtū:ꝛ in nobis perſequunt̄ chriſtū? De quibus conſequē-
ter in eodē pſalmo dicitur:Aliū facile erat perferre:eum qui
Pſ. 45. oderat me:vel abſcondere me ab eo. Abſcōdis enim te a pa-
gano intrans eccleſiā.Quando autē ꝛ ibi inuenis qḋ times:
quid queris vbi te abſcōdas? Deniꝗ̄ ille ipſe Apoſtolus qui
2. Cor. 11. gemit in periculis a falſis fratribus: Foris inquit pugne:in-
et. 7. tus aūt timores. Si ergo his ꝗ oderat me ſuper me magna
Pſ. 45 locutus fuiſſet :abſcondiſſem me vtiꝗ̄ ab eo. Tu vero vna-
nimis meus. Unanimem dicit tanꝗ̄ vnum in chriſto.Eſt er-
go eccleſie qḋ ferat foris:gemat intus:inimicos tamen ſuos
deputet foris et intus:foris facilius euitabiles:intus diffici-
lius tolerabiles . Dicat ergo dominus noſter: dicat chriſtus
nobiſcum totus chriſtus.

¶Expoſitio pſalmi.

F
Al† obſe- DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe †
crationes. precem meam: ⌋ Hoc eſt exaudi:qḋ percipe auribus.
Repetitio confirmatio eſt. ⌊ In veritate tua exaudi me in
tua iuſtitia. ⌋ Ne vtcunꝗ̄ accipiatis cum dicitur: in tua iuſti-
tia. Cōmendatio eſt enim gratie:ne vnuſquiſꝗ̄ noſtrū iuſti-
tiam ſuam deputet. Hec enim iuſtitia dei eſt:quā vt habeas
deus dedit. Nam qui voluerunt de ſua iuſtitia gloriari:quid
Ro. 10. de illis dicit Apoſtolus? Teſtimoniū eis inquit perhibeo:qꝛ
zelum dei habēt: De iudeis loquens zelum dei inquit habēt:
ſed non ſm̄ ſcientiam.Quid eſt:nō ſm̄ ſcientiam?Quā enī
tu cōmendas vellem ſcientiam? Nunquid illam que cum ſo-
la fuerit inflat:que niſi comitata fuerit charitate non edifi-
1. Cor. 8. cat? Non vtiꝗ̄ ipſam:ſed illam ſcientiā comitem charitatis:
magiſtram humilitatis. Uide ſi ipſa eſt: Zelū inquit dei ha-
bent:ſed non ſm̄ ſcientiam. Exponat quam dicat ſcientiam:
Ro. 10. Ignorantes enim dei iuſtitiam:et ſuam volentes conſtitue-
re:iuſtitie dei non ſunt ſubiecti. Qui ergo volunt conſtitue-
re iuſtitiam ſuam: quicquid bene fecerint ſibi imputant: qḋ
male deo: Omnino perverſi. Deniꝗ̄ recti erunt:cum hoc ip-
ſum conuerterint. Peruerſos ideo:quia qḋ male deo:qḋ be-
ne ſibi. Recti eris quando qḋ male feceris tibi:qḋ bene fe-

ceris deo. Nō enim ex impio iuſte viueres:niſi ab illo iuſtus
factus qui iuſtificat impium. Ergo inquit in veritate tua ex- Ro. 4.
audi me in tua iuſtitia:non in mea:vt inueniar in illo non ha-
bens meam iuſtitiam que ex lege eſt:ſed eā que eſt ex fide. Phil. 3.
Ecce in tua iuſtitia exaudi me:nō que ex lege eſt:ſed ea que
eſt ex fide. Ad me enim cum reſpicio:nihil aliud meū ꝙ̄ pec-
catum inuenio.⌊ Et non intres in iudicium cū ſeruo tuo. ⌋ G
Qui cū illo volunt intrare in iudicium:niſi qui ignorantes dei Ro. 10.
iuſtitiam ſuam volunt conſtituere? Quid eſt ꝑ ieiunauimus Eſa. 58.
et non vidiſti:defraudauimus animas noſtras ꝛ neſciſti? Tā-
ꝙ̄ dicentes: Fecimus qḋ iuſſiſti: quare non reddis qḋ promi-
ſiſti? Reſpondet tibi deus:Ut accipias qḋ promiſi: ego dedi
vt faceres:quare acciperes:ego dedi. Deniꝗ̄ ſuperbis tali-
bus loquitur propheta: Quid vultis mecum iudicio conten- Hiere. 2.
dere? Omnes dereliquiſtis me dicit dominus: Quid vultis
mecum in iudicio intrare:ꝛ veſtras iuſtitias commemorare?
Commemorate iuſtitias veſtras:ego noui facinora veſtra.
Quomodo approbabo iuſtitiam: vbi damnabo ſuperbiam?
Merito iſte humilis in corpore chriſti diſcens a capite: quo- Mat. 11.
niam mitis eſt: humilis corde: Ne intres inquit in iudiciū cū
ſeruo tuo. Nō litigemus:nolo tecum habere cauſam:vt ego
proponam iuſtitiam meam: tu conuinces iniquitatem meā.
Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. Quare hoc? Quare ti-
meo? ⌊ † Quoniam non iuſtificabitur † coram te omnis vi- H
uens. ⌋ Omnis viuens:hic vtiꝗ̄ viuens:in carne viuēs:mo- Al† Quia
riturus viuens:natus homo ex hominibus viuens:de adam: al† i ɔſpe-
adam viuens . Omnis itaꝗ̄ viuens : iuſtificare forte po- ctu tuo.
teſt ſe coram ſe : non coram te . Quomodo coram ſe? Si-
bi placens:tibi diſplicens: coram te autē non iuſtificabitur
omnis viuens. Noli ergo intrare mecū in iudicium domine
deus meus. Quantumlibet rectus mihi videar producis tu
de theſauro tuo regulā:coaptas me ad eam:ꝛ prauus inue-
nior. Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo. Bene cum ſeruo
tuo: Indignum eſt tibi cū ſeruo tuo intrare in iudiciū:nec- Luce. 12.
dum cum amico quidem tuo: Quia vobis dico amicis meis:
non diceres:niſi ex ſeruis amicos tuos feciſſes. Tu licet di-
cas amicum:ego confiteor ſeruum. Miſericordia indigeo:fu-
gitiuus redeo :pacem quero : non ſum dignus vocari filius
tuus. Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo:quia nō iuſtifica- Luce. 15.
bitur in conſpectu tuo omnis viuens. Ante mortē ne laudes Eccli. 11.
hominem quemꝗ̄: Omnino omnis homo viuens. Quid ipſi I
arietes:quid ipſi apoſtoli:de quorū prole dicitur: Afferte do- Pſ. 28.
mino filios arietū? Ex his paulus eſt:qui dicit nō ſe eſſe per- Phil. 3.
fectum. Non quia iam acceperim inquit: aut iam perfectus
ſim. Deniꝗ̄ fratres vt cito agnoſcatis ipſi didicerūt orare qḋ
oramus: Ipſis data eſt regula poſtulandi a iuriſperito cele-
ſti. Sic orate inquit. Et cum quedā premiſiſſet:poſuit ꝛ hoc
vt dicerēt arietes noſtri:duces ouiū:ꝛ precipua membra pa-
ſtoris:ꝛ congregatoris vnius gregis: ipſi didicerunt dicere: Mat. 6.
Dimitte nobis debita noſtra ſicut ꝛ nos dimittimus debito-
ribus noſtris. Nō dixerunt: Gratias tibi qui dimiſiſti nobis
debita noſtra:ſicut ꝛ nos dimittimus debitoribꝰ noſtris:ſed
dimitte ſicut ꝛ nos dimittimus. Orabant autem vtiꝗ̄ iam fi-
deles:vtiꝗ̄ iam apoſtoli. Nam iſta oratio dominica magis fi-
delibus datur. Si debita illa tantūmodo dicerētur: que per
baptiſmū dimittuntur:cathecuminis congrueret magis ora-
re:Dimitte nobis debita noſtra. Dicant ergo apoſtoli: dicāt:
Dimitte nobis debita noſtra:ſicut ꝛ nos dimittimus debito-
ribus noſtris. Et cū eis dictū fuerit:quare hoc dicitis? Que
debita veſtra? Reſpondeant:qꝛ non iuſtificabitur in conſpe- K
ctu tuo omnis viuens.⌊ † Quoniā perſecutus eſt inimicus Al† Quia
animam meam:humiliauit in terra vitam meā. ⌋ Uide nos:
vide caput noſtrum pro nobis: Quoniam perſecutus eſt ini-
micus animam meam. Perſecutus eſt plane diabolus ani- Mat. 26.
mam chriſti:ꝛ iudas animam magiſtri:ꝛ nunc ad perſecutio-
nem corporis chriſti idem diabolus manet: Judas autem in-
de ſucceſſit: Non tamen deeſt de quo dicat et corpus: Quo-
niam perſecutus eſt inimicus animam meam:humiliauit in
terra vitam meam. Humiliauit inquit in terra vitam meam:
alio loco dicitur: Curuauerunt animam meam. Quid enim
nobiſcum agit quiſquis perſequitur:niſi vt relicta ſpe celeſti Pſ. 56.
terram ſapiamus:perſecutori cedentes terrena diligamus?
Et illi quidem quantum in ipſis eſt hoc agunt: Nobis autē
hoc non

Col. 3. hoc nõ cõtingat quibus dicitur. Si reſurrexiſtis cum chriſto
que ſurſum ſunt ſapite: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedẽs:
que ſurſum ſunt querite: nõ que ſup terraꝫ: mortui eñ eſtis:
Nam nõ iuſtificabitur coram deo omnis viuens. Illi ergo
vel aperte ſeuiendo: vel occulte inſidiãdo conãtur perduce
Philip. 3. re vitam noſtram ad terram. Cõtra hos vigilemus: vt dice
re poſſimus: Noſtra autem cõuerſatio in celis eſt. Humilia
L Alſ † Col uit inquit in terra vitã meam inimicus. ⌊† Collocauerunt
locauit. me in † tenebroſis ſicut mortuos ſeculi.⌋ Hoc a capite ex
Alſ † ob pedithus auditis: ꝛ expeditius hoc in capite agnoſcitis. Ille
ſcuris. enim pro nobis mortuus factus eſt: ſed nõ mortuus ſeculi.
Qui eñ mortui ſunt ſeculi? Et quomodo ille nõ erat mortuꝰ
ſeculi? Mortui ſeculi merito mortui: mercedem recipiẽtes
iniquitatis: ꝛ mortem ducentes ex peccati propagine: ex illa
Ps. 50. voce qua dicitur: Ego eñ in iniquitatibus cõceptus ſum: et
in peccatis mater mea in vtero me aluit. Uenit autem ille p
virginem aſſumẽs carnem non iniquitatem carnis: aſſumẽs
carnẽ mũdam mũdatricẽ. Illi autem quem peccatorem pu
tabãt: tãꝗ mortuũ ſeculi deputabãt. At ille qui in alio pſal
Ps. 68. mo dixit: Que nõ rapui tũc exoluebam: Et qui dixit in euã
Ioã. 14. gelio: Ecce venit princeps mũdi: prepoſitus mortis: operis
M mali pſuaſor: ſupplicij exactor. veniet inqͭ ꝛ in me nihil inue
niet. Quid eſt: in me nihil inueniet? Nullã culpã: nihil quare
Ioã. 14. mori debeã. Sed vt ſciãt oẽs q: volũtatẽ inqͭ patris mei fa
cio: ſurgite eamꝰ hinc: vt moriar inqͭ volũtatẽ patris mei fa
cio: Non autem morte ſum dignus: Nihil feci vnde moriar:
ſed facio vt moriar: vt illi per innocentis mortem liberẽtur:
qui habebãt quare morerẽtur. Collocauerũt me in tenebro
ſis tãꝗ in infernis: tãꝗ in ſepulchro: tãꝗ in ipſa paſſione ve
Ps. 87. lut mortuũ ſeculi: eũ qui dicit: Factus ſum ſicut homo ſine
Ioã. 8. adiutorio inter mortuos liber. Quid eſt: liber? Quare liber?
Quia omnis qui facit peccatũ ſeruꝰ eſt peccati. Deniqꝫ non
ſolueret a vinculis: niſi liber a vinculis. Ille liber mortem oc
N cidit: vinculum vinxit: captiuitatem captiuauit: ꝛ collocaue
Al. † anxia runt eũ in tenebroſis tãꝗ mortuos ſeculi. ⌊Et † tediũ:⌋ in
tus eſt ſup quit: ⌊paſſus eſt in me ſpiritꝰ meus.⌋ Recordamini: Tri
me. ſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem: Uidete vocem meã. Nũ
Mat. 26. quid non apparet ipſe trãſitus a capite ad membra: a mem
bris ad caput? Tediũ inquit paſſus eſt in me ſpiritus meus.
Agnoſcimus: triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem: Sed et
Philip. 3. illic nos eramus. Trãſfigurauit enim in ſe corpus humilita
Roma. 6. tis noſtre: cõformãs corpori glorie ſue: et vetus homo no
ſter cõfixus eſt cruci cũ illo. ⌊In me turbatũ eſt cor meũ.⌋
In me inquit: nõ in alijs. Illi enim me deſeruerũt: et illi q
inheſerãt receſſerũt: ꝛ meipſiꝫ q: mori videbãt: aliud aliqd
Luce. 23. putauerũt: et a latrone victi ſunt: qui tũc credidit quãdo illi
Alſ † Me defecerũt. Inde ad mẽbra. ⌊† Memoratus ſum dierũ an
mor fui. tiquorum.⌋ Nũquid memoratus eſt ille dierum antiquoꝝ:
O per quem factus eſt oĩs dies? Sed loquitur corpus: loquit
vnuſquiſqꝫ illius gratia iuſtificatus: inherens illi in charita
te: et deuotus in humilitate loquitur et dicit: Memoratus
ſum dierum antiquorũ. ⌊Meditatus ſum in omnibus ope
ribus tuis.⌋ Quia vtiqꝫ omnia bona tu feciſti: et nihil con
ſtitiſſet qꝺ a te conſtitutum non eſſet: Creatura tua ſpecta
Ro. 10. culum mihi facta eſt: Queſiui in opere artificem: ꝛ in condi
tis omnibus conditorem. Quare hoc? Ut qꝺ hoc: niſi vt hoc
intelligeret quicquid in ſe boni eſſet: ab illo factum eſſe: ne
ignorãs iuſtitiam dei ꝛ ſuam volens conſtituere: iuſtitie dei
ſubiectus non eſſet: vt ei conueniret vox illa ſuperior: in ve
ritate tua ꝛ in iuſtitia tua? In omnibus ergo dei operibus ꝛ
meditatione omnium operũ dei gratiã inſinuat: gratiam cõ
mendat: gratiam ſe inueniſſe gloriatur: gratiam qua gratis
ſalui facti ſumus: q: et gratis ſalui facti ſumus. Quid gloria
ris in tua iuſtitia? Quid te extollis ignorans dei iuſtitiam?
Dediſti forte aliquid vt ſaluus eſſes? Quid dediſti vt homo
eſſes? Reſpice ergo conditorem vite tue: ſubſtãtie ꝛ iuſtitie
ſalutis autorem: Meditare in factis manuum eius: quia
P et iuſtitiam que in te eſt ad manum eius inuenies pertine
Eph. 2. re. Audi apoſtolũ hoc te docẽtem: Non ex operibus inquit:
ne forte quis extollatur. Opera bona non habemus? Habe
mus plane: Sed vide quid ſeqͭtur: Ipſius eñ ſumus figmẽ
Ibidem. tum: dixit: Ipſius ſumus figmẽtũ: Forte naturam: qua ho
mines ſumus cõmemorare voluit: hoc appellato figmento?

Nõ plane: De operibus loquebat. Nõ inqͭ ex operibus: ne
quis forte extollat. Sed vt cõgnoſcamus: ſequitur: Ipſius eñ
ſumus figmentũ creati in chriſto ieſu in operibus bonis. No
li ergo putare te aliquid operari: niſi inquantum malus es:
Auerte ab opere tuo te: ad opus illius qui fecit te: Ipſe for
met: ꝛ ipſe qꝺ formauerat: ꝛ tu exterminaſti: reformet. Ut eñ
ſis: ipſe operatus eſt: vt bonus ſis: ſi bonus es ipſe operat. Phil. 2.
Cũ tremore inquit ꝛ timore veſtrã ipſoꝝ ſalutem operamini.
Si noſtrã ipſoꝝ ſalutẽ operamur: quare cum timore? quare Ibidem.
cũ tremore: cũ ſibi poteſtate noſtra qꝺ operamur? Audi qua
re cũ timore ꝛ tremore. Deus eſt eñ qui operat in nobis: et
velle ꝛ operari pro bona voluntate. Ergo cũ timore ꝛ tremo
re: vt delectet in cõualle operari noſtrũ artificem. Sic enim Q
operatur tãꝗ in delectis: qui iudicat in gentibus et replet al † factis.
ruinas. ⌊In † facturis manuũ tuaruꝫ † meditatus ſum.⌋ Alſ † me
Uidi ergo ꝛ inſpexi opera tua: q: nihil boni eſſe in nobis po ditabar.
teſt: niſi abs te fiat qui nos feciſti. Et quid feci cũ viderem a Iacobi. 1.
te omne datũ optimũ: et omne donũ perfectũ deſurſum eſſe
deſcendens a patre luminũ: apud quẽ nõ eſt cõmutatio: nec
momenti obumbratio? Cũ hoc viderẽ auerſus ab opere ma Al † expã
lo qꝺ fecerã in me: extendi manꝰ meas ad te. ⌊† Extẽdi:⌋ di.
inquit: ⌊manus meas ad te: anima mea † velut terra ſine al † ſicut.
aqua tibi.⌋ Cõplue inquit me ad faciendũ fructum bonum. Ps. 84.
Dominus eñ dabit ſuauitatẽ: vt terra noſtra det fructũ ſuũ
Extẽdi manus meas ad te: aĩa mea velut terra ſine aqua ti
bi: Nõ mihi ſed tibi. Sitire tibi poſſum: me irrigare nõ poſ
ſum. Anima mea velut terra ſine aqua tibi: q: ſitiuit aĩa mea Ps. 41.
ad deũ viuũ. Quando veniã: niſi quãdo veneris? Sitiuit aĩa
mea ad deum viuũ: q: anima mea velut terra ſine aqua tibi.
R abundat mare: inundat: copioſum eſt: fluctuat: ſed amarum
eſt. Diſcreta eſt aqua: apparuit arida aĩa mea: irriga eam: q: Gen. 1.
velut terra ſine aqua tibi. ⌊† Cito exaudi me dñe.⌋ Que Al. † Velo
eñ mora: quando ſic ſitio ad inflãmandã ſitim meã? Pluuiã citer.
differebas: vt hauriens imbiberẽ: nõ reſpuerẽ qꝺ influeres.
Si ergo ideo differebas: iam da: qm̃ anima mea velut terra
ſine aqua tibi. Cito exaudi me dñe. ⌊Defecit ſpũs meus.⌋
Impleat me ſpũs tuus: q: defecit ſpũs meus. Ipſa eſt cau Ps. 76.
ſa vt cito exaudias: q: defecit ſpiritus meus. Factus ſum iã Mat. 5
pauper ſpiritu: beatũ me fac in regno celorũ. In quo eñ vi
uit ſpiritus eius ſuperbus eſt: ſpiritu ſuo: extollit cõtra deũ:
Fiat in illo bene qꝺ alibi ſcriptũ eſt: Auferes ſpm̃ eoꝝ ꝛ defi Ps. 103.
cient: ꝛ in puluerẽ ſuũ reuertent: vt cõfitentes dicant: Me Ps. 10
mento q: puluis ſumus. Cum aũt dixerint: q: puluis ſumus
memento: tunc dicãt: Anima mea velut terra ſine aqua tibi.
Que eñ tam terra ſicca ꝗ puluis? Sed cito exaudi me dñe:
Cõplue me: cõfirma me: ne ſim puluis quẽ proijcit ventus a Ps. 1.
facie terre. Cito exaudi me dñe: defecit ſpiritus meꝰ: Nõ dif
feratur inopia mea. Abſtuliſti ſpm̃ meũ vt deficerẽ: ꝛ in pul Ps. 103.
uerem meũ cõuerterer: ꝛ dicerẽ tibi: Anima mea velut terra
ſine aqua tibi: Fac etiã qꝺ in alio pſalmo dicit: Auferes ſpiri Ibidem.
tum eoꝝ ꝛ deficient: Emitte ſpiritũ tuũ ꝛ creabunt: ꝛ renoua 2. Cor. 5.
bis faciẽ terre. Si qua igitur in chriſto noua creatura: vete S
ra tranſierũt. In ſpiritu ſuo vetera tranſierũt: in ſpiritu tuo Al † Non.
noua facta ſunt. ⌊† Ne auertas faciẽ tuã a me.⌋ Auertiſti
a ſuperbo. Eteñ aliquãdo abundabã: ꝛ in abundantia mea
elatus eram. Ego eñ dixi aliquando in abundantia mea: nõ Ps. 29.
mouebor in eternum. Dixi non mouebor in abundãtia mea: Ro. 10.
ignorans iuſtitiã tuã: ꝛ conſtituens meã: ſed tu dñe in volun
tate tua preſtitiſti decori meo virtutem. Dixi in abundantia
mea non mouebor: verũ aũt a te mihi erat quicquid abunda Ps. 29.
bam: Et vt hoc probares a te mihi fuiſſe: Auertiſti faciẽ tuã
a me: ꝛ factus ſum cõturbatus. Poſt hanc conturbationẽ in
qua factus ſum cõturbatus: q: auertiſti faciẽ tuã: poſt tediũ
ſpiritus mei: poſt cõturbatũ cor meũ in me: ex eo ꝙ auertiſti
faciem tuam: iam factus ſum ſicut terra ſine aqua tibi: Ne T
auertas faciem tuam. Auertiſti a ſuperbo: redde humili. Ne Alſ † Et.
auertas faciẽ tuã a me: q: ſi auerteris: ⌊† Similis ero deſcẽ puerb. 13.
dentibus in lacũ.⌋ Quid eſt: deſcendentibus in lacum? Pec
cator cum venerit in profundũ maloꝝ: contemnet. Illi deſcẽ
dunt in lacum: qui etiam confeſſionẽ perdunt. Contra quod Ps. 68.
dicitur: Ne coartet ſuper me puteus os ſuum. Hanc profun
ditatem lacum appellat plerũqꝫ ſcriptura: in quam profun
ditatem cum venerit peccator contẽnit. Quid eſt: contẽnit?

Jam nec vllam prudentiam deputat:aut ſi deputat: ad eã
ſe ptinere non putat: Proponit ſibi peccandi licentiam:ſine
ſpe venie habens iniquitatis effuſis. Non dicit: reuertar ad
Mala.3. deum et reuertatur ad me:nec audit: Conuertimini ad me ꝛ
Eccli.17. reuertar ad vos:qm̃ veniẽs in pfundum maloꝝ contẽnit.A
mortuo em̃ inquit tanq̃ ſi nõ ſit.perit pfeſſio. Ne ergo auer
tas faciẽ tuã a me:ꝛ ſimilis ero deſcendentib' in lacũ: Au
C
dicam fac mihi mane miſericordiã tuam: q: in te ſperaui.
Pſ.76. Ecce in nocte ſum:ſed iſte ſperaui donec nocturna trãſeat
2.petri.1 iniquitas. Habem' em̃ vt dicit petrus certiorẽ pphericũ
ſermonẽ:cui bene facitis intẽdentes:tanq̃ lucerne lucẽti in
obſcuro loco:donec dies illuceſcat: ꝛ lucifer oriatur in cordi
bus veſtris. Mane ergo appellat:poſt finẽ ſeculi:cũ videri
Pſ.5. mus qd̃ in ſeculo credimus. Mane em̃ exaudies vocẽ meã:
mane aſtabo tibi ꝛ contẽplabor. Auditã fac mihi mane mi
Roma.8. ſericordiã tuã:q: in te ſperaui. Si em̃ qd̃ nõ videmus ſpera
mus. per patientiã expectamus. Patientiã querit nox:leti
ciam donabit dies. Auditã fac mihi mane miſericordiã tuã:
qm̃ in te ſperaui. Sed hic qd:donec veniat mane? Non em̃
ſufficit mane ſperare:ſed aliqd opus eſt ꝛ agere. Quare ali
quid agere? Qm̃ dicit in alio pſalmo: Deum exquiſiui in die
Pſ.76. tribulationis mee:tanq̃ in tẽpore noctis mee deũ exq̃ſiui.
Quõ exquiſiſti? Manibus meis nocte corã eo:ꝛ nõ ſum de
ceptus. Manibus querendus eſt in nocte deus. Quid eſt:
Mat.6. manib'? Bonis operibus:ſ3 bonis operib' corã eo. Cũ em̃
facis elemoſynam noli tuba canere:pater tuus qui videt in
occulto reddet tibi. Quia ergo ita ſperandũ eſt mane:ꝛ ita
nox iſta tolerãda eſt:ꝛ in ipſa patiẽtia donec dies eluceſcat:
pſeuerandũ eſt:quid interea hic agendu3? Ne forte per te
X metipſm acturus es aliqd:vt merearis perduci ad mane?
Al.†nõ h3 Notam fac mihi † dñe viam in qua † ingrediar. Ideo lu
al.† ambulẽ cernã pphericã accẽdit:ideo ipm dñm tanq̃ in teſta carnis
Pſ.21. miſit:qui etiã dixit: Exaruit velut teſta virtus mea. Ambu
Joan.1. la ad pphetiã:ambula ad lucernã predictorũ futuroꝝ: am
bula ad verba dei. Nondũ vides verbum in pncipio deum
apud deu3:ambula ad formã ſerui:pduceris ad formã dñi.
al.†Quia Notam fac mihi dñe viã in qua ingrediar: † Qm̃ ad te le
Pſ.33. uaui aiam meã. Leuaui ad te:nõ ptra te. Apud te eſt fõs
al†Eripe vite:ad te leuaui aiam meã:tanq̃ vas ad fontem attulit.Ime
Al.†nõ h3 ple ergo me:qm̃ ad te leuaui animã meã. † Exime me de
Gen.3. inimicis meis dñe:quia ad te cõfugi. Qui aliqñ ad te fu
Job.7. gi:ad te cõfugi. Fugit em̃ adam a facie dei:ꝛ abſcõdit ſe in
ter ligna paradiſi: vt de illo diceretur in libro Job. Tanq̃
ſeruus fugiens dñm ſuũ: ꝛ pſecutus eſt vmbrã. Fugit a fa
cie dñi ſui ꝛ pſecutus eſt vmbrã. Ad vmbrã em̃ fugit inter li
gna paradiſi. Ue ſi pmanſerit in vmbra:ne poſtea dicatur:
Sap.5. Tranſierũt oĩa tanq̃ vmbra. Exime me de inimicis meis.
Y
Eph.6. Non em̃ hic inimicos homines cogito: Non eſt nobis colluctã
tio aduerſus carnem ꝛ ſanguinẽ. Sed aduerſus quos? Ad
uerſus pncipes ꝛ ptãtes:rectores mũdi. Cui' mũdi? Nõ em̃
celi ꝛ terre: Nõ em̃ regũt qd̃ nõ fecerũt: rectores mũdi. Sz
cui' mũdi? Tenebrarũ harũ. Quarũ tenebrarũ? Utiq3 iniqꝝ.
Eph.5. Fuiſtis em̃ aliqñ tenebre:nũc aũt lux in dño. Rectores mũ
di tenebrarũ harũ:rectores iniquoꝝ: Cõtra hos habetis in
ctamen. Magnũ preliũ nobis eſt:hoſtem nõ videre ꝛ vince
Eph.6. re. Aduerſus rectores mundi tenebrarũ harũ: diabolũ ſ3 ꝛ
Joan.1. angelos eius: nõ illi' mũdi rectores de quo dr̃: Et mũdus p
eum factus eſt:ſed illius mũdi de quo dicit: Et mũdus non
cognouit eum. Exime me de inimicis meis dñe:q: ad te cõ
fugi. De inimicis meis:nõ iuda:ſed qui impleuit iudã. Illũ
Joan.13 patior viſum:illu3 expugno non viſum. Accepit em̃ buccellã
iudas:ꝛ introiuit in eũ ſathanas:vt iſte dauid pſecutionem
1.Cor.10 pateretur a filio ſuo. Quã multos iudas diabolus implet:
indigne accipientes buccellam ad iudiciũ ſuũ. Qui em̃ man
ducat ꝛ bibit indigne:iudiciũ ſibi manducat ꝛ bibit. Nõ ma
lũ eſt qd̃ dat:ſ3 bonũ malo in iudiciũ datur. Bñ eſſe nõ põt:
male accipiẽti qd̃ bonũ eſt. Ergo exime me ab inimicis meis
Pſ.138 q: ad te pfugi: Ergo q: ad te pfugi:vel q̃ a facie tua fugiã?
Si aſcendero in celũ:tu illic es. Quo em̃ fugerẽ? Quo ibo a
Jbidem ſpiritu tuo? Si aſcendero in celũ tu ibi es: ſi deſcendero in
infernũ ades. Quid ergo reſtat? Si aſſumpſero pẽnas me
as vt colũba:ꝛ volabo in extrema maris:id eſt vt ſpe habitẽ
in finem ſeculi: Etenĩ illuc manus deducet me:ꝛ pducet me

deſtera tua. Exime me de inimicis meis:qm̃ ad te confugi Z
dñe: Doce me † vt faciã volũtatem tuã:quia † tu es deus al.†facere
meus. O cõfeſſio:o pſcriptio: qm̃ tu es inquit de' meus. † de' me'
Ad aliũ curram reficĩ:ſi ab alio factus ſum: Tu es totum es tu.
meũ:quia tu es deus meus. Patrẽ querã pp̃ter hereditatẽ?
Tu es deus meus:nõ ſolũ dator hereditatis: ſed ipſa here
ditas. Dñs pars hereditatis mee. Dñm querã pp̃ter redẽ Pſ.15.
ptionem? Tu es deus meus. Patronũ querã pp̃ter libera
tionẽ? Tu es deus meus. Poſtremo creatus recreari cupio:
Tu es deus me' qui creator me': qui creaſti me per verbu3 Job.1.
tuũ:ꝛ creaſti me per verbũ. Sed creaſti me per verbũ deũ:
manentẽ apud te: recreaſti per verbũ: carnẽ factum pp̃ter
nos. Doce ergo me vt faciã volũtatem tuã:quia tu es deus
meus. Si nõ me docueris:faciam volũtatem meã:ꝛ deſeret
me deus meus: Doce me vt faciã voluntatem tuã:qm̃ tu es
deus meus. Doce me. Non em̃ tu es deus meus:et ego ero
magiſter meus. Uidete quẽadmodum gratia cõmendetur:
Hoc tenete:hoc imbibite: hoc vobis de corde nullus excu
tiat: Nec habeatis zelum dei:ſed nõ ſm̃ ſcientiã:ne ignoran Roma.10.
tes dei iuſtitiã:ꝛ veſtrã volentes cõſtituere legem: iuſtitie
dei nõ ſitis ſubiecti. Uerba certe Apl̃i agnoſcitis. Dicite er
go iſta: Doce me vt faciam voluntatem tuam:q: tu es deus
meus. Spiritus tuus bonus: Non meus malus. Spũs c
tuus bonus. Deducet me in terrã rectam: Quia ſpirit'
meus malus deduxit me in terra3 peruerſam. Et quid ego
merui? Que mea opera bona ſine tuo adiutorio cõputant:
vnde impetrarẽ dignuſq3 eſſem deduci a ſpiritu tuo in ter
ram rectam? Que opa mea:vel que merita mea? Propter
nomen tuũ dñe viuificabis me. Attẽdite ergo quãtum po
teſtis gratie cõmẽdationẽ:qua gratis ſalui facti eſtis. Pro
pter nomen tuũ dñe viuificabis me. Non nobis dñe non no Pſ.113.
bis:ſed nomini tuo da gloriã. Propter nomen tuũ dñe viuifica
bis me in tua iuſtitia:nõ in mea. Non q: ego merui: ſ3 quia
tu misereris. Nam ſi meũ oſtenderẽ meritũ:nihil abs te me
rerer niſi ſupplicium. Euulſiſti merita mea: inſeruiſti bona
tua. Propter nomen tuũ dñe viuificabis me: In † tua iuſti Als †equi
tia. Educes de tribulatione animã meã: ꝛ in tua miſericor tate tua.
dia † ad interitũ deduces inimicos meos. Et perdes oẽs Als †diſp
† tribulantes animã meã:qm̃ ſeruus tuus ſum ego. des.
† qui tri
bulant.

¶ Explicit tractatus de pſ. cxliij.
¶ Incipit Tractatus de pſ. cxliiij.

Pſalmi huius titulus breuis eſt numero verborũ: ſed
grauis pondere myſterioꝝ. Ipſi dauid ad goliã.
Prelium hoc factum tempore patrũ noſtroꝝ: de ſcripturis
ſanctis recolit mecum charitas veſtra. Cum enim aduer
ſus populum dei alienigene dimicarent:prouocauit vnus
vnum:golias dauid: in quo certamine volũtas dei pcatuiſ
q3 partis victoria pbaret. Sed qd de victoria ſatagimus:
quãdo puocantẽ puocatũq3 cernamus? Prouocauit impie
tas pietatẽ: puocauit ſupbia humilitatẽ:poſtremo puoca
uit diabolus chriſtum. Quid miramini diabolum victũ? Il
le erat grandis ſtatura corporis: iſte autẽ ſtatura paruus:
ſed fide magnus. Accepit arma bellica ſanctus dauid:vt ad
uerſus goliam pcederet: Hec arma per etatẽ et paruam (vt
diximus) ſtaturã corporis portare nõ valuit. Abiecit onerãtia: 1.Reg.17.
nõ adiuuãtia accepit q̃nq3 lapides de flumine: ꝛ poſuit in
vaſe paſtorali. His armatus corpaliter:nõ e aũt dei ſpũali
ter pceſſit ꝛ vicit. Hoc quidẽ ille dauid: Sed myſteria per
ſcrutemur. Propoſueramus enim titulũ iſtũ breuẽ numero
verborũ: ſed grauẽ põdere myſteriorum. Ueniat in mentẽ 1.Cor.10
apoſtolica illa ſententia: Omnia hec in figura cõtingebant
illis:nec impudẽtes videamur querere aliquid abſconditũ:
vbi poſſit dici totum:ſine myſterij pfunditate ſimpliciter di
ctum. Habemus ergo auctoritatẽ facientẽ vos intentos ad B
querẽdum:vigiles ad inueſtigandũ:deuotos ad audiendũ:
fideles ad credendũ:impigros ad faciendũ. In dauid chri
ſtus: ſed ſicut ſoletis intelligere eruditi in ſchola eius:chri
ſtus caput ꝛ corpus. Nõ ergo ſic audiatis aliquid ex pſona
chriſti:quaſi ad vos non pertineat qui eſtis membra chriſti.
Hoc tanq̃ fundamẽto poſito:videte que ſequuntur. Noſtis
multis ſacramẽtis viſibilibus ꝛ corpalibus oneratũ eſſe po
pulum

puliſ p̄mum: circūciſione: negocioſo illo quodā ſacerdotio: ⁊
templo figuris pleno multiplicibus holocauſtoꝝ ſacrificio-
1. Reg. 17 rumqꝫ generibus. Hec dauid noſter tanq̄ arma p̄mentia
Gal. 3. non adiuuantia poſuit. Si eñ data eſſet lex q̄ poſſet viuifi-
care: vere ex lege eſſet iuſticia. Ut q̄d ergo lex? Sequit: Sꝫ
cōclaſit inquit ſcriptura omnia ſub peccato: vt p̄miſſio ex fi-
de ieſu chriſti dareſ credentibus. Deniqꝫ iſte dauid ſcꝫ chri-
ſtus caput et corpus: tēpore reuelationis noui teſtamēti: tē-
1. Reg. 17 pore inſinuande ⁊ cōmendande gratie dei: quid fecit? Arma
poſuit: quinqꝫ lapides tulit: Arma vt diximus onerantia po-
ſuit. Ergo ſacramēta legis: Sacramenta illa legis que non
ſunt impoſita gentibus: poſuit: que nō obſeruamus. Memi-
niſtis eñ quāta in veteri lege legam⁹ ⁊ nō obſeruemus: ſed
tñ ad aliquā ſignificationē p̄miſſa ⁊ poſita eſſe intelligam⁹:
nō vt abijciamus legem dei: ſed vt ſacramenta p̄mittentia:
impleta p̄miſſione non celebremus. Qđ enim p̄mittebant:
venit. Gratia eñ noui teſtamēti in lege velabatur: in euan-
gelio reuelabatur. Uelum remouimus: qđ velabatur agno-
uimus. Agnouim⁹ aūt in gratia gratiā dñi noſtri ieſu xp̄i ca-
Mat. 27 pitis ⁊ ſaluatoris noſtri qui p̄ nobis crucifixus eſt: quo cru-
E cifixo etiam velum templi cōſciſſum eſt. Deniqꝫ arma vtiq̄ il-
le poſuit: tanq̄ onera ſacramentoꝝ veteris legis: ⁊ ipſam le-
gem accepit. Quinqꝫ eñ lapides: q̄nqꝫ libros moyſi ſignifi-
1. Reg. 17. cant. Tulit ergo illos q̄nqꝫ lapides de flumine. Noſtis quid
ſit fluuius. Labitur eñ mortale ſeculum: ⁊ p̄terfluit quicq̄d
venit in mūdum. Erant ergo in flumine tanq̄ in populo illi
primo lapides: illic erant inutiles: vacabant: nihil p̄derant:
tranſibant ſicut fluuius. Quid fecit dauid vt lex ipſa vtilis
eſſet? Accepit gratiā. Lex eñ ſine gratia impleri nō poteſt.
Roma. 13 Plenitudo eñ legis eſt charitas. Et vnde eſt iſta charitas?
Roma. 5 Uide ſi nō ex gratia. Charitas inquit dei diffuſa eſt in cordi-
bus noſtris per ſpiritū ſanctū qui datus eſt nobis. Quia er-
go gratia fecit impleri legem: ſignificatur aūt gratia lacte.
Hoc eñ eſt in carne gratuitū: vbi mater nō querit accipere:
ſed ſatagit dare. Ho-mater gratis dat: ⁊ contriſtatur ſi deſit
qui accipiat. Quō ergo oſtendit dauid legem ſine gr̄a ope-
rari nō poſſe: niſi cū illos lapides q̄nqꝫ quibus ſignificabaſ
1. Reg. 17. lex: in libris quinqꝫ: cōiungere volens gratie: poſuit in vaſe
paſtorali: quo lac mulgere conſueuerat? His armat⁹: gratia
vtiqꝫ armatus: et ideo p̄ſumens non de ſe ſed de dño ſuo:
proceſſit aduerſus goliā ſuperbum: ſe iactantē: de ſe p̄ſumentē.
Ibidem Tulit vnum lapidē: iecit: inimicum in fronte percuſſit: cecidit
ex eo loco corporis: vbi ſignum chriſti non habuit. Hoc q̄qꝫ
licet attēdas. Quinqꝫ lapides poſuit: vnū miſit: Libri q̄nqꝫ
Roma. 13. lecti ſunt: ſed vnitas vicit. Plenitudo enim legis (vt paulo
Ephe. 4. ante cōmemorauim⁹) charitas. Et Ap̄ls ait: Sufferentes
inuicem in dilectione: ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus
1. Reg. 17. in vinculo pacis. Deinde illo percuſſo atqꝫ deiecto gladiū eius
abſtulit: ⁊ inde caput illi abſcidit. Et h̄ fecit noſter dauid:
deiecit diabolū de ſuis. Qñ autem credūt magni eius quos
ille in manu habebat: ⁊ de quibus ceteras animas trucida-
bat: conuertunt linguas ſuas contra diabolum: ⁊ ſic golie de
gladio ſuo caput inciditur. Myſterium tituli: p̄ temporis bre-
uitate tractauim⁹: videamus quid habeat ipſe pſalmus.

¶ Expoſitio pſalmi.

D
Ps. 17 Benedictus dñs deus meus qui docet man⁹ meas ad
prelium: et digitos meos ad bellū. Uox noſtra eſt ſi cor-
pus chriſti nos ſum⁹: Benedicamus dominū deū noſtrū q̄
docet manus noſtras ad p̄lium: ⁊ digitos noſtros ad bellū.
Repetitio ſententie videſ. Qđ eſt manus noſtras in p̄liuꝫ:
hoc eſt digitos noſtros in bellum. An aliquid intereſt inter
manus ⁊ digitos? Digitis vtiqꝫ operaſ ⁊ manus. Nō itaqꝫ
abſurde accipimus digitos p̄ manib⁹ poſitos. Uerūtamen
in digitis agnoſcimus vnitatem: diuiſionē operatiōis: ⁊ tñ
1. Cor. 12 radicem vnitatis. Uide illam gratiā. Dicit Ap̄ls: Alij quidē
p̄ ſpiritū datur ſermo ſapientie: alij ſermo ſcientie ſm̄ eun-
dem ſpiritū: alij fides in eodē ſpiritu: alij donationes cura-
tionū in vno ſpū: alij genera linguarū: alij p̄phetia: alij diju-
dicatio ſpirituū. Omnia aūt hec operaſ vnus atqꝫ idē ſpūs.
Ibidem Radix eſt vnitatis: diuidens p̄pria vnicuiqꝫ prout vult: alij
illud: alij hoc. Diuiſiones ſunt operationis. His ergo digitis
pugnat corpus xp̄i procedens in bellum. procedens in p̄lium.
Iam prelioꝝ ⁊ belloꝝ genera cōmemorare fortaſſe longum

eſt: ⁊ gerere facilius eſt q̄ explicare. Habemus vnū bellum E
qđ commemorat Ap̄ls: Non eſt vobis colluctatio aduerſus Ephe. 6.
carnē ⁊ ſanguinē: id eſt aduerſus homies a q̄bus videmini pa-
ti moleſtias: nō aduerſus ipſos pugnatis: ſed aduerſus prin-
cipes ⁊ poteſtates ⁊ rectores mūdi. Et ne intelligeres mun-
di celi ⁊ terre: oſtendit q̄d diceret: tenebrarū inquit harum:
mūdi ſcꝫ: nō qui per ip̄m factus eſt: q2 ⁊ mūdus p̄ eum fact⁹
eſt: ſed mūdi qui eum nō cognouit: q2 ⁊ mūdus eū nō cogno- Joan. 1.
uit. He tenebre nō ſunt natura: ſed voluntate. Anima eñ p̄
ſemetipſam nō lucet: q2 humiliter ac veraciter cantat: Tu il- Ps. 17.
luminabis lucernā meā dñe: deus meus illumina tenebras Ps. 35.
meas. Et apud te inquit fons vite: in lumine tuo videbim⁹
lumen: Non in lumine noſtro: ſed in lumine tuo. Nam ⁊ ocu-
li noſtri lumina vocantur: ⁊ tñ lux extrinſecus ſi deſit: etiam
ſani ⁊ patentes: in tenebris remanebunt. Ergo bellum ge-
rimus aduerſus rectores tenebrarū harum: rectores ſcꝫ in-
fidelium: diabolum ⁊ angelos eius: rectores gladij eius: de
quo pugnat diabolus aduerſus fideles. Sed quō golie pro- 1. Reg. 17.
ſtrato tollitur gladius: vt ipſi golie caput de gladio ſuo am-
putetur: ita cum credunt ipſi infideles diciſ eis: Fuiſtis eñ Ephe. 5.
aliqñ tenebre: nunc aūt lux in dño: Pugnaſtis: de manu go- F
lie: iam in manu chriſti tollite caput golie. Hoc eñ vnū pre-
lium: alterum aūt vnicuiqꝫ in ſeipſo. Modo genus hoc bel-
li ex Apoſtolica ep̄la legebaſ. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpi- Gal. 5.
ritū: ⁊ ſpūs aduerſus carnē: vt nō ea que vultis faciatis. Et
hoc graue bellum: ⁊ qđ eſt moleſtius internū. In quo bel-
lo ſi ſit quiſqꝫ victor: illos quos nō videt inimicos continuo
ſuperabit. Non eñ tentat diabolus vel angeli eius: niſi qđ
in te carnaliter delectatur. Nam quō vincimus illos hoſtes q̄s
nō videmus: niſi quia carnales interiores mot⁹ noſtros ſen-
timus? His cōfligimus: illis p̄cutimur ⁊ illos p̄cutimus. In
amore pecunie delectatur auaricia. Delectante tibi auaricia: diabo-
lus forinſecus lucrum cū fraude p̄ponit. Plerūqꝫ eñ ad lu-
crum nō peruenis: niſi fraudem feceris. Proponit ergo ille
forinſecus auaricie tue quā intus nō vicisti: quā nō domui-
ſti: quā nō tibi ſubiecisti: p̄ponit tanq̄ athlete ſuo agonithe-
ta malus fraudem ⁊ lucrum: opus ⁊ premiū: Fac ⁊ tolle. Tu
aūt ſi calcas auariciā: ſi tibi interius non delectatur: quā ſi ſen-
tias vinceris: iam diabolum inſidiantem non ſentis. Si ergo
edomuiſti auariciā: attendis alterū p̄ponentē opus et pre-
miū. Quid ille prepoſuit? Fraudē ⁊ lucrum. Quid ⁊ iſte p̄-
ponit? Innocentiam ⁊ coronā. Fac ⁊ tolle: ⁊ ille dicit: ⁊ iſte.
Iam tu p̄liator interior: ſi nō es victus auaricia: ſed victor
auaricie: illum attendis: ⁊ hunc vincis. Diſcernis eñ vtrūqꝫ
⁊ dicis: Hic video opus ⁊ premiū: illic aūt eſcam ⁊ laqueum.
Neqꝫ eñ aliquid dicis in te: qđ non p̄tineat ad te. Etenim
ex peccato diuiſus es aduerſum te. Trahis concupiſcentie p̄-
paginem ⁊ traducem mortis. Habes cōtra qđ pugnes in te
habes qđ expugnes in te: Sed habes quem inuoces: vt pu-
gnātem adiuuet te: ⁊ vincentem coronet te: qui nō exiſtentē
fecit te. Quō inquis vincā? Ecce ipſe Ap̄ls difficillimū pre- G
lium p̄ponit: ⁊ q̄ laborioſum ſit aut forte inſuperabile: ſi nō
intelligo ipſe oſtendit: Caro inquit concupiſcit aduerſus ſpiri- Gal. 5.
tum: ⁊ ſpūs aduerſus carnē: vt non ea que vultis vos facia-
tis. Quō me iubes vincere: cū ille dicat: vt nō ea que vultis
faciatis? Queris quō? Attende ad gratiā vaſis paſtoralis: 1. Reg. 17
lapidem de flumine in exceptorio lactis pone. Ecce ⁊ ego ti-
bi dico: imo tibi ipſa veritas dicit: Prorſus non facis quod
vis: pugnāte carne aduerſus ſpiritum tuū. Si ad iſtam pu-
gnam de te preſumis: admonendus es: ne fruſtra audieris:
Exultate deo adiutori noſtro. Si eñ per impleres totū: nō Ps. 80.
eſſet neceſſarius adiutor. Rurſus ſi tuipſe tua volūtate ni-
hil ageres: non vocaretur adiutor. Adiutor eñ aliquid agen-
tem adiuuat. Deniqꝫ cum dixiſſet: Caro concupiſcit aduer- Gal. 5.
ſus ſpiritum: ⁊ ſpiritus aduerſus carnem. vt nō ea que vul-
tis faciatis: et propoſuiſſet te ante te: veluti deficientem te
in te: continuo miſit ad adiutorem: Qđ ſi ſpiritu ducimini:
non ad huc eſtis ſub lege. Qui enim ſub lege eſt: non implet Ibidem.
legem ſed premitur a lege: ſicut ille dauid ſub armis erat
Ergo ſi ſpiritu duceris: vide quis te adiuuabit vt impleas.
quod velis: Adiutor tuus: ſuſceptor tuus: ſpes tua: qui do- 1. Reg. 17.
cet manus tuas in prelium: et digitos tuos ad bellum. Ma- Gal. 5.
nifeſta enim ſunt inquit opera carnis: que ſunt fornica-

tiones immundicie:idoloꝝ ſeruitus: luxuria veneficia:ꝯten
tiones:inimicitie: ebrietates:comeſſationes:τ his ſimilia: q̈
predico vobis ſicut predixi qm̃ qui talia agunt regnum dei
non poſſidebunt:Nõ qui aduerſus talia ꝯfligunt:ſed qui ta
lia agunt. Cum em̃ confligis aliud eſt opus:cũ vincis aliud
eſt opus:cum pacẽ et requiem habes:aliud opus eſt. Hec
D dum exemplis demonſtro paucis aduertite. Suggerit ali
quod lucrũ:delectat: Habet fraudem:ſed magnũ eſt lucrũ:
delectat:non cõſentis. Pugnã vide:adhuc ſuadetur:adhuc
inſiſtitur:adhuc deliberatur.Ergo q̈ pugnat:periclitat̃ . Ui
dimus pugnam : cetera videamus. Contempſit iuſtitiam
vt fraudem faceret:victus eſt: Contempſit lucrum vt iuſti
tie ſeruiret : vicit. In his tribus victum doleo : pugnanti
metuo:victori cõgaudeo. Sed etiam ille qui vicit:nunquid
omnino egit in ſe vt prorſus eũ pecunia non attemptet: aut
nihil in eo excitet delectationis?q̃uis ſuperabilis:q̃uis con
temptibilis: q̃uis non ſolum cui nõ conſentiat: ſed cum qua
nec pugnare dignetur? Ineſt tñ aliqua delectatiõis titilla
tio. Iſta titillatio: τ ille hoſtis:iam nec pugnat nec regnat:
Roma.8. ineſt tñ:et quaſi moratur in carne mortali:qđ non erit.Duce
tur em̃ totum in victoriam: ſed poſtea. Modo autem corp⁹
quidem mortuum eſt ꝓpter peccatũ:et ideo eidem corpori
Ibidem ineſt peccatum: et ſi non regnat peccatum: ſpiritus autem
vita eſt propter iuſtitiam. Si autem qui ſuſcitauit chriſtum
a mortuis habitat in vobis: qui ſuſcitauit chriſtũ a mortuis:
viuificabit τ mortalia corpora veſtra propter inhabitantẽ
I ſpiritum eius in vobis. Ibi iam nec quod pugnet erit: nec
qđ titillet:totum cedet i pace. Non em̃ ꝯtraria natura cõtra
aliam naturam pugnat:ſed tanq̃ in domo maritus et vxor:
Si aduerſus ſe diſſentiant:moleſtus τ periculoſus labor: ſi
maritus vincatur:τ vxor dñetur:pax peruerſa: Si aũt vxor
marito dominãti ſubijciatur: pax recta Non tñ aliq̈d et alia
natura:quia ex homine facta mulier viro. Caro tua:cõiunx
tua:famula tua:qđ liber deputatis:opus eſt vt ſubijcias: et
ſi pugnas vt profit pugna. Hoc enim expedit inferi⁹ ſubijci
ſuperiori:vt et ille qui ſibi ſubijci vult qđ eſt inferi⁹: ſe ſubij
ciat ſuperiori ſuo. Agnoſce ordinẽ:q̈re pacẽ. Tu deo : tibi ca
ro:Quid iuſti⁹:quid pulchrius? Tu maior:minor tibi. Ser
ui tu ei qui fecit te vt tibi ſeruiat qđ factũ eſt ꝓpter te. Non
enim hũc ordinẽ nouimus: neq; hũc ordinem cõmẽdamus:
tibi caro τ tu deo:ſʒ tu deo τ tibi caro. Si aũt ꝯtẽnis tu deũ
nũq̃ ſubijciet̃ tibi caro. Qui nõ obtẽperas deo:torq̈ris a ſer
uo. Nũq̈d ſi nõ par⁹ tu deo:vt deinde tibi caro:poteris dice
re hec verba: Benedictus dñs deus meus qui docet man⁹
meas ad ꝓeliũ τ digitos meos ad bellũ? Preliari vis indo
ctus: dãnaberis victus: Primo ergo te ſubdas deo: deinde
illo docente te et adiuuante prelieris et dicas: Qui docet
manus meas ad prelium τ digitos meos ad bellum: Et cũ
K preliaris:q: dũ preliaris periclitaris:dic que ſequuntur in ꝓ
liandi periculo ꝯſtitutus: ⌊ Miſericordia mea. ⌋ Nõ vincar
miſericordia mea. Quid eſt hoc:miſericordia mea? Prebes
miſericordia mihi miſericordiam:vt me extitiſti miſericors:
an donaſti mihi vt et ipſe ſim miſericors? De nulla enim re
ſic vincitur inimicus:q̈ cum miſericordes ſumus. Omnino
parat calumnias ad iudicium:τ nõ poteſt falſa obijcere: q:
non eſt apud quẽ. Si enim apud hominem iudicem nobiſ
cum ageret:poſſet eum mentiendo fallere : τ nos grauare
criminationibus falſis: Quia vero apud talem iudicẽ cauſa
noſtra cum illo eſt qui falli non poteſt:ideo ambit vt ad pec
catum ſeducat:vt habeat vera que obijciat. Et vbi forte ali
quibus eius fraudibus ſuccumbit humana fragilitas:ſequa
tur in cõfeſſione opus humilitatis:exerceatur in operibus
Matth. 6 miſericordie τ pietatis. Omnia delentur cum ex vero cor
de τ plena fiducia dicimus illi qui videt: Dimitte nobis ſi
cut τ nos dimittimus. Dic toto corde:dic tota fiducia:dic ſe
curus: Dimitte nobis ſicut τ nos dimittimus:aut noli dimit
tere ſi nõ dimittimus. Qđ et ſi nõ dixeris: Noli dimittere ſi
nõ dimittimus:prorſus nõ dimittit ſi nõ dimittimus. Neq;
em̃ vt tu ſis impunitus pctõr:erit ille mendax ꝓmiſſor. Uis
Luce.6. inquit vt dimittã? Dimitte. Eſt τ aliud opus miſericordie:
Uis vt dem? Da. Uno loco poſitũ eſt in euãgelio: Dimittite
τ dimittetur vobis:date τ dabitur vobis. Aliquid inquit et
ꝓpa te teneo.aliq̈d τ tu ꝯtra alterũ;xenes:dimit te τ dimit
to. Aliquid petis a me: aliquid petit alter a te:da et do. Et
que dimittit:τ que dat? Nonne charitas? Et vnde charitas Roma.5.
niſi per ſpiritũſanctum qui datus eſt nobis? Si ergo ꝑ ope L
ra miſericordie noſter vincit̃ inimicus:τ opera miſericordie
habere nõ poſſemus:niſi charitatem haberemus: charitas
autem nobis nulla eſſet:niſi per ſpiritũſanctũ acciperem⁹:
ille docet manus noſtras in preliũ:τ digitos noſtros ad bel
lum: Illi recte dicimus: Miſericordia mea:a quo habemus
etiam vt miſericordes ſimus: Iudiciũ em̃ ſine miſericordia
illi qui non fecit miſericordiã. Parua putatis opera miſeri
cordie?libet τ de his aliquid dicere. Attendite primo iſtam
ſententiã de ſancta ſcriptura deꝓromptã quã modo cõme
moraui: Iudicium em̃ ſine miſericordia illi qui nõ fecit miſe Jacobi.2.
ricordiã. Sine miſericordia iudicabitur:q̈ miſericordiã non
fecit anteq̃ iudicaretur. Quid deinde?quid ſequitur? Su
perexaltat autẽ miſericordia iudicio. Quid eſt hoc fratres: Ibidem
ſuperexaltat aũt miſericordia iudiciũ? Supponitur miſericor
dia iudicio:in quo inuentum fuerit opus miſericordie: Et ſi
habuerit aliquid forte in iudicio quo puniatur: tanq̃ vnda
miſericordie:peccati ignis extinguitur. Superexaltat autẽ
miſericordia iudiciũ. Quid aũt cũ talibus ſubuenit:τ cũ ta
les liberat: τ cum talibus ignoſcit? Iniuſtus eſt deus? Ab
ſit. Et ibi iuſtus eſt. Non ei em̃ tollit miſericordia iuſtitiam:
nec iuſtitia miſericordiã. Uide em̃ ſi nõ iuſtus eſt: Dimitte τ Luce.6
dimitto:da et do. Uide ſi nõ iuſtus eſt: In qua mẽſura mẽſi Mat.7
fueritis:remetietur in ea vobis. Ad hoc em̃ in qua mẽſura.
Non em̃ menſura eiuſdem generis eſt: ſed ad hoc eadẽ mẽ
ſura:ignoſce τ ignoſco. Eſt apud te menſura venie dande:
inuenies apud me menſuram venie accipiende. Eſt apud te
menſura tribuendi qđ habes:inuenies apud me menſuram
accipiendi qđ nõ habes. Miſericordia mea. ⌊ Et refugium M
meũ.ſuſceptor meus τ †erutor meus. ⌋ Multũ laborat pec Alr † libe
lator hic tenens ꝯcupiſcentem aduerſus ſpiritum carnem. rator.
Tene qđ tenes:tũc erit plane quod vis:cum abſorpta fuerit Gal.5
mors in victoria:quãdo reſuſcitatũ mortale hoc corp⁹ trans 1.Cor.12
fertur in habitudinẽ angelicam: τ in celeſtẽ ſubuolat quali
tatem. Mortui inquit in chriſto reſurgent primi: deinde et 1.Thes.4
nos viuentes qui reliqui ſumus in aduentu dñi ſimul rapie
mur cũ illis in nubibus obuiã chriſto in aera:τ ſic ſemꝑ cum
dño erimus. Ibi abſorbebitur mors in victoriã:ibi dicetur:
Ubi eſt mors cõtentio tua? Ubi eſt mors aculeus tuus? Nõ
em̃ relinquetur nec in animo nec in corpore qđ rebellet ad
uerſus amorẽ dei: Plena victoria:plena pax. De hac nobis
ꝓliantibus dr̃: Uenite filij audite me: timorem dñi docebo Pſ. 33.
vos. In ꝓlio eſtis:in ꝯtentione cõfligitis: τ tñ tandẽ quan N
dam requiẽ deſideratis. Quis eſt hõ qui vult vitam: τ dili Ibidem
git videre dies bonos? Quis eſt qui nõ dicat:ego? Ibi vita: Gal.5.
ibi dies boni:vbi caro nihil cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: vbi
nõ dicitur pugna:ſed gaude. Sed quis eſt qui hos dies nõ
velit? Omnis homo,certe dicit:ego. Audi quid ſequitur: Ui
deo q: laboras:video q: in pugna in periculo diuerſaris:au
di quid ſequit̃: Doce manus ad prelium:digitos in bellum.
Contine linguã tuã a malo:τ labia tua ne loquãtur dolum: Pſ.33.
Declina a malo τ fac bonũ. Quõ em̃ poteris facere bonum:
niſi declinaueris a malo? Quid quero vt veſtias: qñ adhuc
expolias? Quid quero vt dones:qñ adhuc rapis? Declina a
malo τ fac bonũ. Qua mercede? Non ſub te ploret ꝑmo pau
per:vt gaudeat de te pauper. Declina a malo τ fac bonum.
Qua mercede? Nam modo pugnas: Quere pacẽ τ ſequere
eam. Diſce:dic: Miſericordia mea τ refugium meum:ſuſce
ptor meus τ erutor meus:ꝓtector meus. Suſceptor meus
ne cadã:erutor: ne heream τ pereã:ꝓtector ne feriar. ⌊ Pro
tector meus τ in ipſo ſperaui: ⌋ In his oĩbus:in toto labo
rẽ meo:in oĩbus ꝓelijs meis:in oĩbus difficultatibus meis
in ipſo ſperaui: ⌊ Qui ſubdit populũ meum ſub me. ⌋ Ecce
caput noſtrũ loquitur nobiſcũ. ⌊ Dñe quid eſt hõ quia inno O
tuiſti ei? ⌋ Totũ qđ eſt:hoc eſt q: innotuiſti ei. Quid eſt hõ Pſ. 8.
qm̃ innotuiſti ei? Aut filius hoĩs † qm̃ eſtimas eũ? ⌋ Eſtimas Alr † q: re
eum:tanti facis:tanti pendis:ordinas:noſti ſub quo ponas putas.
ſupra quid ponas. Eſtimatio em̃ eſt:quãti precij ſit quidq;.
Quãti eſtimauit hoiem:q̇ ꝓ eo vnici ſanguinẽ fudit? Quid
eſt hõ qm̃ innotuiſti ei? Cui:quid innotuiſti? Quid eſt:filius
hoĩs qm̃ eſtimas eũ? Qm̃ tanti eũ pendis:τ quãti eũ pẽdis:
tanti

tanti eum eſtimas:p̄cioſum quiddam eſſe oſtendis. Nō enī
deus ſic eſtimat hoīem:quō hō eſtimat hoīem. Quādo ine-
nit ſeruū venalē:carius emit equū q̄ hoīem. Ille quanti te
Roma.3 eſtimet vide:vt poſſis dicere: Si deus p̄ nobis quis cōtra
nos? Et quāti te eſtimauit q̄ filio p̄prio nō pepercit: ſed pro
nobis oībus tradidit eum? Quō nō ⁊ cum illo oīa nobis do-
nauit? Qui hāc annonā dedit pugnanti: q̄d ſeruat vincenti?
Joan.6. Ego ſum inquit panis viuus q̄ de celo deſcendi. Hec eſt an-
nona p̄liantium: de horreis inuecta diuicis: vnde paſcuntur
pſ.77 angeli:quia panē angeloꝝ manducauit homo. Poſt p̄lia ve-
ro ⁊ hāc annonā quid ſeruat? q̄d dabit victuribus: niſi q̄ð in
pſ.26 alio pſalmo d̄r: Unā petij a dn̄o hanc requirā: vt inhabitem
in domo dn̄i oībus diebus vite mee: vt cōtempler delecta-
tionē dn̄i:⁊ p̄tegat me t̄eplū eī? Quid eſt hō q̄m innotuiſti
P ei:aut fili⁹ hoīs q̄m eſtimas eū? Quē? Hō vanitati ſimilis
factus eſt: Et tū innotuiſti ei ⁊ eſtimas eum. Hō vanitati
ſimilis factus eſt. Cui vanitati? Tēporibus p̄terlabentibus
⁊ p̄terfluentib⁹. Uanitas enī iſta dicit̄: in cōparatione cuiuſ-
dam ſemp̄ manētis:⁊ nunq̄ deficientis veritatis. Nā ⁊ iſta
creatura eſt loci ſui. Impleuit enī deus terrā (ſicut ſcriptū
eſt) bonis ſuis. Quid eſt: ſuis? Sibi cōgruentibus. Sed hec
oīa terrena: volatica: tranſitoria: ſi cōparent̄ illi veritati vbi
Exod.3 dictū eſt. Ego ſum q̄ ſum: totū hoc q̄ð tranſit: vanitas dicit̄.
Euaneſcit enī p̄ tēpus: tanq̄ in auras fumus. Et quid dicā
amplius q̄ id q̄ð ap̄ls Jacobus dixit: volens hoīes ſupbos
Jacobi.4 ad humilitatē redigere: Que eſt enī inq̄t vita veſtra? Uapor
eſt ad modicū apparēs: deinceps exterminabit̄. Ergo hō ve-
ritati ſili⁹ fact⁹ eſt. peccādo vanitati ſilis fact⁹ ē. Nā q̄ ē pri-
mō:p̄dit⁹: veritati ſilis fact⁹ eſt: ſꝫ q̄ peccauit: recepit digna:
vanitati ſilis factus eſt. Pro iniquitate enī erudiſti hoīem
pſ.38 (dicit in alio pſalmo) et tabeſcere feciſti ſicut araneā aīam
eius. Inde ⁊ hoc: hō vanitati ſimilis factus eſt. Ibi q̄d ait?
Q Ecce veteres poſuiſti dies meos. Hic quid ait? Dies eius
Job.8. ſicut vmbra p̄tereūt. Attendat ſibi hō in diebus vmbre
ſue: vt faciat aliquid dignū deſiderate luci ſue: Et ſi in noct̄
vmbra eſt: querat diē. Dies enī huius vanitatis: cognoſcēti
hoī dies eſt tribulationis: Siue aliqua incōmutabilitate et
aliqua moleſtia noceat nobis: ſiue aliqua p̄ſperitate mun-
Job.7. dus arrideat: totū timendū ⁊ gemendū eſt: q̄m tentatio eſt
pſ.37. vita humana ſup̄ terrā. Unde enī d̄r: Tota die contriſtatus
ambulabā? Solacijs opus habemus: et quicq̄d nobis nunc
exhibet deus: cū p̄ſpere exhibet non eſt gaudiū beatoꝝ: ſed
cōſolatio miſeroꝝ. Itaq̄ agat aliquid inquā hō dignū deſi-
derata luce in iſtis dieb⁹ vmbre ſue: ⁊ in nocte inquirat deū:
pſ.76. ſicut ſcriptū eſt: In die tribulationis mee deum exquiſiui
manibus meis nocte corā eo: ⁊ nō ſum deceptus. Quā dicit
diem tribulationis: niſi quā dicit ⁊ noctem? Manibus meis
nocte coram eo. Adhuc in nocte ſumus: et ad prophetie lu-
cernam vigilamus. Aliquid p̄miſſum eſt: q̄ð adhuc expecta-
2.Pet.1. tur. Sed quid ait Ap̄ls Petrus? Habemus certiorē p̄pheti-
cum ſermonē: cui benefacitis intendentes tanq̄ lucerne lu-
centi in obſcuro loco: donec dies luceſcat: ⁊ lucifer oriatur in
pſ.5. cordibus veſtris. Ipſe dies p̄emiū noſtrū ibi eſt. Ibi Ma-
pſ.76. ne exaudies vocē meā: mane aſtabo tibi ⁊ p̄templabor. Er-
go operare q̄uis in nocte manibus tuis: id eſt bonis operi-
bus inquire deū anteq̄ veniat dies ille qui te letificet: ne
veniat qui te meſtificet. Uide enī q̄ ſecurus opereris: q̄ nō
deſereris ab illo quē queris. Manib⁹ meis inquit deū exq̄ſi-
Matth.6 ui nocte coram eo: Ut pater tuus qui videt in occulto red-
dat tibi: ideo corā eo: Intus habeas miſericordiam: charita-
tem: ne aliquid facias quaſi ſtudio placendi hoībus. Mani-
bus meis: operibus meis: In vmbra: in hac vita: Ubi ipſe vi-
pſ.76 det: nō vbi placere hoībus ſtudeo. Et quid ſequitur? Et nō
ſum decept⁹. Hō vanitati ſimilis fact⁹ eſt: dies illi⁹ tanq̄ vm-
R bra p̄tereūt: ⁊ tū innotuiſti ei: ⁊ quid eſtimas eū? Dn̄e in-
clina celos tuos ⁊ deſcēde. Corpus chriſti: humilis dauid
gratia plenus: de deo p̄ſumens: pugnās in hoc ſeculo: inuo-
cat adiutoriū dei: Inclina celos tuos ⁊ deſcende. Qui ſunt
celi iclinati? Ap̄li humiliati. Iſti enī celi enarrāt gloriā dei:
pſ.18 Et de his celis enarrātib⁹ gloriā dei mox d̄r: Nō ſunt loq̄le
neq̄ ſermones: quoꝝ nō audiātur voces eoꝝ: In oēm terrā
exiuit ſonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. Cum enī
iſti celi emitterēt voces ſuas per omnes terras: et facerent

mirabilia: coruſcante de illis ⁊ intonante domino miraculis
⁊ p̄ceptis: putati ſunt dij diſcēdiſſe de celo ad homines. Nā
quidam de gentibus hoc putantes: eis etiam ſacrificare vo-
luerunt. Tūc illi videntes ſibi deferri indebitū honorem: ex-
paueſcētes ⁊ deteſtantes: ⁊ eos qui ſic errabant corrigētes:
vt oſtenderēt eis motum animi ſui: cōſciderunt veſtimenta
ſua ⁊ dixerūt: Quid hoc facitis? Homines ⁊ nos ſum⁹: paſſi- Act.14.
biles ſicut ⁊ vos. Et ceperunt ſub his verbis cōmendare ex-
cellentiam dn̄i noſtri ieſu chriſti: humiliātes ſe vt commen-
daret̄ deus: q̄ inclinati erāt celi vt deſcēderet deus. Incli-
na ergo celos tuos ⁊ deſcende: Factum eſt. Tange mōtes S
⁊ fumigabunt. Montes ſupbos: elationes terrenas: tumi-
das granditates. Tange inquit: tange iſtos mōtes: De gra-
tia tua da iſtis montibus ⁊ fumigabūt: q̄ fatebunt̄ peccata
ſua. Fumus cōfitentiū peccatoꝝ: extorquebit ⁊ lachrymas
humiliatoꝝ ſuperboꝝ. Tange mōtes: ⁊ fumigabūt: Quādiu
nō tacti: magni ſibi vident̄. Dicturi ſunt: tu magn⁹ es dn̄e: di- pſ.82.
cturi ſunt et mōtes: Tu ſolus altiſſim⁹ ſup̄ oēm terrā. Sed pſ.2.
ſunt q̄dā cōſpirantes: cōuenietes in vnū aduerſus dn̄m ⁊ ad- Act.4.
uerſus chriſtū eius: Cōuenerūt. p̄ſpirauerūt. †Coruſca† Als †ful-
coruſcatiōes: ⁊ †diſp̄ges eos. Crebreſce miraculis tuis: ⁊ gura
ſoluet̄ p̄ſpiratio eoꝝ. Coruſca coruſcatiōes ⁊ diſp̄ges eos. Iā †coruſca-
miraculis territi: nō audebūt aliq̄d cōtra te: ⁊ i ipſis miracu- tionem
lis expaueſcētes deſitabūt. Quis eſt iſte q̄ tanta pōt? Quis †diſſipa-
eſt iſte q̄ ſic exaltat̄? cuius nomē tātū valet? Cū dicunt: quis bis.
eſt iſte? crediturī ſunt: coruſcaſti miraculis ⁊ diſp̄ſiſti malam
p̄ſenſionē eorū. Emitte ſagittas tuas ⁊ cōturbabis eas.
Sagitte potentis acute: precepta tua: dicta tua feriant cor
eoꝝ. Emitte ſagittas tuas ⁊ cōturbabis eos. Uulnerēt̄ male
ſani: vt ſanent̄ bene vulnerati Et dicant iam in eccleſia: et
in corpe chriſti cōſtituti dicāt cū eccleſia? Qm̄ vulnerata cha-
ritate ego ſum. Emitte ſagittas tuas et conturbabis eos.
Emitte manū tuam† ex alto. Quid poſtea? Quid in fi- Als †de
ne? Quō inq̄t corp⁹ chriſti celeſti adiutorio? Ueniet enī ipſe 1.Timo.4
dn̄s in voce archangeli: ⁊ in tuba dei deſcēdet de celo: ipſe ſal-
uator corporis: man⁹ dei. Emitte manū tua ex alto: †Et Al. †nō hꝫ
†exime me: et †erue me de aquis mult̄. Quid eſt: de aq̄s Al. †eripe
multis? De populis multis. Quibus populis? Alienigenis: Libera
infidelibus: ſiue foris oppugnātibus: ſiue intus inſidianti-
bus. Exime me de aquis multis: In quibus me exercebas:
in quibus me ad eruendū a ſordibus voluebas. Exime me
de aquis multis. Hec eſt illa aqua contradictionis. Exime Nume.20
me inquit et de aquis mult̄. Audiamus iam de iſtis aquis T
multis a quibus eruet deus corpus chriſti ſui: a quib⁹ eruet
deus humilitatem dauid. Quid eſt: de aquis multis?
Quid dixiſti: ne aq̄ aliter intelligantur? Quid dixiſti aquas
multas? Quid dixit: audi. †De manu manu filiorum alieno- Als †Et
rū. Audite fratres inter quos ſimus: inter quos viuam⁹:
a quibus eruī deſideremus. Quoꝝ os locutum eſt vanita-
tem. Hodie vos omnes ſi nō ad hec diuina ſpectacula ver-
bi dei p̄gregati eſſetis: ⁊ eis hac hora p̄miſti vinceretis: quā-
tas vanitates audiretis? Quoꝝ os locutū eſt vanitatem.
Quādo deniq̄ loquentes illi vanitatē: audirent vos loqui
veritatem? Quoꝝ os locutū eſt vanitatē: Et dextera eoꝝ 1.Reg.17.
dextera iniquitatis. Quid tu inter eos cū vaſe paſtorali
habente q̄nq̄ lapides? Dic mihi aliter: eandē legē quā ſigni-
ficaſti q̄nq̄ lapidib⁹: ſignifica ⁊ aliter. Deus canticū nouū
cātabo tibi. Cāticū nouū grā ē: cāticū nouū hoīs noui ē: cā-
ticū nouū teſtamēti noui eſt. Cantabo tibi inq̄t cāticū nouū
Sꝫ ne putes grāꝫ a lege diſcedere: cū i pſalmis mag̃ p̄ gra-
tiā lex impleatur: In pſalterio† decē chordarū pſallam ti- Als †deca-
bi. In pſalterio decē chordarū: in lege decē preceptoꝝ: chordo.
Ibi tibi pſallā: ibi tibi gaudeā: ibi tibi cantē canticū nouū:
Quia plenitudo legis charitas eſt. Ceterū q̄ nō habēt cha-
ritatē: portare pſalteriū poſſunt: cantare non poſſunt. Ego Ro.13.
itaq̄ inquit inter aquas cōtradictionis cantabo tibi canticū
nouū: ⁊ nunq̄ ſtrepitu ſuo facient aque p̄tradictionis vt ob-
muteſcat pſalteriū meū. In pſalterio decē chordarū pſallā U
tibi. Qui† dat ſalutē regibus: Iam fumantibus monti- Al. †das.
bus. Qui† redemit dauid ſeruum† ſuum. Agnoſcitis da- Als †rede-
uid: eſtote dauid. Unde redemit dauid ſeruū ſuū? Uñ rede- miſti.
mit chriſtum? Unde redemit corpus xp̄i? De gladio mali- Al. tuum.
gno† erue me. De gladio nō ſufficit: addit maligno. Procul Al. eripe.

dubio eſt gladius benignus. Quis eſt gladius benignus?
Mat.10. De quo dñs dicit. Nō veni pacem mittere in terrā: ſed gla-
dium. Separaturus eñi erat fideles ab infidelibus: filios a
parētib⁹: ⁊ ceteras neceſſitudines direpturus: gladio putre
dinē abſcidēti: mēbra autem chriſti ſanāti. Eſt ergo benign⁹
gladius bis acutus: vtroq; acumine ꝑpotens veteris ⁊ noui
teſtamēti narratione ꝑteritorum et ꝓmiſſione futuroꝝ. Eſt
ergo iſte gladius benignus: Ille autem malignus eſt quo i-
li loquuntur vanitatē: q; benignus eſt quo deus loquitur ve
Pš.56 ritatē. Ergo a gladio maligno erue me. Filij quippe homi
num dentes eoꝝ arma ⁊ ſagitte: ⁊ lingua eoꝝ gladius acut⁹.
Ab hoc gladio maligno erue me. Quem dixit mō gladium:
ipſas ſuperius dixit: aquas multas. Erue me de aquis mul
tis. Quas dixi aquas multas: ipſaꝫ dico gladiū malignum.
Deniq; de aquis multis cū dixiſſet: ſecutus eſt: de manu fi-
lioꝝ alienorum quorum os locutum eſt vanitatē. Et vt noue
ris ipſos dici: cū et hic dixiſſet: de gladio maligno erue me:
Alś †erue ſecutus eſt: ⌊ Et †exime me de manu filioꝝ alienoꝝ quorum
os locutum eſt vanitatem: ⌋ Similiter ſicut ibi: ⁊ qđ ſequit:
Alś †Et. ⌊ †Dextera eorum dextera iniquitatis. Hoc et ſupra poſue
rat quando eos dixerat aquas multas. Tu enim ne aquas
multas bonas putares: expoſuit eas: i gladio maligno. Nūc
ergo exponat qđ dixit: Quoꝝ os locutū eſt vanitatē: ⁊ dexte
ra eoꝝ dextera iniquitatis. Quoꝝ vel quā vanitatē locutuꝫ
eſt os eoꝝ? Et quomodo dextera eorum dextera iniquitatis?
⌊ Quoꝝ filij† ipſorum †velut nouelle† conſtabilite† in iu-
Al. †nō hꝫ uentute ſua. ⌋ Felicitatem ipſoꝝ vult enumerare. Attēdite
†ſicut filij lucis: filij pacis: attendite filij eccl'ie: mēbra xp̄i: attēdite
†plātatio qs dicat alienigenas: qs dicat filios alienos: qs dicat aq̄s
nes. ꝯdictionis: quos dicat gladiū malignū. Attendite obſecro:
Alś †a. quia inter iſtos periclitamini: inter horum linguas aduer-
ſus carnis veſtre deſideria dimicatis: Inter horum linguas
poſitas in manu diaboli: de quibus pugnat: colluctationeꝫ
habetis: nō aduerſus carnem ⁊ ſanguinem: ſꝫ aduerſus pn̄-
Ephe.6 cipes et poteſtates et rectores mundi tenebrarum harum:
hoc eſt iniquorꝫ. Attendite vt diſcernatis vos: attēdite ne
putetis veram felicitatem eſſe quā ſibi optāt homines aut
infirmi aut maligni. Ecce fratres certe filios alienos dixi:
certe aquas multas: certe gladium malignum. Uidete vani
tatem quā loquūtur: ⁊ cauete ne talia loquamini: cauete ne
talia loquentes imitemini quorum os locutum eſt vanitatē:
⁊ dextera eorum dextera iniquitatis. Quā vanitatem locu-
tum eſt os eorum: ⁊ que dextera eoꝝ iniquitatis eſt dexte
ra? Audi: quoꝝ filij ipſorum velut nouelle: conſtabilite a iu-
ꝙ uentute ſua. ⌊ Filie eorum compoſite: †⁊ ornate ſicut ſimili
†circūor- tudo tēpli. †Cellaria eoꝝ plena: eructantia ex hoc in †hoc.
nate vt Oues eorum †fecūde: multiplicantes in egreſſibus ſuis: bo
†ꝓꝑtua ues eorum craſſe. Non eſt ruina †ſepis †nec exitus: nec cla
ria. mor in plateis eorum. ⌋ Ergo non eſt iſta felicitas? Inter-
†illud rogo filios regni celorum: interrogo progeniem reſurrectio
†fetoſe a- nis in eternū: interrogo corpus chriſti: membra chriſti: tem-
būdantes. plum dei: Ergo nō eſt felicitas habere filios incolumes: fi-
†macerie. lias ornatas: plena cellaria: abundātiam pecorum: nullam
†neq; trā- ruinam: nō dico parietis ſed nec ſepis: nullum tumultum et
ſitus neq;. clamorem in plateis: ſed quietem: pacem: abundantiam: co
piam rerum in domibus: in ciuitatibus? Ergo nō eſt iſta fe-
licitas? Aut debent eam iuſti defugere? Aut nō inuenis do-
mū iuſti abundantem rebus his omnibus plenam iſta felicita
Geñ.12. te? Non erat domus abrae abundans auro: argento: filijs:
et.13. familia: pecoribus? Nōne iacob ſanctus patriarcha fugiens
a facie eſau fratris ſui in meſopotamia ſeruiens: dīcat⁹ egreſ
Geñ.32. ſus eſt: ⁊ egit gratias dño deo ſuo: quia in virga ſua tranſijt
flumē: ⁊ regreſſus eſt cum tanta abundantia pecorum atq;
filioꝝ? Quid dicimus? Non eſt iſta felicitas? Sit licet: ſed ſi-
niſtra. Quid eſt ſiniſtra? Tēporalis: mortalis: corporalis. Nolo il
lam iam diffugias: ſed neq; dexteram putes. Non enim iſti
ideo maligni: ideo vani: quia his abundabant: ſed q: id qđ
ſiniſtrum eſſe debuit: in dextera ponebant. Ideo ⁊ dextera
eoꝝ: dextera iniquitatis: ideo os eoꝝ locutū eſt vanitatē: q:
hoc in dextera poſuerunt: qđ in ſiniſtra habere debuerunt.
Quid eñi in dextera ponere debuerunt? Deū: eternitatē: an
Pš.101. nos dei nō deficientes: de qbus dr̄: Et anni tui nō deficiēt.
Ibi: dextera: ibi eſſe debet deſideriū noſtrum: Siniſtrꝫ vtq;
mur ad tempus: dexterā deſideremus in eternū. Diuitie ſi Pš.61.
affluant: ne apponatis coꝝ. Si eñi diuitijs fluctibus coꝝ ap- Z
poſueritis: quod ſiniſtrū eſt dextrū facietis. Corrigite vos:
agnoſcite ſapientiā amplectentem vos: cui dictum eſt: Sini Cant. 2.
ſtra eius ſub capite meo: ⁊ dextera eius cōplectetur me. Ui
dete amatoria ſancta cātica: videte canticacanticoꝝ nuptia
rum celeſtium chriſti ⁊ eccleſie. Quid dicit ſponſa de ſpon-
ſo? Siniſtra eius ſub capite meo: ⁊ dextera eius amplecte-
tur me. Siniſtra ſub capite: dextera ſuper caput. Amplectē
tis eñi deſup brachium ſup caput: ſiniſtra aūt ſubter caput.
Siniſtra inquit eius ſub capite meo. Non eñi nec deſeret ⁊
in temporalibus neceſſarijs ⁊ deſiderijs: ſed tamen ipſa ſini
ſtra ſub capite erit. Non capiti preponetur: ſed ſub capite Ibidem
erit: vt dextera eius cōplectatur me: pollicens vitam eter-
nam. Ita eñi ſiniſtra ſub capite: ſi dextera ſup caput: imple
turq; quod ad Timotheū ſcriptum eſt: Promiſſionem ha- 1.Timo. 4
bens vite ꝑſentis ⁊ future. Promiſſionē inquit habens vite
ꝑſentis ⁊ future. Quid in ꝑſenti? Siniſtra ſub capite. Quid
in futuro? Dextera eius complectetur me. Temporꝫ neceſ-
ſaria queritis? Querite primū regnū dei: id eſt dexteram: et Matth. 6
hec omnia apponentur vobis. Habebitis hic inquit et diui-
tias ⁊ gloriam: ⁊ in futuro ſeculo vitam eternā: ⁊ in ſiniſtra
cōtinebo infirmitatem veſtrā: ⁊ dextera coronabo ꝑfectio-
nem veſtrā. An forte apoſtoli relinquentes omnia ſua: aut
pauperibus qđ habebant diſtribuentes: ſine diuitijs in hoc
ſeculo remanſerunt? Et vbi eſt illa promiſſio ſiniſtre: Accipi Mat.19.
ent in hoc ſeculo ſepties tantū? Multiplicationem ꝓmiſit.
Et reuera quid deſit homini dei? Si quis forte fidelis eſt: Hierony-
vnam domū aut paucas habet: fidelis hominis totus mun mus i ꝓlo.
dus diuitiarū eſt. Uide ſiniſtraꝫ eius plenā ſub capite: Acci bib.ca.3.
piet in hoc ſeculo ſepties tantū. Uide dexterā complecten-
tem: ⁊ in futuro ſeculo vitam eternā. Merito ⁊ alio loco de
ipſa ſapiētia dicitur: In dextero eius anni vite: ⁊ in ſiniſtra Prouer. 3.
eius diuitie ⁊ honor. Unde ergo iſti vaniloqui: Quare vani-
tatem locutum eſt os eorum? Quia dextera eorum dextera
iniquitatis. Non ergo eos arguo: quia filij eoꝝ velut nouel-
le conſtabilite a iuuētute ſua: nec quia filie eorꝫ ornate ſi-
cut ſimilitudo templi: nec quia cetera abundantia ⁊ pax ter
rena aderat eis: Sed quare arguo? ⌊ Beatum dixerūt po- 3
pulum cui hec ſunt. ⌋ O loquētes homines vanitatē: Bea
tum dixerunt populū cui hec ſunt. Perdiderunt verō dexte
ram maligni: peruerſi: beneficia dei vniuerſi ſe veſtierūt. O
maligni: o vaniloqui: o filij alieni: beatum dixerūt populum
cui hec ſunt. Qđ ad ſiniſtram erat: ad dexteram poſuerunt.
Beatum dixerunt populum cui hec ſunt. Quid tu dauid?
Quid tu corpus chriſti? Quid vos mēbra chriſti? Quid vos
nō filij alieni: ſed dei? Quomā vaniloqui filij alieni: beatum
dixerunt populū: cui hec ſunt: Uos quid dicitis? ⌊ Beatus Alś †eius.
populus cuius dñs deus †ipſius. ⌋ Habete ergo ſiniſtraꝫ:
ſed in ſiniſtra deſiderate dexteram: vt ponamini ad dexte-
ram. Ad ſiniſtram eñi habuerūt chriſtum: apud quos eſuri- Mat.25
uit: ⁊ dederunt ei mādūcare: ſitiuit: potum dederūt: hoſpes
fuit ſuſceperunt: nudus fuit veſtierunt. Hoꝝ totum de ſini-
ſtra abſtulerunt: et ad dextere opera tranſtulerunt: vt ad
dexteram ponerentur. Dixerūt ergo vaniloqui filij alieni:
beatum populum cui hec ſunt: vos dicite nobiſcum: Beat⁹
populus cuius domin⁹ deus ipſius.

¶ Explicit tractatus de pš. cxliij.

¶ Incipit Tractatus de pš. cxliiij.

¶ Prefatio.

Laudare vobiſcū dominū deſiderauimus: Et quoniā A
hoc ꝯcedere dignatus eſt: vt laus quā illi dicimus ha
beat ordinem ſuū: ne forte aliquo exceſſu: quē laudat offen-
dat. Melius iter laudis in ſcriptura dei querim⁹: ne ab ipſa
via: nec in dexterā nec in ſiniſtrā digrediamur. Audeo enim
dicere charitati veſtre: vt bene ab homine laudetur deus:
q: laudauit ſe ipſe deus. Et q: dignatus eſt laudare ſe: ideo
inuenit hō quēadmodū laudet eum. Neq; eñi hoc pōt dici
deo qđ dictum eſt homini: Nō te laudet os tuum. Ut enim Prouē. 27.
ſe homo

ſe homo laudet:arrogātia eſt. Ut deus ſe laudet: miſericor
dia eſt. Prodeſt amare quem laudamus:. Bonum amādo:
nos meliores efficimur. Itaq; quū hoc nobis prodeſſe nouit
vt amemus eū; laudādo ſe amabilē ſe facit: Etenī in eo no
bis cōſulit:q: ſe amabilem facit. Exhortatur ergo cor noſtrū
in laudem ſuam:et ſpiritu ſuo implet ſeruos ſuos vt lau
Aleph.I darent eum. Et quū ſpiritus eius in ſeruis ſuis laudat eum:
B quid aliud q̄ ipſe ſe laudat?
Al.† nō hz ¶ Expoſitio pſalmi.
Als † nos EXaltabo te deus meus rex † meus:⁊ benedicam † no
mini tuo. men tuum in ſeculum:et in ſeculū ſeculi.] Uidetis in
cohatā eſſe laudē dei:⁊ vſq; ad finē pſalmi laus ipſa perdu
Als† Lau citur. Deniq; titulus pſalmi eſt: [† Laus ipſi dauid.] Et
datio. quū dictus eſt dauid qui venit ad nos ex ſemine dauid: Ipſe
Roma.I. autē rex noſter eſt:regens nos:⁊ introducens nos in regnū
ſuum:intelligitur laus ipſi dauid:laus ipſi chriſto. Chriſtus
autem ſm carnē dauid:q: filius dauid: ſm diuinitatem au
tem creator dauid:⁊ dñs dauid. Deniq; ⁊ Apoſtolus cū ho
noraret primum populum dei vnde et apl'i ipſi crediderūt:
⁊ multe eccleſie prime facte ſunt facientes in multis homi
nibus qđ modo ex euāgelio diues vnus audiuit: ⁊ triſtis
abſceſſit:id eſt vēdentes oīa q̄ habebāt ⁊ diſtribuētes pau
Mat.19. peribus:⁊ pfectionem in dño requirētes: Cum ergo lauda
Roma.9. ret ipſum populum primum:ſic ait: Quorū patres ⁊ ex qui
bus chriſtus ſm carnē:qui eſt ſup oīa de' benedictus in ſe
cula. Quia itaq; et ipſe chriſt' ſm carnē:ideo dauid. Quia
vero ipſe eſt ſup oīa deus benedictus in ſecula:ideo exalta
bo te dñe deus meus rex meus:⁊ benedicā inquit nomē tuū
in ſeculū ⁊ in ſeculū ſeculi:ſ orte in ſeculū:hic:in ſeculū autē
ſeculi:in eternum. Modo ergo incipe laudare:ſed in eternū
laudaturus es. Qui laudare nō vult in trāſitu huius ſeculi
obmuteſcet cum venerit ſeculū ſeculi. Proinde ſeqūtibus
verſibus ppe hoc dixit: Ne quis etiā aliter intelligeret qđ
ait:Laudabo nomē tuū in ſeculū:⁊ quereret aliud ſeculum
C quādo laudaret:[Per ſingulos:] inquit: [dies benedicā
Als † tibi. † te.] Lauda ergo ⁊ benedic dñm deum tuum p ſingulos
Beth. dies:vt cū finiti fuerint ſinguli dies: ⁊ venerit ſine fine vn'
dies:eas ex laudibus in laudem:ſicut ex virtutibus in vir
Ps.83. tutem. Per ſingulos inquit dies benedicam te: Nō trāſeat
dies quo te nō benedicam. Nec mirū eſt ſi leto die tuo be
nedicis deū tuū. Quid ſi forte illuxerit aliquis triſtis dies:
ſicut ſe habent humane res:ſicut eſt abūdātia ſcādalorum:
ſicut eſt multiplicatio temptationū? Quid ergo ſi aliquid ac
cidat triſte homini:deſines laudare deū? deſines benedice
re creatorem tuū? Si deſinis mētitus es dicēdo: Per ſingu
los dies benedicam te dñe. Si aūt nō deſinis:⁊ ſi tibi vide
tur in die triſti male:erit tibi in deo tuo bene. Eſt enī et qñ
male eſt tibi:vbi bene tibi ſit. Si enim in aliquo malo male
eſt tibi:proculdubio in aliquo bono bene tibi erit. Et quid
tam bonū q̄ deus tuus:de quo dictū eſt: Nemo bonus niſi
Mat.19. vnus deus. Nam q̄ ſit ſecura iſta laudatio:⁊ q̄ ſit ſecurum
hoc bene:intellige de ipſo bono. Nā ſi gaudes de bono qđ
tibi accidit per diem:forcaſſe trāſijt alio die bonum hoc vn
de gaudes. Bene fuit mihi:bonum diem duxi:quia forte lu
cra venerūt:aut inuitatus es:aut in epulis diu fuiſti. Gau
des quia in epulis diu fuiſti:alter te dolet:q: nō erubuiſti.
Uerūtamē de quocūq; tali bono gaudeas: certe trāſitorium
eſt. Si autem gaudeas in domino deo tuo:audies dicentē
Ps.36. ſcripturam: Delectare in domino: Tāto firmius gaudebis:
quāto eſt ille certior in quo gaudebis. Si enim gaudes de
nummo times furem. Si autē gaudes de deo:quid times?
Ne tibi quiſq̄ auferat deū? Deū nemo tibi auferet:ſi tu eum
non dimiſeris. Non enim ſic eſt deus: quomodo lux iſta de
celo fulgens: Non quādo volumus ad eā accedimus:q: non
in omni loco lucet: Per infirmitatē noſtram forte ſit:vt hye
me nos delectet eſſe in ipſa luce: Nunc aūt p eſtatē videtis
quia magis eū locū queſiuimus:vt in ipſa luce nō ſtarem'.
In deo aūt tuo quū ſtas:⁊ in lumine ei' veritatis delectaris:
nō queris locū quo ad eū accedas: ſed cōſciētia accedit: et
Ps.33. conſciētia recedit. Quod dictum eſt: Accedite ad eum ⁊ illu
minamini:alio dictum eſt:nō vehiculo: Affectib' dictū eſt:nō
pedibus. Et cum in eo ſtabis:eſtus non patieris: Spiritus
D enim ſpirabit tibi:et ſub alis eius ſperabis. Uides enim ha

bere te quomodo delecteris per ſingulos dies. Non enī te
dimittet deus tuus:etiam ſi aliquid triſte acciderit. Quam
enim triſte erat quod ſancto viro iob acciderat:q̄ repente:
q̄ multa mala:quemadmodum omnia de quibus gaudere
putabatur:non de quibus gaudebat:diabolo tēptante ſub
tracta ſunt:quēadmodum et filij mortui ſunt? Perijt quod Job.I.
ſeruabatur:perierunt quibus ſeruabatur:nec tamen perijt
qui ⁊ illud ⁊ illos dedit: Qui et ipſi filij preſenti ſeculo perie
runt:agnoſcēdi ⁊ recipiēdi in futuro: Ille tamen vir habēs
aliud vnde gauderet:in quo verum erat qđ modo cōmemo
rauim' p ſingulos dies benedicā te: Nūqđ q: ille dies quo
totū perierat triſtis illuxit:ideo lux interior in corde defe
cit? Stetit quippe in illa luce ⁊ ait: Dñs dedit dñs abſtulit: Ibidem
ſicut dño placuit ita factū eſt:ſit nomē dñi benedictū. Ergo
per ſingulos dies laudauit:q̄ etiā in die tam triſti laudauit.
Breue magiſteriū eſt vt ſemp laudes deū:veroq; corde nō
falſo dicas: Benedicā dñm in omni tempe:ſemp laus ei' in Ps.33.
ore meo. Breue myſterium eſt ſcilicet vt noueris eū miſeri
corditer dare cū dat:miſericorditer auferre cū tollit:nec te
credas a miſericordia ei' derelinqui:q̄ tibi aut blanditur dā
do ne deficias:aut corripit exultantē ne pereas. Siue ergo
in eius donis:ſiue in ei' flagellis:lauda eū. Laus flagellātis
medicina eſt vulneris. Per ſingulos inqt dies benedicā te.
Prorſus p ſingulos dies fratres benedicite:omnino q̄cqđ
acciderit:benedicite deū. Etenī ne accidat aliquid qđ ferr e
nō poteſtis:ipſe facit. Ideo cū timore debes eſſe qñ tibi bñ
eſt:neq; te ad hoc parare quaſi nūq̄ tēpteris. Si enī nunq̄
tēptaris:nunq̄ pbaris. Nōne meli' eſt tēptari ⁊ pbari q̄ nō
tēptatū reprobari? [Et laudabo nomē tuū in ſeculū ⁊ in ſe E
culū ſeculi. Magn' dñs ⁊ laudabilis † valde.] Quātū dictu Al.† ſalutis
rus erat? que verba q̄ſituri'? quātā cōceptionē cōcluſit in vno Simel.
valde? Cogita quātum vis. Quādo aūt pōt cogitari q̄ capi
nō pōt? Laudabilis eſt valde: [Et magnitudinis ei' nō eſt
finis.] Ideo dixit valde:q: magnitudinis ei' nō ē finis:ne
forte incipias velle laudare:⁊ putes te laudādo poſſe finire
cuius magnitudo finē non pōt habere. Noli ergo te putare
eū cui' magnitudinis finis nō eſt ſufficienter poſſe laudare.
Nōne ergo melius eſt vt quē ipſe nō finitur: nec laus ipſi'
finiatur? Illius magnitudo ſine fine eſt:⁊ tua laudatio ſine
fine ſit. De magnitudine ei' qđ dictū eſt? Magnitudinis ei'
nō eſt finis. De tua laude qđ? Laudabo nomē tuū in ſeculū
⁊ in ſeculū ſeculi. Ergo ſicut eius magnitudinis nō eſt finis:
ſic tue laudis nō erit finis. Nō enī cū mortuus fueris in hac
carne:deſines laudare dñm. Dictū eſt quidē: Nō mortui lau Ps.113.
dabūt te dñe:ſz illi de quib' dicit: A mortuo velut q̄ nō ſit pe Eccli.17.
rit cōfeſſio:nō illi de quib' dixit: Qui credit in me: licet mo Ioā.11.
riatur viuet:q: de' abrahā ⁊ de' iſaac ⁊ de' iacob:nō eſt deus
mortuorū ſz viuorū. Si enī nūq̄ niſi ipſius eris:nūq̄ a laude
ipſius taceb is. Timere poteris ne dū hic viuis ipſius ſis:et Roma.14.
cū mortu' fueris nō ipſius ſis: Audi Aplm̄ pmittētem tibi ſe
curitatē:ſiue viuim' dño viuimus: ſiue morimur dño mori
mur: Siue ergo viuimus ſiue morimur:dñi ſumus. Et vnde
factum eſt vt ei' ſis ⁊ mortuus? Quia precio ſui ſanguinis te
redemit:⁊ mortuus: Quomodo pdit ſeruum mortuū:cuius Ibidem.
mors eſt precium tuū? Ideo cū dixiſſet: Siue viuimus ſiue Fi;
morimur dñi ſumus:vt oſtēderet ipſum preciū: Ad hoc enim
inquit Chriſtus eſt:vt ⁊ viuorum ⁊ mortuorum dominetur. Ue
rūtamē quia magnitudinis eius nō eſt finis:⁊ eū quē nō ca
pimus laudare debemus: Si enim capimus:magnitudinis
eius eſt finis:ſi autem magnitudinis eius non eſt finis: ca
pere et eo aliquid poſſumus:deum tamē totum capere non
poſſumus:tāq̄ deficiētes in ei' magnitudine: vt reficiamur
eius bonitate:ad opa reſpiciamus: ⁊ de opibus laudemus
opantem:de cōditis cōditorē:de creatura creatorē. Uidea
mus q̄ hic fecerit:q̄ nobis nota ſunt:q̄ nobis manifeſta ſit.
Illius enim immēſa bonitas et interminabilis magnitudo:
quāta alia fecit que nos non nouimus? Quādoquidē aciem
oculorum noſtrorum vſq; ad celum extēdimus:⁊ a ſole et a
luna ⁊ a ſtellis:rurſus reuocamus ad terram: Et hoc totum
ſpacium eſt vbi vagatur acies noſtra. Ultra celos quis extē
dat vel aciem mentis:non dicam carnis? Ergo quantum no
ta ſunt nobis opera eius: laudemus eum per opera eius.
Inuiſibilia enim eius a cōſtitutione mūdi opera per ea que

facta ſunt intellecta conſpiciunt̄. ⌊Generatio et generatio †
Roma.1. laudabit opera tua.⌋ Omnis generatio ⁊ generatio lauda
G bit opera tua. Forte enim omnis generatio dicta eſt: genera
Al. † lauda tio ⁊ generatio. Non enī tādiu dicturus erat generatio ⁊ ge
bunt. neratio q̄diu finiret numerū oim̄ generationū: ſed repetitio
Daleth. loquētis: in infinitum miſit animū cogitātis. Ecce iſta gene
ratio que nūc in carne eſt trāſitura hinc: ſicut venit: laudat
opera dei: ⁊ illa que ſuccedit ⁊ credit: laudabit vtiq̄ opera
dei. ⁊ poſt illam erit alia: ⁊ vſq̄ in finem ſeculi q̄multe gene
rationes. Hoc ſignificās ait: generatio ⁊ generatio laudabit
opera tua. An forte duas quaſdam generationes inſinuare
voluit iſta repetitióe? Sumus enim in iſta generatione filij
dei: erimus in alia generatione filij reſurrectionis. Appella
uit ſcriptura: filios reſurrectionis: ipſam reſurrectionem re
generationem vocauit: In regeneratione inquit cum vene
Mat. 19. ⁊ rit ⁊ ſederit fili⁹ hois in maieſtate ſua. Itē in alio loco: Non
22. enim nubēt neq̄ vxores ducent: cū ſint filij reſurrectionis.
Ergo generatio ⁊ generatio laudabit opera tua. Laudam⁹
nūc opa dn̄i: cum in hac mortalitate viuimus. Et ſi laudam⁹
cōpediti: quō laudabimus coronati? Ergo hec nūc attēdam⁹
in hac generatione opera dn̄i: in cuius laude dicitur: Gene
ratio ⁊ generatio laudabit opera tua: quā magnitudinis tue
nō eſt finis. Opera tua intueri licet vt tu lauderis qui talia
He operaris. ⌊Et † virtutē tuā † annūciabūt.⌋ Neq̄ enī opa
Al. † potē tua laudabūt: niſi vt virtutē tuā annūciēt. Proponūtur lau
tiam. des pueris in ſchola: et omnia talia proponūtur que lauden
Al. † pnun tur: quorū de⁹ eſt opator. Proponit̄ hominis laus ſolis: laus
ciabūt. celi: laus terre: vt ad minora veniā: etiā laus roſe: laus lauri.
Omnia iſta opera dei ſunt. Proponūtur: ſuſcipiunt̄: lau
dantur: Opera celebrātur: de operatione tacetur: Ergo in
operibus volo laudare creatorē: ingratū non amo laudato
rem. Laudas q̄cq̄d fecit: taces de illo qui fecit? Quaſi vero
niſi ille tant⁹ eſſet: inuenires qō laudares? In eo qō vides:
q̄d tibi laudat̄? Species vtilitas: aliqua virt⁹: aliqua potētia
rerū iſtarū? Si pulchritudo te delectat: q̄d pulchri⁹ factēte?
Si vtilitas laudat̄: q̄d illo vtili⁹ q̄ fecit omnia? Si virt⁹ lau
dat̄: q̄d illo potēti⁹ a quo facta ſunt omnia: a quo etiā facta
non dimittunt̄: ſed regunt̄ ⁊ gubernant̄ oia? Nō ergo quēad
modum quidā eloquētes muti: laudātes creaturā: obliuiſcē
tes creatorē: non ſic te laudat generatio et generatio in ſer
uis tuis: cū laudat opera tua. Sed quomodo laudat? Et vir
tutem tuam annunciabūt. In laudādis operib⁹ tuis: virtu
I tem tuā annūciabūt. Laudatores iſti: ſancti ⁊ boni: fideles:
veri laudatores: nō ingrati gratie cum laudāt opera dei hec
atq̄ illa: ſumma et ima: celeſtia et terreſtria inter ipſa opera
dei que laudant: et ſeipſos inueniunt: quia in operibus dei
ipſi ſunt. Qui enim fecit omnia: ipſe nos fecit inter omnia.
Proinde ſi laudes opera dei: et te laudaturus es: quia ⁊ tu
opus dei es. Ubi eſt ergo? Non te laudet os tuum? Ecce in
Prouer.27 uentum eſt quomodo et te laudare poſſis: et arrogans non
ſis. Deum in te lauda: non te: non quia tu es talis: ſed quia
ille fecit te: non quia tu aliquid potes: ſed quia poteſt ille in
te et per te: Ac per hoc laudabunt te: et virtutem tuam an
nunciabunt: non ſuam: ſed tuam. Diſcite ergo laudare: intuē
K tes opa: mirami artificē: gratias agēdo: nō arrogādo. Lau
He. date q̄ ipſe fecit: q̄ ſic cōſtituit: q̄ talia donauit. Deniq̄ vi
Al. † nō hz de que ſequunt̄: Uirtutē inquit tuam annunciabunt. ⌊† Et
Als † terri magnificentiam glorie ſanctitatis tue loquentur: et mirabi
bilium. lia tua narrabunt: Et virtutem † metuendorum tuorum di
Als † nar cent: et magnitudinem tuam † enarrabūt: ⌋ Memoriā abū
rabunt. dantia ſuauitatis tue eructabunt. Non niſi tua: non niſi tuā
Uau. Iſte operum conſiderator: vide ſi deſertus eſt ab operante
ad opus: vide ſi decidit ab eo q̄ fecit ad ea que fecit. Ab his
que facta ſunt gradū ſibi fecit ad eum: non ab illo ad iſta ca
ſum. Si enim amaueris hec plus q̄ illum: non habebis illū.
Et quid tibi prodeſt abundare operibus: ſi te deſerit opera
tor? Certe et ama hec: ſed plus illum ama: et hec ꝓpter illū
ama. Annuncia virtutem eius: magnificentiam glorie ſancti
tatis eius loquere: mirabilia eius enarra: virtutem metuen
dorum dic. Iſte enim amabilis eſt et terribilis eſt. Non enī
blanditur et non minatur: Si non blādiretur: nulla eſſet ex
hortatio: Si non minaretur: nulla eſſet correctio. Dicent er
go laudatores tui: et virtutem metuendorum: virtutē crea
ture tue punientis: et diſciplinas dantis: dicent: nō tacebūt
Non enim predicabunt regnum tuum eternum: ⁊ tacebunt
ignem eternum. Laus enim dei in via te conſtituens: oſten
dere tibi debet et quid diligas: et quid timeas: et quid ap
petas: et quid fugias: et quid eligas: et quid reijcias. Tem
pus electionis nunc eſt: acceptionis poſtea erit. Dicatur er
go virtus metuendorum. Et magnitudinē inquit tuā enar
rabunt eam. Sic infinitam: ſic quemadmodum magnitudi
nis tue non eſt finis: non de illa tacebūt. Illam inquam ma
gnitudinem tuā de qua ſuperius dixerat: et magnitudinis
tue non eſt finis: enarrabunt eam. Quomodo enarrabūt eā
ſi finis non eſt? Enarrabunt eam cum laudabunt eam. Et q̄
finis eius non eſt: ſic et laudis eius non erit finis. Probem⁹
quia non erit finis laudis eius: Beati inquit qui habitāt in ps̄.83.
domo tua: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et magnitudi L
nem tuam illam: illam infinitam enarrabunt eā. ⌊Memo Sacn.
riam abundantie ſuauitatis tue eructabunt ⌋ O epulas fe
lices. Quid manducabūt qui ſic eructabunt? Memoriā abū
dantie ſuauitatis tue. Quid eſt: memoriā abundantie ſuaui
tatis tue? Quia nos oblit⁹ non es: cū nos obliti te fueram⁹.
Omnis enim caro oblita erat deū: ille tamē opera ſua non
eſt oblit⁹. Hec memoria eius ſup nos: q̄ non nos oblit⁹ eſt:
predicanda eſt: enarrāda eſt: Et q̄ valde dulcis eſt: māducā
da et eructāda eſt. Sic māduca eſt vt eructes: ſic accipe vt
des. Māducas cū diſcis: eructas cum doces: Māducas cū
audis: eructas cū predicas: Hoc tamē eructas quod mādu
caſti. Deniq̄ ille auidiſſim⁹ epulator iohānes apoſtolus: cui
nō ſufficiebat ipſa menſa domini: niſi diſcumberet ſuper pe
ctus domini: ⁊ de arcano eius biberet diuina ſecreta: quid
eructauit? In principio erat verbū: et verbū erat apud deū. Joā.13.
Memoriā ergo abundantie ſuauitatis tue eructabūt. Quo Joā.1.
modo non ſufficit memoriam tuā: nec memoriam abundan
tie tue: vel memoriā ſuauitatis tue: ſed memoriā abūdantie
ſuauitatis tue? Etenim quid prodeſt ſi abundet: et inſuaue
eſt? Itē moleſtū: ſi ſuaue ⁊ paruū eſt? Ergo memoriā abūdā
tie ſuauitatis tue eructabūt: quia nō es tu oblitus noſtri: et
nō oblit⁹ cōmonuiſti nos: vt ⁊ nos reducas in memoriā. Cō ps̄.21.
memorabūt̄ enī ⁊ cōuertentur ad dn̄z vniuerſi fines terre.
Quia ergo memoriā abundantie ſuauitatis tue eructabūt:
intelligentes in ſe nihil boni eſſe quod a te nō ſit: nec potuiſ
ſe conuerti ad te: niſi commouerentur abs te: nec reduci po
tuiſſe in memoriam tui ſi tu obliuiſcereris illorum: Hec con
ſiderantes in gratia tua: ⌊Et iuſtitia tua exultabūt.⌋ Hec M
inquam in tua gratia conſiderantes: exultabunt iuſtitia tua
non ſua. Fratres ſi vultis eructare gratiam: bibite gratiā.
Quid eſt: bibite gratiā? Diſcite gratiam: intelligite gratiā.
Nos anteq̄ eſſemus omnino non eramus: ⁊ facti ſumus ho
mines: cum ante nihil eſſem⁹. Deinde iam ipſi homines et Eph.2.
traduce illius peccatoris et maligni eramus: et filij ire natu
ra ſicut et ceteri. Attendamus ergo gratiam dei: non ſolum
qua fecit nos: verum etiam qua refecit. Cui ergo debemus
quia ſumus: illi debemus quia et iuſtificati ſum⁹: Nemo q̄ſi
tribuat deo q̄ eſt: ⁊ ſibi tribuat q̄ iuſtus eſt. Meli⁹ eſt enī
qō tibi vis tribuere: q̄ qō illi. Melius eſt enī aliquid eſſe q̄
iuſtus es: q̄ q̄ homo es. Inferius aliquid das deo: et ſupe
rius tibi. Totū illi da: in toto ipſum lauda: nō cadas de ma
nu artificis. Ut eſſes quis fecit? Nōne ſcriptū eſt q̄ ſumpſit Geñ.2.
deus limū de terra: et formauit hominē? Anteq̄ eſſes limus
eras: anteq̄ limus eſſes nihil eras. Sz nō de iſto ſolo figmē N
to gratias agas artifici tuo. Audi aliud eī figmētū vbi te fe Eph.2.
cit. Non ex operibus ait: ne forte quis extollatur. Sed qui
dixit: Nō ex operibus ne quis extollatur: ſuperius q̄d com
memorauit? Grā ſalui facti eſtis ꝑ fidē: ⁊ hoc vt ſalui eſſetis
ꝑ fidē nō ex vobis. Apl̄i verba ſunt nō mea: Grā ſalui facti
eſtis ꝑ fidē: ⁊ hoc vt ſalui eſſetis ꝑ fidē: nō ex vobis. Quātū
⁊ hoc ipſum qō dixerat grā: vtiq̄ nō ee vobis: ſz ne q̄s aliter
intelligeret: planı⁹ hoc aperire dignat⁹ eſt. Da intellectorē
⁊ totū dixit: Gratia ſalui facti eſtis. Ubi audis gratiam: gra
tis intellige. Si ergo gratis: nihil tu attuliſti: nihil meruiſti.
Nam ſi meritis aliquid redditum eſt: merces eſt nō gratia.
Grā inq̄t ſalui facti eſtis ꝑ fidē. Expone illud apl̄⁹ ꝓpter Roma.10
arrogantes: propter ſibi placentes: propter ignorantes dei
iuſtitiam ⁊ ſuā volētes cōſtituere. Audi hoc idē apertius: Et
hoc inquit

Epb.2. hoc inq̃t ꝙ gr̃a ſalui facti eſtis:nõ ex vobis ſed dei donũ eſt.
Sed et nos forte aliq̃d fecim⁹:vt dona dei mereremur? Nõ
ex opib⁹ inq̃t:ne forte q̃s extollat. Quid ergo? Nos bene nõ
operamur? Immo operamur. Sed quõ? Ipſo in nobis ope
rante:q: ꝑ fidẽ locũ dam⁹ in corde nr̃o ei q̃ in nobis ⁊ ꝑ nos
Ibidem. bona operatur. Audi enim vnde opera bona. Ipſius enim
ſumus figmentum:creati in chriſto ieſu in operibus bonis:
vt in illis ambulemus. Iſta eſt ſuauitas abundans memo
rie ipſius circa nos. Hic eructando predicatores eius:iuſti
tia eius exultabunt:non ſua. Quid ergo vt ſimus et laude
mus:vt iuſtitia tua exultemus:et memoriã abundantie ſua
Verb. uitatis tue eructemus? Quid ergo nos feciſti domine quez
Q laudamus? Dicamus:et cum dicimus laudamus. ⌊Miſeri
Al.†patiẽs cors et miſerator dominus:†longanimis et multum miſeri
cors:⌋ Suauis de⁹ omnibus:et miſerationes e⁹ in omnia
opera eius. Niſi ille talis eſſet:de nobis repetitio et repara
tio talis nulla eſſet. Attende ad te ipſum q̃d merebaris pec
cator? Cõtemptor dei quid merebaris? Vide ſi occurrit tibi
niſi pena:ſi occurrit tibi niſi ſuppliciũ. Vides ergo quid tibi
debebatur:et quid dederit qui gratis dedit. Data eſt venia
peccatori:datus eſt ſpiritus et ſpes iuſtificationis:data eſt
charitas et dilectio:in qua omnia bona facias:et ſuper hec
dabit et vitam eternam et ſocietatem angelorum. Totum
de miſericordia. Merita tua nuſq̃ taceas:q: et ipſa tua me
rita illius dona ſunt. Et iuſtitia tua exultabunt miſericors
et miſerator domin⁹:qui feciſti omnia gratis: Longanimis.
Quantos enim ſuſtinet peccatores? Miſericors et miſera
tor dominus in his quibus veniam dedit:in his quibus nõ
dedit adhuc: longanimis: non damnans ſed expectans:
Malach.3 ipſa expectatione clamans: Conuertimini a me:et ego con
Ezech.18. uertar ad vos. Et nimia longanimitate nolo inquit mortez
et.33. impij:tantum vt reuertatur et viuat. Ille quidem longani
Roma.2. mis:tu autem ſecundum duriciam cordis tui et cor impeni
tens theſaurizas tibi iram in die ire et reuelationis iuſti iu
dicij dei:qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Non enĩ
modo ſic longanimis in ſuſtinendo:vt nunq̃ iuſtus in iudi
cando: Diſtribuit tempora:vocat te nunc:exhortatur te nũc
P expectat donec reſipiſcas ⁊ facias:et tu tardas? Magna e⁹
miſericordia in hoc ꝙ diem vite tibi incertũ fecit:vt neſcias
quando hinc emigrabis:et cum quotidie ſperes:te aliquan
do conuertas: Et in hoc eius magna miſericordia. Ceteruz
ſi ſtatuiſſet diem:omnibus faceret abundare peccata de ſe
curitate. Dedit ergo ſpem venie:ne deſperando ampli⁹ pec
ces:et deſperatio timenda eſt in peccatis. Videte vocem de
ſperantis ad augenda peccata:et videte vocem ſperãtis ad
augenda peccata:et quomodo vtriq; voci occurrit prouidẽ
tia et miſericordia dei. Audi vocem deſperantis: Iam inq̃t
damnandus ſum:quare nõ facio quicquid volo? Audi et vo
cem ſperantis: Miſericordia domini magna eſt:quãdo me
conuertero dimittet mihi omnia:quare non facio quicquid
volo? Deſperat vt peccet:ſperat vt peccet. Vtrunq; metuẽ
dum eſt:vtrunq; periculoſum. Ve a deſperatione:ve a per
uerſa ſpe. Vtriq; huic periculo:et vtriq; malo:quomodo oc
currit miſericordia dei? Quid dicis tu qui deſperando vole
bas peccare? Iam damnandus ſum:quare non facio q̃cq̃d
Ezech.18. volo? Audi ſcripturã: Nolo mortẽ impij:tantum vt reuerta
et.33. tur et viuat. Hac voce dei reducitur alius in ſpe:ſed timen
dus eſt alius laqueus:ne ipſa ſpe amplius peccet. Quid er
go et tu dicebas q̃ ſpe magis peccas? Quãdo me cõuertero
omnia mihi deus dimittet:faciaz quicquid volo. Audi et tu
ſcripturã: Nõ tardes conuerti ad dñm:neq; differas de die
in diem:ſubito enim veniet ira illius:⁊ in tp̃e vindicte diſp
Eccli.5. det te. Noli ergo dicere: Cras me cõuertam:cras deo place
Q bo:et omnia hodierna ⁊ heſterna dimittunt mihi. Verũ qui
Tetb. dem dicis:q: de⁹ cõuerſioni tue indulgentiã ꝑmiſit:ſed dila
Al's † vni tioni tue diẽ craſtinũ nõ promiſit. ⌊Suauis dñs†omnib⁹:
uerſis. ⁊ miſeratiões eius † in omnia opera e⁹.⌋ Quare ergo dã
Al's†ſup. nat? Quare flagellat? An quos dãnat:an quos flagellat nõ
ſunt opera eius? Plane opera e⁹. Et vis noſſe quia ſup om
Matth.5. nia opera eius miſerationes e⁹? Inde eſt illa lõganimitas:
qua facit ſo'ẽ ſuũ oriri ſuper bonos ⁊ malos. Nõne miſera
tiones eius in omnia opa eius:q̃ pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos?
Nonne miſerationes e⁹ in omnia opera e⁹? Lõganimis ex

pectat peccatorẽ dicẽs: Conuertimini ad me:⁊ cõuertar ad Malach.3
vos. Nõne miſerationes e⁹ in omnia opera e⁹? Et cũ dicit:
Ite in ignẽ eternũ qui parat⁹ eſt diabolo ⁊ angelis e⁹: Hic Matt.25.
non miſeratio eius ſed veritas ⁊ ſeueritas eius. Miſeratio
eius reddita eſt operibus e⁹:ſeueritas eius eſt:nõ in opera
ſua:ſed in opera tua. Deniq; ſi tollas opera tua mala:⁊ nõ
in te remaneat niſi opus e⁹:nõ te dimittet miſeratio eius.
Si aũt tu nõ dimittis opera tua:erit ſeueritas e⁹ in opera
tua:non in opera ſua. ⌊Confiteantur tibi dñe omnia opera R
tua:et ſancti tui benedicãt†te.⌋ Omnia opera tua cõfiteã Al.†tibi.
tur tibi. Quid enĩ? Terra nõ eſt opus eius? Ligna non ſunt Ioth.
opera eius? Pecora:beſtie:piſces:volatilia nõ ſunt opa e⁹?
Plane ⁊ hec ſunt opera e⁹. Et quomodo ei confitebunt et
hec? Video q̃dẽ in angelis:cõfiteri illi opa eius. Etenĩ ope
ra e⁹ ſicut ſunt angeli:⁊ homines opera e⁹ ſunt. Et cũ cõfi
tentur illi homines:opera e⁹ illi cõfitent. Nũq̃d ligna ⁊ la
pides vocẽ habẽt confeſſionis? Prorſus cõfiteant ei omnia
opera eius. Quid dicis? Et terra ⁊ ligna omnia opera eius.
Si omnia laudant: cur non omnia confitentur? Confeſſio
enim non peccatorũ tantũ dicit:ſed ⁊ laudis: Ne forte vbicũ
q; auditis confeſſionẽ:putetis iam nõ eſſe niſi peccati. Vſq;
adeo enĩ hoc putat:vt quãdo ſonuerit de diuinis eloquijs:
continuo fit conſuetudo pectora tundere. Audi q: eſt ⁊ lau Matth.11.
dis cõfeſſio. Nunq̃d dñs ieſus chriſt⁹ habebat peccatum? Et
tamen ait: Cõfiteor tibi pater dñe celi et terre. Cõfeſſio eſt
ergo in laude. Proinde q̃d accipiendũ: Confiteant tibi dñe
omnia opera tua? Laudent te omnia opera tua. Sed talis S
queſtio redit ad laudẽ:qualis erat in confeſſione. Si enĩ ꝓ
pterea confiteri non poterũt:terra:ligna:⁊ queq; inſenſata:
quia vocem non habent confitẽdi:ideo nec laudabũt:q: vo
cem non habẽt predicãdi: Nõne tamẽ omnia tres illi pueri
enumerãt deambulãtes inter flãmas innocias:quib⁹ ſpaciũ
erat:non ſolũ nõ ardendi:ſed etiã laudãdi deũ? omnibus di
cunt a celeſtib⁹ vſq; ad terrena:benedicite:hymnũ dicite:et Dañ.3.
ſuperexaltate eũ in ſecula? Ecce quõ dicant hymnum. Nemo
hoc ſentiat ꝙ mut⁹ lapis aut mutũ animal habeat rationez
intelligendi deũ. Hoc qui putauerũt:multũ a veritate aber Infra pſ.
rauerunt. De⁹ ordinauit omnia:⁊ fecit omnia. Quibuſdã de 148.c.
dit ſenſum ⁊ intellectũ ⁊ immortalitatẽ ſicut angelis: Qui
buſdam dedit ſenſum ⁊ intellectũ cũ mortalitate:ſicut homi
nibus: Quibuſdã dedit ſenſum corpis:nec intellectũ:nec im
mortalitatẽ:ſicut pecorib⁹: Quibuſdã vero nec ſenſum:nec
intellectũ:nec immortalitatẽ:ſicut herbis:lignis:lapidibus
tamẽ ⁊ ipſa in genere ſuo deeſſe nõ poſſunt:⁊ gradib⁹ q̃buſ
dam ordinauit ⁊ ornauit creaturã:a terra vſq; ad celũ:a viſi T
bilibus ad inuiſibilia:a mortalib⁹ ad immortalia. Iſta ꝯtex
tio creature:iſta ordinatiſſima pulchritudo ab imis ad ſum
ma cõſcendẽs:a ſummis ad ima deſcẽdẽs:nuſq̃ interrupta:
ſed diſſimilib⁹ tẽperata:tota laudat deũ. Quare ergo tota
laudat deũ? Quia cũ eã cõſideras ⁊ pulchrã vides:tu in illa
laudas deum. Vox quedã eſt certe mute terre:ſpecies terre.
Attendis eius ſpeciem:vides eius fecunditatem:vides e⁹
vires quomodo concipiat ſemen:quomodo plerũq; afferat
quod non eſt ſeminatũ:vides:⁊ conſideratione tua tãq̃ in
terrogas eã:⁊ ipſa inq̃ſitio interrogatio eſt. Cũ autez inq̃ſie
ris admirãs ⁊ ꝑſcrutat⁹ fueris:⁊ magnã vim ⁊ magnam pul
chritudinem:preclaramq; virtutem inueneris:quoniã apud
ſe ⁊ a ſe habere hanc virtutem non poſſet:continuo tibi ve
nit in mentem:quia non potuit a ſe eſſe:niſi ab illo creatore:
Et hoc quod in illa inueniſti:vox confeſſionis ipſius eſt:vt
laudes creatorem. Nonne conſiderata vniuerſa pulchritu
dine mundi huius:tanq̃ vna voce tibi ſpecies ipſa reſpõdet
non me ego feci ſed deus? Ego confiteantur tibi domine
omnia opera tua:et ſancti tui benedicant te. Vt in confeſſio
ne operum tuorum ſancti tui te benedicant:ipſi ſancti tui
inſpiciant creaturam cõfitentem:et illorum vocem audi be
nedicentem. Etenim cum ſancti tui benedicant te:quid di V
cunt? ⌊Gloriam regni tui dicent:et potentiam tuam loquẽ Capb.4
tur.⌋ Quam potens deus qui fecit terram: Q̃potens deus
qui impleuit terram bonis: Q̃potens deus qui dedit vitas
ſuas proprijs animalibus: Quam potens deus qui ſemina
diuerſa dedit viſceribus terre:vt germinarent tantam varie
tatem fruticũ et fructuũ cũ tanta ſpecie arborũ: Quã potẽs

deus:ꝙ magnus de⁹. Tu interroga:creatura reſpõdet:⁊ de
x Zameth: reſponſione tanꝗ̄ confeſſione creature tu ſancte dei benedi
ces deū:Et potentiā tuā loquent: ⌊Ut notā faciāt filijs ho
† magnifi-centie. minum potentiā tuam:et gloriam† magnitudinis† decoris
regni tui.⌋ Sancti ergo tui cõmendāt gloriam magnitudi
Al.† nõ h3 nis decoris regni tui:magnitudinis decoris gloriā. Eſt ques
dam magnitudo decoris regni tui:hoc eſt regnū tuū habet
decorem ⁊ magnū decorē: Quādoquidē quicquid habet de
corem:a te habet decorē: Ipſum regnū tuū qualem decorē
habet? Non nos terreat regnū:habet et decorē quo delecte
Matth.25 mur. Etenim quale illud decus eſt? Quo pfruētur ſancti qui
bus dicetur:Uenite benedicti patris mei:pcipite regnū dei.
Unde ibunt? Quo ibunt? Uidete fratres:et ſi poteſtis quan
tum poteſtis cogitate decorem regni illius quod venturum
Matth.6. eſt:vnde eſt in oratione noſtra:Adueniat regnū tuū. Ipſuz
enim regnum optamus vt veniat:hoc regnum venturū ſan
cti predicant. Mundū iſtum attendite:decorē habet. Quez
decorem habet terra:mare:aer:celū:ſydera? Omnia hec:nõ
ne omnem conſyderatorem terrent? Nõne pulchritudo ipſa
ſic eminet:vt quaſi pulchrius nihil inueniri poſſit? Et hic vi
uis in iſto decore:in iſta pulchritudine prope iam ineffabili:
Hic viuunt tecum et vermiculi et mures:et omnia terre re
pentia et ſerpentia:iſta tecum viuunt in decore iſto. Quale
decus eſt illius regni:vbi tecū non viuunt niſi angeli? Ideo
parum fuit vt diceret gloriam decoris. Potuit enim dici:Et
gloriam decoris cuiuſlibet ſpeciei etiam in hoc mundo con
ſtitute:vel de terra virentis:vel de celo fulgentis:Sed ma
gnitudinis decoris regni tui aliquid comendat quod nondū
videmus:quod nondum viſum credimus:quod creditū de
ſideramus:propter cuius deſiderium omnia ſuſtinem⁹. Eſt
Mem. ergo magnitudo decoris cuiuſdam:ametur anteꝗ̄ videaſ:
y vt cum viſa fuerit teneatur. ⌊Regnū tuum:⌋ Quod regnū
dico? ⌊Regnum omnium ſeculorum.⌋ Nam et regnū hui⁹
ſeculi habet decorem ſuum:ſed non eſt ibi magnitudo illa
decoris qualis eſt in regno omnium ſeculorū.⌊ Et domina
tio tua in omni generatione ⁊ generationem.⌋ Hec eſt illa
repetitio:vel omnem generationem ſignificans:vel genera
tionem illam que erat poſt hãc generationez.⌊ Fidelis do
Al.† ſolbus Nun. minus in† verbis ſuis:⁊ ſanctus in omnibus operib⁹ ſuis.⌋
Fidelis dominus in verbis ſuis. Quid enim promiſit et nõ
dedit? Fidelis dominus in verbis ſuis. Adhuc quedam pro
miſit et non dedit:ſed creditur illi ex his que dedit. Fidelis
dominus in verbis ſuis. Poſſumus illi credere tantummo
do dicenti? Noluit ſibi credi dicēti:ſed voluit teneri ſcriptu
ram ſuam ſanctam:quomodo ſi diceres alicui homini cū ali
quid promitteres:Nõ mihi credis: ecce ego ſcribo tibi. Ete
nim quia generatio vadit et generatio venit:et ſic tranſeu
runt iſta ſecula cedentibus ſuccedentibuſꝗ mortalib⁹:ſcri
ptura dei manere debuit:et quoddam chirographū dei qđ
omnes tranſeuntes legerent:et viam promiſſionis ei⁹ tene
rent. Et quanta ſunt que reddidit ex iſto chirographo? Du
bitant homines credere illi de reſurrectione mortuorum et
de futuro ſeculo quod ſolum iam reddēdum reſtat:quando
ſi faciat rationem cum infidelibus:erubeſcunt infideles? Si
dicat tibi deus:chirographum meum tenes:iudiciū pmiſi
de redditione bonorum ⁊ malorū:regnū ſempiternum fide
libus:et non vis credere? Ibi in chirographo meo lege om
nia que tibi promiſi:deduc mecum rationem:certe vel com
putando que reddidi potes me credere redditurum eſſe qđ
Ro,8. debeo. In ipſo chirographo habes promiſſum vnicum filiū:
Act.2. cui non peperci:ſed pro vobis omnibus tradidi eū: Iam cõ
puta in redditis:lege cirographum. Promiſi tibi:per filium
meum pignus ſpiritusſancti me daturum:computa redditū
Promiſi tibi ſanguinem ⁊ coronas martyruꝫ glorioſiſſimoꝝ:
cõputa redditū: Iam admoneat te maſſa debiti mei. Sed
et hec gloria martyrum vt redderetur tibi promiſſa in chiro
Pſ.43. grapho:vbi ſcriptū eſt:Propter te mortificamur tota die:
Pſ.2. vt hoc redderetur:Fremuerunt gentes et populi meditati
ſunt inania:Aſtiterunt reges terre:⁊ pncipes conuenerūt
in vnum aduerſus dominum:et aduerſus chriſtū eius. Prin
cipes conuenerunt in vnum:conſpirantes aduerſus chriſtia
nos. Quid? Ipſorum regum fidem: Nõne et promiſi in chi
Pſ.71. rographo:et reddidi in effectu? Attende vbi promiſi:Adora

bunt:eū omnes reges terre:omnes gentes ſeruient illi. In
grate:legis debitum:cernis redditū:non credis promiſſum? Pſ.2.⁊.40
Lege aliud in chirographo meo: Quā fremuerunt gentes:
qm̄ inimici mei dixerūt mala mihi:hoc eſt chriſto:quādo mo
rietur ⁊ peribit nomē eius. Qm̄ hec omnia fecerunt atꝗ di
xerunt:lege quod promiſi:cui me ſoluēdo obſtrinxi. Preua Sophonie.2
lebit dñs aduerſus eos:⁊ exterminabit omnes deos gentiū
terre:⁊ adorabūt eū vniuſquiſꝗ de loco ſuo. Nēpe iam pre
ualuit:exterminauit omnes deos gētiū terre. Nonne ⁊ hoc
facit:⁊ hoc reddit? Ante oculos oīm ponit ſolutionem debi
torum ſuorum: Quedā reddidit ſub maioribus noſtris que
nos nõ vidimus:quedā reddidit tpībus noſtris q̄ illi nõ vi
derunt: Per oēs generationes reddidit q̄ ſcripta ſunt: Et
quid reſtat? nõ ei redditurū? Dis oībus redditis:quid reſtat?
Ecce feciſti rationem:tāta reddidit: Nūquid pter pauca x
reſidua infidelis eſt fact⁹? Abſit. Quare? Quia fidelis dñs Samech.
in verbis ſuis:⁊ ſanctus in omnibus opībus ſuis.⌊ † Cõfir Alſ † alle
mat dñs oēs† decidētes.⌋ Sed quos oēs decidētes? Oēs uat.
nõ omnino decidētes:ſed modo quodam decidētes. Eteni Alſ † qui
multi decidūt ab eo:multi aūt decidūt a cogitationib⁹ ſuis. corruunt.
Si habebāt malas cogitationes decidūt ab eis:⁊ cõfirmat Pſ.5.
dñs oēs decidētes. Qui aliquid amittūt in iſto ſeculo ⁊ ſan
cti ſunt:veluti exhonoratur in iſto ſeculo. Ex diuitibus fiunt
pauperes:et honoratis fiūt abiecti:⁊ tñ ſancti dei ſunt: tāꝗ̄
decidētes ſunt. Sed cõfirmat dñs oēs decidētes. Septies Puerb.24.
enī cadit iuſtus et reſurgit:impij aūt infirmabūtur in malis
Quādo mala accidūt impijs:infirmantur ibi: Quādo mala
accidunt iuſtis:cõfirmat dñs oēs decidentes. Deciderat iob
a gloria priſtine lucis tpalium rerū quib⁹ nitebat ad tēpus
deciderat a gloria domus ſue. Uultis noſſe quātum decide Job.1.
rat? In ſtercore ſedebat:⁊ cõfirmauit dñs decidētem. Quā
tum cõfirmauit? Ut ⁊ in ipſo graui vulnere quo p totum cor
pus pcuſſus erat:reſpõderet vxori tēptāti quā ſolā ſibi dia Job.2.
bolus reliquerat adiutricē: Locuta es tāꝗ̄ vna et inſipienti
bus mulierib⁹: Si bona pcepim⁹ de manu dñi:mala q̄re nõ
ſuſtineamus? Quō cõfirmauerat decidentem? Cõfirmat do Pſ.36.
minus omnes decidētes. Cum ceciderit inquit iuſtus non
cõturbabitur:qm̄ dñs confirmat manum eius.⌊ Et erigit
oēs eliſos.⌋ Oēs ad ſe pertinētes. Nā deus ſupbis reſiſtit. Ein.
⌊Oculi omnium in te ſperant † :⁊ tu das eſcam † illis in † †.domine.
oportunitate. Prorſus tāꝗ̄ reficiēs egrotū in oportunitate: †illorum.
quādo debet accipere tunc das:⁊ qđ debet hoc das. Itaꝗ Alſ † tpe
aliquādo deſideraſ ab illo ⁊ nõ dat:nouit horam dandi qui oportuno.
curat. Quare iſta dico fratres? Ne quis quādo forte nõ fue ⁊
rit exauditus aliquid iuſtum petens a deo:nam quando in
iuſtum aliquid petit:in penam ſuā exauditur:ſed aliquid nõ
iniuſtum petens:ſi forte nõ fuerit exauditus: non minuatur
animo:nõ deficiat:expectent oculi eius ad eſcam quam ille
dat in oportunitate. Quādo non dat:ideo non dat:ne obſit
quod dat. Neꝗ enim aliquid iniuſtum petebat Apoſtolus: 2.Corin.12
quando rogabat vt auferretur ab eo ſtimulus carnis:ange
lus ſathane a quo colaphizabatur:et tamen rogauit et non ac
cepit:quia tempus adhuc erat exercende infirmitatis:non
eſſe oportunitatis. Sufficit inquit tibi gratia mea:nam vir
tus in infirmitate perficitur. Petijt iob temptandum diabo Job.1.
bolus:et accepit. Attendite fratres mei magnum myſteriū
diſcendum:repetendum:tenendum animo: nūꝗ̄ obliuiſcen
dum:propter abūdantiā temptationū in iſto ſeculo. Quid
dicam? Reuera comparādus Apoſtolus diabolo? Apoſtol⁹
rogat ⁊ non accipit:diabolus petit ⁊ accipit. Sed non acci
pit apoſtolus propter perfectionem ſuam:accepit diabolus
ad dānationem ſuam. Deniꝗ ipſe iob accepit ſanitatem in
oportunitate: Dilatus eſt enim vt probaretur:⁊ diu ſedit in
puluere:⁊ multa dixit:⁊ rogabat deum vt auferrētur ab eo
iſta:⁊ deus non auferebat. Citius diabolū exaudiuit ad euz
temptandum:ꝗ̄ ipſum iob ad ſanandum. Diſcite ergo non
murmurare aduerſus deum:⁊ quādo non exaudimini:ne de
ficiat in vobis quod ſupra ſcriptum eſt: Per ſingulos dies
benedicam te. Ipſe filius:ipſe vnicus patris vtiꝗ venerat Pſ.68.
ſoluere quod non debebat: mori in manibus peccatorum:
ſanguine ſuo delere chirographum mortis noſtre. Ad hoc Philip.3.
venerat:⁊ tamen vt oſtenderet exemplum patientie:tranſ
figurauit corpus humilitatis noſtre conforme corpori
glorie

Matt.26. glorie ſue: Pater inqͣt ſi fieri poteſt: tranſeat calix iſte a me.
Et vt impleret: Quis nõ acciperet quod petere videbatur:
per ſingulos dies benedicam te: verum non quod ego volo
?. nit: ſed quod tu vis pater. Oculi omnium in te ſperant: ⁊ tu
Pe das eſcam illis in oportunitate. ⌊ Aperis tu manum tuam:
et imples omne animal benedictione. ⌋ Et ſi non das: alis
quantum das: tamen das in oportunitate: Differs non au
fers: et hoc in oportunitate. ⌊ Iuſtus dominus in omnibus
Zadik. vijs ſuis. ⌋ Et quando cedit et quando curat iuſtus eſt: et
apud eum iniquitas non eſt. Deniqꝫ omnes ſancti in tribu
Dan.3. lationibus conſtituti: prius iuſtitiam eius laudauerunt: ⁊ ſic
beneficia petiuerunt: Prius dixerunt: iuſtum eſt quod facis.
Sic rogauit daniel: ſic alij ſancti: Iuſta ſunt iudicia tua: be
ne paſſi ſumus: recte paſſi ſumus. Non dederunt deo iniuſti
tiam ſuam: non ei dederunt iniquitatem ⁊ inſipientiã. Lau
BB dauerunt primo flagellantem: et ſic ſenſerũt cibantem. Iu
ſtus dominus in omnibus vijs ſuis. Nemo putet illum in
iuſtum quando mali aliquid forte patitur: ſed ipſius iuſtitiã
laudet: et ſuam iniuſtitiam accuſet. Iuſtus dominus in om
Caph. nibus vijs ſuis: ⌊ Et ſanctus in omnibus operib⁹ ſuis. Pro
Iohelis.2 pe eſt dominus omnibus inuocãtibus eũ. ⌋ Et vbi eſt, illud
Al.† inuocã erit enim cum inuocabunt me et non exaudiam eos? Ergo
tibus. vide quod ſequitur: ⌊ Omnibus † qui inuocant eum in veri
tate. ⌋ Nam multi eum inuocant non in veritate. Aliud ab
illo querunt: non ipſum querunt. Quare amas deum? Quia
dedit mihi ſanitatem. Iſtud manifeſtum eſt: quia ipſe dedit
Non enim ab ullo eſt vita ſalus: niſi ab illo. Quia dedit mihi
inquit vxorem diuitem qui nihil habebam: et ſeruiẽtẽ mihi
Et hoc ipſe dedit: verũ dicis. Dedit inqͣt filios: et multos et
bonos: dedit familiam: dedit oĩa bona. Ideo amas? Ideo
nihil amplius queris? Eſto eſuriens: adhuc pulſa ad ianuã
patriſfamilias: habet adhuc quod det: In mẽdicitate es cũ
omnibus his que accepiſti: et neſcis. Pannoſam carnẽ mor
talitatis adhuc portas: ſtolam illam glorie immortalitatis
Matt.5. nunquid accepiſti: et quaſi iam ſatiatus non rogas? Beati
qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam: quia ipſi ſaturabuntur. Er
go ſi bonus eſt deus quia iſta tibi dedit: quãto beatior eris
cum ſeipſum tibi dederit? Deſideraſti tanta ab illo: rogo te
deſidera et ipſum: Neqꝫ enim vere dulciora ſunt iſta ꝙ ille:
aut ex aliqua parte comparanda ſunt illi. Ergo qui deũ ipſũ
a quo accepit de qb⁹ gaudet: pponit his omnib⁹ reb⁹ quas
accepit: ipſe inuocat deũ in veritate. Nã vt noueritis ſi tali
bus hominibus proponatur et dicatur: qđ ſi iſta omnia de
quibus gaudes velit tibi auferre deus? iam non amabitur?
Iob.1. Non erit qui dicat: Dominus dedit dominus abſtulit: ſicut
domino placuit ita factum eſt: ſit nomen domini benedictũ
Sed forte cui abſtulit qđ dicitur? Deus quid tibi feci? Qua
re mihi abſtuliſti et illis dediſti? Iniquus das: et tuis tollis?
Accuſas deum quaſi iniuſtum: et laudas te quaſi iuſtũ. Cõ
uertere: accuſa te: lauda illum. Tunc eris rectus cum in om
nibus bonis que facit deus tibi placet: in omnibus malis ꝙ
pateris: deus tibi non diſplicet: Hoc eſt inuocare deũ in ve
ritate. Qui ſic inuocant dominum exaudit deus: prope eſt:
ibi eſt: nondũ dedit quod vis: ibi eſt tamẽ: Quomodo medi
cus ſi forte aliquid imponat: vel oculo vel viſceribus quod
vrendo ſanet: ſi roget eger vt tollatur illi: medicus expectat
tempus: non facit quod rogat eger: non tamen recedit: Et
prope eſt et non facit: et ideo magis non facit quia ꝓpe eſt.
Curando enim impoſuit quod impoſuit: ⁊ curãdo non facit
quod rogatur. Non te exaudit ad preſentẽ voluntatẽ: exau
diendo ad futuram ſanitatẽ: ⁊ hoc vtiqꝫ ad voluntatẽ. Nam
vtiqꝫ ſanus eſſe vult etiã qui vel nõ vult. Prope eſt ergo dñs
omnib⁹ inuocantib⁹ eũ. Sed quib⁹ omnib⁹? Omnib⁹ ꝗ inuo
cant eũ in veritate. Tales oẽs cõfirmat decidẽtes: qui inuo
CC cant eũ in veritate. ⌊ Voluntatem timentiũ ſe faciet. ⌋ Fa
Res. ciet: faciet: etſi non faciet ad horã: tamẽ faciet. Certe ſi ideo
Al.† depꝛe timens deum vt tu facias ipſius voluntatẽ: ecce et ipſe quo
cationem. dammodo miniſtrat tibi: facit voluntatem tuã. ⌊ Et † ꝓcem
Roma.8. eorũ exaudiet: et ſaluos faciet eos. ⌋ Video ad hoc exaudi
re medicum vt ſaluos faciat. Quando hoc? Audi Apoſtolum
dicẽtẽ. Spe enim ſalui facti ſum⁹. Spes aũt que videt̃ non
1.Petri.1. eſt ſpes. Si aũt qđ nõ videm⁹ ſperam⁹: ꝑ patientiã expecta
mus: ſalutẽ ſcilicet quã dicit petr⁹ paratã reuelari in tẽpo

re nouiſſimo. ⌊ Cuſtodit dñs oẽs diligentes ſe: ⁊ oẽs pecca Schin.
tores diſperdet. ⌋ Videtis q: eſt apud eum ſeueritas: apud
quem tanta ſuauitas. Saluos faciet omnes ſperãtes in ſe:
fideles: oẽs timẽtes ſe: omnes inuocantes ſe in veritate: et
oẽs peccatores diſperdet. Quos oẽs peccatores: niſi pſeue
rãtes in peccatis: deũ: nõ ſe repꝛehẽdere audẽtes: cõtra deũ
quotidie diſputãtes: veniam delictorũ deſperãtes: ⁊ ex ipſa
deſperatione delicta cumulãtes: aut veniã ſibi pꝛuerſe pmit
tentes: ⁊ ex ipſa pmiſſione a peccato ⁊ impietate nõ recedẽ
tes? Veniet tẽpus vt ſeparent̃ iſti oẽs: ⁊ ſtãt ille due partes
vna ad dexterã: altera ad ſiniſtrã: accipiãt iuſti regnũ eter
num: eãt illi in ignẽ eternum: Et oẽs peccatores diſperdet. Matt.25.
Qm̃ hec ita ſunt ⁊ audiuim⁹ benedictionẽ dñi: opa dñi: mira
bilia dñi: miſericordiam dñi: ſeueritatẽ dñi: pꝛudentiã in om
nibus operib⁹ ei⁹: cõfeſſionẽ omniũ operũ eius: qđ in laude
ei⁹ concludat attẽdite. ⌊ † Laudẽ dñi loquet̃ os meũ: et be Al.† Lau
nedicat oĩs caro † nomẽ ſanctũ ei⁹ in ſeculũ ⁊ in ſclm̃ ſeculi. ⌋ dationem.
¶ Explicit Tractatus de pš.cxliiij. Tau.
¶ Incipit Tractatus de pš.cxlv. Al.† nomi
¶ Prefatio. ſancto.

Delitie et diuitie ſpũs nr̃i domina ⁊cãtica: vbi et fletus A
ſine gaudio nõ eſt. Fideli homini peregrino in ſeculo:
nulla eſt iocũdior recordatio: ꝙ ciuitatis vnde peregrinat̃:
Sed recordatio ciuitatis in pegrinatione: nõ eſt ſine dolore
atqꝫ ſuſpirio. Spes tñ reditus noſtri certa: etiã pegrinãdo tri
ſtes cõſolat̃ ⁊ exhortat̃. Rapiãt cor veſtrũ verba dei: ⁊ poſ
ſeſſor veſter vẽdicet ſibi poſſeſſionẽ ſuã: id eſt mentes vr̃as:
ne auertant̃ in aliud. Vnuſquiſqꝫ veſtrũ tot⁹ hic ſit: vt hic nõ
ſit: Id eſt tot⁹ ſit in verbo dei quod ſonat in terra: vt ab eo
exaltet̃: ⁊ nõ ſit in terra. Ideo enĩ de⁹ nobiſcũ: vt ⁊ nos cũ
illo. Qui enĩ vt nobiſcũ eſſet deſcẽdit ad nos: faciat vt cũ illo
poſſim⁹ aſcẽdere ad ſe. Interim ſpe pegrinationẽ nr̃am nõ
faſtidiuit: q: nuſꝙ eſt pegrin⁹: ꝗ cõdidit oĩa. Ecce pſalmus
ſonat: Cuiuſdã vox eſt (que ſi vultis veſtra eſt) exhortantis
animam ſuam ad laudandum deum: et dicentis ſibi:

¶ Expoſitio pſalmi.

Lauda aĩa mea dñm. ⌋ Aliqñ enĩ in tribulationib⁹ atqꝫ A
in tẽptationib⁹ pſentis vite velis nolis cõturbat̃ aĩa:
Cui⁹ pturbationẽ in alio pſalmo alloquit̃ dicẽs: Quare tri
ſtis es aĩa mea: ⁊ quare cõturbas me: Vt aũt auferat ei ean Ps.41.
dem pturbationẽ: ſuggerit gaudiũ nõdũ de re ſed de ſpe: et
ait illi pturbate ⁊ anxie: triſti ⁊ merẽti: Spa in dño: qm̃ ad Ibidem.
huc cõfitebor illi Spe qua ſe erexit ⁊ in cõfeſſione cõſtituit:
qͣſi diceret ei aĩa ſua ꝙ illã triſtitia cõturbabat: Quid mihi
dicis: ſpera in deũ? Reuocat me cõſcientia peccatorum. Ego
noui que commiſi: ⁊ dicitur: Spera in deũ? Cõmiſiſti verũ
eſt: Vnde tamẽ ſperas? Qm̃ cõfitebor illi. Sicut odit deus
peccata ſua defendentem: ſic ſubleuat cõfitentem. Hac er
go ſpe accepta: que ſpes nõ poteſt eſſe ſine gaudio: Quis in
rebus ſimus difficilibus ſm̃ iſtam vitam: ⁊ plenis procellar
et tempeſtatum: hac tamẽ ſpe erecta anima (q: gaudet in
ſpe: ſicut dicit Apl̃s: Spe gaudẽtes: in tribulatione patien Roma.12.
tes) accipit erectionẽ quãdam in deũ vt laudet deũ: ⁊ dicit̃
ei: Lauda aĩa mea dñm. Sed ꝗs dicit? Et cui dicit? Quid di C
cimus fratres? Caro dicit: Lauda aĩa mea dñm? Et poteſt
caro bonum cõſiliũ aĩe ſuggerere? vt multũ ſit ſedomita ca
ro: ⁊ in dño impetus virib⁹ noſtre ſeruituti ſubiectaꝫ: vt cũ no
ita ſeruiat nobis ſicut cõditionale mãcipiũ: ſufficit vt nõ im
pediat. Deinde chariſſimi vbiqꝫ cõſilia in melioꝛib⁹ petunt̃?
Et ſi bonũ ꝗddã eſt aĩa nr̃a: ⁊ bonũ ꝗddã eſt caro nr̃a: quia Gen.1.
vtrũqꝫ ille creauit ꝗ fecit oĩa bona valde: Quãuis ergo i ge Roma.8.
nerib⁹ ꝓprijs vtrũqꝫ ſit bonũ: tñ dicit Apl̃s: Corp⁹ qđẽ mor
tuũ eſt ꝓpter peccatũ. Eſt itaqꝫ ⁊ illud corp⁹ quale nobis p
mittit̃: ⁊ nõdũ habem⁹: in cui⁹ redẽptione ſpe gaudem⁹: dicẽ Ibidem.
te Apl̃o: In nobiſmetipſis ingemiſcim⁹ adoptionẽ expectã
tes redẽptionẽ corpis nr̃i: Spe enĩ ſalui facti ſumus: Spes
aũt que videtur nõ eſt ſpes. Qđ enĩ videt quis quid ſperat?
Si aũt qđ nõ videm⁹ ſperam⁹: ꝑ patiẽtiã expectam⁹. Quã
uis ergo bonũ aliquod ſit corpus noſtrum: tamẽ ꝙdiu mor
tale ꝓpter peccatũ: ꝙdiu indigens: ꝙdiu corruptibile: ꝙdiu ita
mutabile vt ne puncto quidem temporis conſiſtat in ſe: pro
culdubio tale eſt vt optemus redemptionem illius qua ſit
aliqñ nõ tale: Sed quale erit aliquãdo? Quale idem Apl̃us

1.Cor.15. dicit alio loco: Oportet corruptibile hoc induere incorrupti
D onem:⁊ mortale hoc induere immortalitatē. Sed etiam cū
fuerit tale corpus noſtrū:corpus iam celeſte ⁊ ſpirituale:cor
pus angelicū in ſocietate angelorū:nec ſic dabit conſiliū ani
me. Semper enim corpus:quoniā corpus eſt:infra animam
eſt:⁊ quevis anima vilis excellentiſſimo corpore excellentior
In lib.83. invenitur. Nec vobis hoc quaſi mirabile videatur:q᷑ ⁊ vilis
queſtione anima quelibet peccatrix melior eſt quolibet magno et pre
54.c.45.a ſtantiſſimo corpore:non eſt melior meritis ſed natura. Eſt
quidē anima peccatrix:eſt quibuſdā concupiſcentiarū ſordi
bus inquinata: Tamē melius eſt etſi ſordidū aurū: q̄ purga
tiſſimū plumbū. Ita currat animus veſter per cuncta creatu
re:⁊ videbitis qḋ dicimus nō eſſe incredibile:vt q̄uis anima
vituperabilis ſit:tamen laudabilior corpore laudabili. Duo
quedā ſunt:anima ⁊ corpus: Animā vitupero:corpus laudo.
Aīam vitupero q᷑ iniqua eſt:corpus laudo q᷑ ſanū eſt. Tamē
in ſuo genere animā laudo:vel in ſuo genere animā culpo:⁊
in ſuo genere corpꝰ laudo v̄l culpo. Si a me interroges q̄d
ſit melius:vtrū quod vituperaui:an quod laudaui: mirabilē
reſponſionē recepturus es. Ego certe illud vituperaui:⁊ ego
hoc laudaui. Interrogatus tñ quid ſit melius: Reſpondeo
eſſe melius qḋ vituperaui eo qḋ laudaui. Si miraris in his
duobus:attende illa duo in promptu poſita:que cōmemoraui
de auro ⁊ plūbo. Ecce vituperaui aurū:non bonū aurū:ſordi
dum eſt:nō ita fulget:nō ita purgatū: Hoc plumbū optimū:
nihil purgatius. Illud vituperaui:hoc laudaui:⁊ poſui ante
te vtrūqꝫ:vituperans vnū:laudās aliud. Poſt hāc vitupera
tionē laudationē qꝫ meā interroga me quid hoꝝ ſit melius:
Rñdebo: Aurū melius eſt etiā ſordidū q̄ plūbū purgatū. Cū
meliꝰ? Et quare vituperaſti? Quare vituperaui? Q᷑ nōdū eſt
aurū qḋ pōt eſſe: qḋ pōt eſſe purgatū ⁊ meliꝰ:q᷑ nondū pur
gatū eſt:vituperatū eſt: Plumbū quare laudatū eſt? Q᷑ iā
purgatum eſt ita vt meliꝰ eſſe nō poſſit. Itē dicis mihi equū
optimū:et bouem peſſimū: Tñ equo laudato ꝓponis bominē
vituperatū. Si enim interrogeris ex his duobus qui ſit me
lior:reſponſurus es:homo:nō meritis ſed natura. In artibꝰ
dicis optimū ſutorē (verbi gratia) ⁊ reprehēdis aliquē iuriſ
peritū q̄ multas leges ignoret. Sutorē laudaſti:iuriſperitū
reprehendiſti: Ex his tamen duobus quere quis ſit melior:
Imperitior iuriſperitus perfecto ſutori preponit̄. Intendat
charitas veſtra: Ita multis rebꝰ laudatis: aliiſqꝫ vituperatis
interrogati pleriqꝫ res vituperatas ꝓponimꝰ rebꝰ laudatis.
Natura aīe preſtātior eſt q̄ natura corporis: Excellit multū:
Res ſpūalis eſt:res incorporea eſt:vicina eſt ſubſtantie dei:
Inuiſibile quiddā eſt:regit corpꝰ: mouet mēbra:dirigit ſen
ſus:preparat cogitatiōes:exerit actiones:capit rerū infinita
rum imagines. Et quis eſt tandē fratres chariſſimi: q̄ ſuffi
ciat in laudibꝰ aīe? Et ſi in aīe laudibꝰ deficit̄:q̄ laus eſt eius
qui aīam cōdidit? Et tñ tāta eſt eius gratia:vt dicat hō iſte:
E Lauda aīa mea dñm. Quis pōt laudare deū? Si diceret te
ipſam lauda:fortaſſe deficeret. Lauda inquit deū: Conare
pietatis affectu:deficies in laudibꝰ eius. Expedit tibi defice
re laudādo deū: q̄ ꝓficere laudādo te. Cū eñ laudas deum
nō explicas qḋ vis:extendit̄ in interiora cogitatio tua: Ipſa
extenſio capaciorē te facit eius quē laudas. Quis ergo eſt vt
dicere ceperā qui dicit: Lauda aīa mea dñm? Caro nō dicit:
Sed licet corpus angelicū inferius eſt q̄ aīa:cōſiliū ſuperio
ri dare nō pōt. Inſeliſ eſt ipſa aīa ſi a corpore expectet cōſi
lium. Caro bene obediēs:famula eſt aīe. Illa regit:hec regi
tur. Illa imperat:iſta famulat̄. Quū pōt caro dare hoc ꝯſiliū
aīe? Quis eſt ergo q̄ dicit:lauda aīa mea dñm? Nihil inueni
mus amplius in hoīe q̄ carnē ⁊ aīam: Totus hō:hoc eſt ſpūs
F ⁊ caro. An forte ipſa aīa ſibi dicit:⁊ ſibi quodāmodo imperat
et ſe exhortat̄ atqꝫ excitat? Quibuſdā eñ perturbationibus
et quadā ſui parte fluitabat:ex quadā vero parte quā vocāt
mentē rationalē:illā qua cogitat ſapientiā inherens dño iā
et ſuſpirans in illū aīa aduertit quaſdā ſuas inferiores par
tes perturbari motibus ſecularibus:⁊ cupiditate quadā ter
renorū deſideriorū ire in exteriora:⁊ relinquere interiorē deū:
reuocat ſe ab exterioribꝰ ad interiora:ab inferioribus ad ſu
periora:⁊ dicit: Lauda anima mea dñm. Quid tibi placet in
ſeculo? Quid eſt qḋ vis laudare? Quid eſt quod vis amare?
Quecunqꝫ corporeis ſenſibus conuerteris:occurrit tibi celū

occurrit tibi terra. Qḋ amas in terra:terrenū eſt:quicquid
amas et in celo corporeum eſt. Vbiqꝫ amas:⁊ vbiqꝫ laudas.
Quomodo laudandus eſt ille qui fecit iſta que laudas? Iā
ergo diu occupata vixiſti:⁊ deſideriorū diuerſitate verberata
portas plagas ſauciata:diuiſa per amores multos:vbiqꝫ in
quieta:nuſq̄ ſecura. Colligere ad teipſam:quicquid tibi fo
ris placebat:quere quē habeat autorē. Nihil melius in ter
ra (verbi gratia) q̄ hoc ⁊ illud:aurū:argentū: animalia:arbo
res:amenitates: Totā terrā cogita. Quid melius in celo:ſo
le:luna:ſyderibus? Totū celū cogita: Oīa iſta ſimul bona Gen.1.
valde:q᷑ fecit deus omnia bona valde. Vndiqꝫ pulchritudo
operis:que tibi cōmendat artificē. Miraris fabricā:ama fa
bricatorē. Nō occuperis in eo qḋ factum eſt:⁊ recedas ab il
lo qui fecit. Hec enim quibus occuparis ſub te fecit:q᷑ ſub ſe
ipſo te fecit. Si heſeris ſuperiori:calcabis inferiora: Si aūt
recedas a ſuperiori:iſta tibi in ſuppliciū conuertent̄. Sic eñ G
factū eſt fratres mei: Accepit homo corpus tanq̄ in famula
tum:deum autē dñm habens corpus ſeruū:habens ſupra ſe
conditorē:infra ſe qḋ ſub illo conditū eſt. In medio quodā
loco rationalis anima cōſtituta:legē accepit:herere ſuperio
ri:regere inferiorē. Regere nō pōt inferiorē niſi regat̄ a me
liore. Trahitur ab inferiore:deſeruit ergo meliorem. Nō po
teſt regere qḋ regebat:quia regi noluit a quo regebat̄. Mo
do ergo redeat:laudet. Conſiliū ſibi dat ex luce dei ipſa ani
ma per rationalē mentē:vnde concepit conſiliū fixū in eter
nitate autoris ſui. Legit ibi quiddā tremendum:laudandū:
amandū:deſiderandū ⁊ appetendū: Nondum tenet:nondū
capit: Coruſcatione quadam perſtringitur:non eſt tam vali
da:vt maneat ibi. Itaqꝫ ad ſanitatē colligit ſe quādam ⁊ di
cit: Lauda anima mea dominū. Et quid eſt fratres? Nonne H
laudamus dominum? Nonne quotidie hymnum nos canta
mus? Nonne quotidie pro modulo noſtro ſonat os noſtrum:
parturit cor noſtrum laudes dei? Et quid eſt qḋ laudamus?
Magnum eſt qḋ laudamus:ſed quo laudamus adhuc infir
mum eſt. Quando implet laudator excellētiam laudati? Ec
ce homo ſtat:cantat deo aliquāto prolixius:⁊ ſepe labia mo
uentur ad cantū:cogitatio autem neſcio per que deſideria
volat. Stabat ergo mens noſtra quodāmodo ad laudē dei:
et anima noſtra per diuerſas cupiditates vel curas negocio
rum huc atqꝫ illuc fluitabat. Quaſi deſuper attendit ipſa
mens ad fluitantem hac atqꝫ illac ⁊ eius inquietudinē mo
leſtiarum quaſi conuerſa alloquitur: Lauda anima mea do
minum. Quid eſt q̄ de aliquibus rebus ſatagis? Quid eſt q̄
te occupat cura rerum terrenarū atqꝫ mortalium? Sta me
cum:lauda dominum. Et quaſi ipſa anima pregrauata:non
valens ita conſiſtere vt dignum eſt:reſpondet menti:[Lau I
dabo dominū in vita mea.] Quid eſt in vita mea? Quia mo Ps.103.
do in morte mea ſum. Ergo pauſe exhortare te:⁊ dic: Lauda
anima mea dñm. Reſpondet tibi anima tua: Laudo quan
tum poſſū:tenuiter:exiliter:infirmiter. Quare? Quia q̄diu 2.Cor.5.
ſumus in corpore peregrinamur a dño. Quare ſic laudas do
minū:nō perfecte:non ſtabiliter? Interroga ſcripturā: Quia Sap.9.
corpus qḋ corrumpitur:aggrauat aīam: et deprimit terrena
inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Tolle mihi corpꝰ qḋ ag
grauat animā ⁊ laudo dominum. Tolle mihi terrenam habi
tationem deprimentem ſenſum multa cogitantē: vt a mul
tis in vnum confluam:⁊ laudo dominum. Quandiu autē ita
ſum:non poſſum:pregrauor. Quid ergo? Silebis ⁊ non lau
dabis perfecte dñm? Laudabo dominum in vita mea. Quid
eſt:in vita mea? Spes mea tu es hic:ſpes mea es tu hic di Ps.141.
cimus:portio aūt mea non hic:ſed in terra viuentium. Nam K
iſta terra morientiū eſt: Hac tranſimus:ſed intereſt quo:q̄m
et malus homo peregrinatur hic:⁊ bonus homo peregrinat̄
hic. Nō eñ bonꝰ trāſit ⁊ malus hic permanet:aut malus trā
ſit ⁊ bonus hic permanet. Ambo trāſeunt:ſed non ambo ad Luce.16.
vnū. Duo erāt:pauper vlceroſus ad ianuā iacens diuitis: et
diues indutus purpura et byſſo:in epulis quotidie ſplendi
dis. Ambo hic erant: ambo hinc tranſierunt:ſed non ad vnū
locum. Diuerſa loca ſuſcipiunt:quia diuerſa merita perdu
cunt. Tranſijt pauper in ſinum abrae:⁊ tranſijt diues in tor Ibidem.
menta inferorum: Vicini corpore in terra: ille in domo: ille
ante ianuam: Poſt mortem tantum ſeparati:vt dicat abra
am: Inter nos et vos chaos magnum firmatum eſt. Ergo
fratres

fratres quoniam ſpes hic paſcit: vita autem noſtra perfecta
non eſt niſi illa que promittitur: hic gemitus: hic temptatio-
nes: hic anguſtie: hic merores: hic pericula: laudabit anima
noſtra dominū. Quomodo laudandus eſt? Secundum ꝙ di-
pſ̄.83. citur in alio pſalmo: Beati qui habitant in domo tua in ſecu-
la ſeculorum laudabunt te: quando totum negocium noſtrum
ipſa laus erit. Sed quando hoc? In vita mea. Modo enim
quid eſt? Poſſet tibi dicere: mors mea. Unde mors tua? Quia
peregrinor a domino. Si enim herere illi vita eſt: recedere
ab illo mors eſt. Sed quid te conſolatur? Spes. Jam viuis
in ſpe: de ſpe lauda: de ſpe canta. Unde mors tua eſt, nō can-
tes: vnde viuis canta. Mors tua eſt de merore huius ſeculi:
viuis in ſpe futuri ſeculi. Laudabo inquit dominum in vita
al' † fuero. mea. Et quomodo laudabis dominum deum tuū? ⌊ Pſallā
pſ̄.103. deo meo ꝙdiu † ſum. ⌋ Qualis illa laudatio: pſallam deo
L meo ꝙdiu ſum? Uidete fratres mei quale erit illud eſſe: Ubi
ſempiterna laudatio erit: ſempiternum eſſe erit. Ecce modo
melius es: Nunquid pſallis deo tuo ꝙdiu es? Ecce pſalle-
bas: auertiſti te ad aliquod negociū: iam nō pſallis: ⁊ es. Ec-
ce es ⁊ nō pſallis: Fortaſſis etiā cupiditate inclinatus ad ali-
quid: nō ſolum non pſallis: ſed ⁊ offendis auditū eius: et es.
Tamē que erit illa laudatio vbi ꝙdiu es laudes? Sed quid
ait? ꝙdiu ſum? Aliquando forte non erit? Immo in eternum
erit: ⁊ ſum diu: ⁊ ideo vere diu erit. Nam quicquid finē ha-
bet in tpe: quātumlibet longū ſit: diu non eſt. Pſallā deo meo
ꝙdiu ſum. Interim bene laudabis dominū in vita tua: pſal-
lis deo tuo de futuro ꝙdiu es: Bene hic quicquid preſumē-
dum eſt de illo ſpera. Non nos deſerat ſpes in iſta peregri-
natione ⁊ temptatione: in iſtis improbitatibus ⁊ inſidijs ini-
mici: circumſtrepentibus vndiqꝫ tēptationibus ſeculi: vndiqꝫ
Al' † princi- in laboribus ⁊ angoribus cōſtituti. Quid ergo faciemus? Au-
pibus. di quid ſequat. ⌊ Nolite cōfidere in † principes. ⌋ Fratres
M magnū negociū hic accipimus: diuina vox eſt: et deſuper ſo-
nat nobis. Nouo enim modo: neſcio qua infirmitate huma-
na anima quādo fuerit tribulata hic deſperat de domino: et
vult preſumere de homine. Dicit homini in afflictiōe aliqua
conſtituto: Eſt quidā homo magnus: per quē poſſis libera-
ri: arridet: gaudet: erigit: Qꝺ ſi dicat illi: liberat te deus: qua-
ſi deſperatione frigeſcit. Promittit auxiliū mortalis: ⁊ gau-
des: promittit immortalis ⁊ triſtis es? Promittit tibi ꝙ libe-
ret te tecū liberādus: ⁊ tanꝗ̄ aliquo magno auxilio exultas.
promittit ille liberator ꝙ liberatore nō indiget: ⁊ quaſi ad fa-
bulam deſperas. Ue talibus cogitationibus: lōge peregrinā-
tur: vere miſera ⁊ magna mors eſt in eis. Appropinqua: In-
cipe deſiderare: Incipe querere ⁊ agnoſcere eū a quo fact'
es. Nō enī deſeret opus ſuū: ſi ab opere ſuo nō deſerat. Cō-
uerte ergo te ad illum cui dicis: Laudabo dñm in vita mea:
pſallā deo meo ꝙdiu ſum. Monet enī nos iā impletus ſpū
ſancto iſte: ⁊ dicit quaſi delōge remotis ⁊ lōge peregrināti̇b'
⁊ nō ſolū deū nō volentib' laudare: ſed nōdū vel de deo ſpe-
al' † nō hꝫ. rantibus: Nolite cōfidere in principes: ⌊ † Et in † filios ho-
† filijs. minū in quib' nō eſt ſalus. ⌋ In vno filio hoīs ſalus: Et in ip-
N ſo nō qꝛ filius hominis: ſed qꝛ filius dei: Nō ꝓpter id qꝺ ſuſ-
cepit ex te: ſed propter qꝺ ſeruauit in ſe. Ergo in nullo hoīe
ſalus: qꝛ ⁊ in illo ideo ſalus: qꝛ deus: ꝙ eſt ſuper oīa deus be-
Ro.9. nedictus in ſecula. De chriſto dictū eſt: et quibus chriſtus ſm
carnē. Ex qb'? Ex iudeis et patrib' xp̄s ſm carnē: Sꝫ nūqd
hoc totū chriſtus qꝺ ſm carnē? Nō: Neqꝫ enī ſm carnē: ideſt
pſ̄.3. ſuper oīa de' benedictus in ſecula. Ideo in illo ſalus: qꝛ dñi
eſt ſalus. Dicit enī ali' pſalmus: Dñi eſt ſalus: ⁊ ſuper popu-
lum tuū benedictio tua. Et ſine cauſa ſibi arrogāt homines:
qꝛ dant ſalutē: Sibi dent. Reſpōde ſuperbo homini: Gloria-
ris qꝛ dicis te dare mihi ſalutē: tibi da. Uide ſi habes eā: Cō-
ſiderans bene fragilitatē tuā: video qmōdum habes. Ergo
O noli monere vt expectē a te: ſed expecta mecū. Nolite confi-
dere in principes: ⁊ in filios hoīm in quibus nō eſt ſalus. Ec-
ce neſcio qui principes procedunt: neſcio vnde: ⁊ dicūt: Ego
baptizo: ⁊ ego qꝺ dedero hoc eſt ſanctum: ⁊ ſi ab illo vel alio
acceperis nihil accepiſti: ſi a me acceperis aliquid accepiſti.
O homo: o princeps inter filios hominū: vis eſſe inter prin-
cipes quibus non eſt ſalus? Ideo ergo habeo ſalutem: qꝛ tu
mihi das? Tuū eſt enī qꝺ das? Autvero etiā tu das? Uel hoc
dicendum eſt: quia tu das? Dicat ⁊ fiſtula qꝛ ⁊ ipſa dat aquā:
dicat ⁊ canalis qꝛ ipſe manat: dicat ⁊ preco qꝛ ⁊ ipſe liberat.
Ego in aqua attendo fontē: in voce preconis agnoſco iudicē.
Nō, eris tu plane autor ſalutis mee: ille erit de quo ſecurus Ibidem.
ſum: de te incertus ſum: Si nō ſis arrogans: non ſolum ego
de te incertus ſum: ſed ⁊ tu de te. Ab illo ergo mihi ſalus qui
eſt ſuper omnia: qꝛ domini eſt ſalus: tu inter filios hominū:
tu inter principes: Sed audio vocem pſalmi: Nolite cōfide-
re in principes: ⁊ in filios hominum a quibus non eſt ſalus.
Secundum turbam hominum: quid ſunt iſti filij hominum? al' † exibit.
Quid ſint vis ſcire? ⌊ † Exiet ſpiritus eius et reuertetur in P
terram ſuam. ⌋ Ecce totum qꝺ loquitur: neſciens ꝙdiu lo-
quatur: minatur: neſciens ꝙdiu vmat: Subito exiet ſpiritus
eius ⁊ reuertetur in terram ſuā: Nunquid quando vult exiet
ſpiritus eius? Exiet ⁊ quando nō vult: exiet ⁊ quando neſcit
reuertetur in terram ſuā. Exeūte ſpiritu: caro reuertetur in
terram. Sed quia caro erat que ſic loquebatur: de me enim Gen.6.
preſume ⁊ ego tibi do: non dicerent niſi illi de quibus dictū pſ̄.77.
eſt: quoniam caro ſunt: Exiet ſpiritus eius ⁊ reuertet in ter- al' † peribūt
ram ſuam. ⌊ In illa die † peribunt omnes cogitationes † Alo † eorꝫ.
eius. ⌋ Ubi eſt typus? Ubi eſt ſuperbia? Ubi eſt iactātia? Sꝫ
forte ad locum bonū tranſijt: ad iuſtos ſi tamen tranſijt. Nā
qui ſic loquebatur: neſcio quo tranſierit. Loquebatur enim
ſuperbia: ⁊ neſcio quo tranſeant tales homines: niſi qꝛ inſpi-
cio alterum pſalmum: ⁊ video malum eorum eſſe tranſitum. pſ̄.36.
Uidi impiū exaltari ſuper cedros libani: ⁊ tranſiui: ⁊ ecce nō
erat: ⁊ queſiui eum ⁊ non eſt inuentus locus eius. Iſte pius
qui tranſijt: ⁊ nō inuenit impiū: illuc peruenit vbi non eſt im-
pius. Ergo fratres omnes audiamus: fratres dilecti deo om-
nes audiamus: in qualibet tribulatione: in quolibet deſide-
rio muneris diuini: non fidam' in principes: nec in filios ho-
minum in quibus non eſt ſalus. Totum hoc mortale: tranſi-
torium ⁊ caducū eſt. Exiet ſpiritus eius ⁊ reuertetur in ter-
ram ſuam: in illa die peribunt oēs cogitationes eius. Quid
ergo faciemus: ſi in filios hominū: ſi in principes non eſt ſpe- Q
randum? Quid faciam'? ⌊ Beatus cuius deus iacob adiutor
eſt eius. ⌋ Nō ille hō: aut ille homo: nō ille angelus: aut ille
angelus ſed beat' cui' de' iacob adiutor eſt: qꝛ ⁊ ipſi iacob ſic
fuit adiutor vt de iacob faceret iſrael. Magnū adiutorium:
Iſrael iam videns deū. Hic ergo poſitus ⁊ peregrin' nondū
videns deū: ſi habueris adiutorē deū iacob: ex iacob eris iſ-
rael: ⁊ eris videns deū: ⁊ periet omnis labor: ⁊ oīs gemitus.
Trāſient cure mordaces: ſuccedent laudes felices: Beatus Al' † eius:
cuius de' iacob adiutor eſt eius: huius iacob. Quare iſte be- † dño deo
tus interim adhuc in hac vita gemens? ⌊ Spes † illius in † R
dominū deum ipſius. ⌋ Ideo beatus: qꝛ ſpes ipſius in dñm
deū ipſius. In quo eſt ſpes ipſius: ipſe erit res ipſius. Fra-
tres: an forte erraui: qꝛ dixi rē noſtram futurum deū? Quid
ſi dicerem hereditatem noſtram futurū deū? Spes mea es pſ̄.141.
tu: portio mea in terra viuentium. Tu eris portio mea: eris tu
poſſeſſio ⁊ poſſidebis. Poſſeſſio dei eris: ⁊ poſſeſſio tua erit
deus. Tu eris poſſeſſio eius vt colaris ab eo: ⁊ ipſe erit poſ-
ſeſſio tua vt colas eū. Nā ⁊ tu colis deū: ⁊ coleris a deo. Re- 1.Cor.3.
cte dicit: colo deum: quō aūt color a deo? Inuenimus apud Joan.15.
Apoſtolū: Dei inquit agricultura eſtis: dei edificatio eſtis.
Et dñs: Ego ſum inquit vitis: vos eſtis farmēta: ⁊ pater me'
agricola. Colit te ergo deus vt ſis fructuoſus: ⁊ colis deū vt
ſis fructuoſus. Tibi bonū eſt qꝺ te colit de': bonū eſt tibi ꝙ
tu colis deū. Cultor deus ſi recedat ab homine: deſertus fit
ipſe homo. Cultor homo ſi recedat a deo: deſert' fit ipſe ho-
mo. Nec creſcit deus accedēte te: nec decreſcit diſcedēte te.
Ergo erit ipſe poſſeſſio noſtra vt nos paſcat: ⁊ erimus poſſeſ-
ſio ei' vt nos regat. Spes illius in dñm deū ipſius. Quis eſt
iſte dñs deus ipſius? Attēdite fratres: Multi enī habēt mul- 1.Cor.8.
tos deos: ⁊ dicūt eos dños ſuos ⁊ deos ſuos. Sꝫ dicit Apls:
Et ſi ſunt ꝙ dicant dij: ſiue in celo ſiue in terra: quēadmodū
ſunt dij multi: ⁊ dñi multi: nobis tñ vnus deus pater ex quo
omnia: ⁊ vn' dñs ieſus chriſtus per quē omnia. Ergo ipſe ſit
ſpes tua dñs deus tuus: in illo ſit ſpes tua. In dño deo ſuo
eſt ſpes etiam illius qui colit ſaturnū: in dño deo ipſius eſt
ſpes qui colit martem: qui colit neptunū: qui colit mercuriū:
plus addo: qui colit ventrem: de quibus dictum eſt: Quorū Phil.3.

Act.14. deus venter eſt. Ergo ille filius deus: atq; ille filius: quis bi
ius beat⸮ Quia ſpes ipſius in domino deo ipſius. Sꝫ quis
S eſt iſte⸮ ⌊ Qui fecit celū τ terrā: mare τ oīa q̄ in eis ſunt. ⌋
Fratres mei: magnū deum habemus: Benedicamus nomē
ſanctum eius: q: dignatus eſt facere nos poſſeſſionē ſuam.
Nondum vides deū: nō potes amare plene qđ nondū vides
Que vides: ipſe fecit. Miraris mundū: quare non artificem
mundi⸮ Suſpicis celū: τ exhorreſcis: Cogitas vniuerſam ter
ram: τ contremiſcis. Miraris maris magnitudinem: quādo
cogitationē occupas: Reſpice innumerabilitatē ſtellarum:
Reſpice tanta genera ſeminū: tātas diuerſitates animaliū:
quicquid natat in aquis: repit in terra: volitat ī aere: circūit
in celo: Omnia iſta: q̄ magna: q̄ preclara: q̄ pulchra: q̄ ſtupē
da. Ecce qui fecit hec omnia: deus tuus eſt: Pone ibi ſpem
tuam: vt ſis beatus. Spes illius: in dñm deū ipſius. Quem⸮
Qui fecit celū τ terrā: mare τ oīa que in eis ſunt. Magnū
T habemus deū: Attendite fratres magnū bonū deū facientē
talia. Quid ergo hinc cogitauit deus vt faceret⸮ Si tamē di
cendum eſt de deo: cogitauit celū τ terrā: mare: τ omnia que
in eis ſunt⸮ Forte dicturus erat homo iſte: Video quidē om-
nia magna iſta: celū τ terrā: mare τ omnia que in eis ſunt fe-
cit deus: Quando me cōputat deus inter ea que fecit⸮ Et ve
re ego pertineo ad curā ipſius: τ modo de me cogitat deus:
aut ſcit an viuā⸮ Quid eſt hoc qđ dicis⸮ Nō ſurrepat tibi ma
la cogitatio in cor: de his eſto de quibus paulo ante loque-
bamur: Laudabo dñm in vita mea: pſallam deo meo q̄diu
ſum. Sed iſte talis alios alloquiť neſcio quos tepidos quos
exhortatur: Et quaſi vetat τ veretur ne deſperēt de ſe: q: nō
ſunt in cōputo dei. Multoꝝ enī ſunt tales cogitatiōes: Sed
ideo deſerunt deū τ pergunt per quelibet peccata: q: nō cre
dunt curare deum quid agant. Audi eloquia diuina: noli de
te deſperare: Qui curauit facere te: nō curat reficere te⸮ Nō-
ne deus tuus eſt: qui fecit celū τ terram: τ mare⸮ Si iſta ſola
diceret: forte reſponderes tu: Deus qui fecit celū τ terrā et
mare: magnus deus: Sed nūquid cogitat de me⸮ Et ipſe te
fecit diceretur tibi. Quomodo⸮ Nunquid ego ſum celū: aut
ego ſum terra: aut ego ſum mare⸮ Et quid es⸮ Manifeſtum
eſt: nec celū ſum: nec terra ſum: nec mare ſum: ſꝫ in terra ſuꝫ.
Vel hoc concedis mihi q: in terra es. Audi q: non tantū celū
et terrā τ mare deus fecit: Fecit enim celū τ terrā: τ mare et
omnia que in eis ſunt. Si ergo omnia que in eis ſunt: et te.
Parū dico te: τ paſſerē: locuſtā: vermiculū: Nihil hoꝝ nō ille
fecit: τ cura eſt illi de omnibus. Nō ad preceptū cura eſt: naꝫ
V preceptū ſoli homini dedit. Dicit enim pſalmus: Homines τ
Ps̄.35. iumenta ſaluos facies dñe: ſm multitudinē miſericordie tue
Deut.25. deus. Multitudinē inquit miſericordie tue: ſm hanc ſaluos
1.Cor.9. facies homines τ iumēta. Et Apoſtolus: Nūquid de bobus
cura eſt deo⸮ Et hac de bobus cura non eſt deo: τ hac homi-
nes τ iumēta ſaluos facies dñe. Nūquid contraria ſunt iſta⸮
1.Thio.5. Quid enim ait Apoſtolus⸮ Nunquid de bobus pertinet ad
deū⸮ Ubi eſt preceptū: Boui trituranti os nō infrenabis: ibi
de bobus nō cogitauit deus⸮ Itaq; quoſdā boues voluit ſi-
gnificari. Non enī hac curat deus monere quid agať cū bo-
bus: habet hoc natura ipa humana. Sic factus eſt homo: vt
noſſit cōſulere iumentis ſuis: Nec inde precepta a deo acce-
pit: ſed inſinuatū eſt illi in mentē a deo vt poſſit τ ſine prece-
pto facere: fecit illū talē deus. Sed quō regit pecus regen-
dum eſt ab alio: ab eo a quo regiť preceptū accepit. Ad pre-
Ps̄.35. cepti ergo tenorē nō eſt de bobus cura deo: ſꝫ ad puidentiā
X vniuerſitatis qua creauit omnia: τ mundū regit homines et
1.Cor.9. iumenta ſaluos facies dñe. Intēdat charitas veſtra. Hic for
te aliquis dicat mihi: De nouo teſtamento eſt: q: non de bo-
bus pertinet ad deū: homines τ iumenta ſaluos facies dñe:
de veteri teſtamento eſt. Sunt qui calūnientur τ dicant non
ſibi conſonare iſta duo teſtamēta. Ne forte aliud dicat in ve
tere: aliud in nouo: τ flagitent de me ſententiā de nouo talē
Ps̄.35. qualis hec eſt: Homines τ iumēta ſaluos facies dñe: quid facio⸮
Nihil tam in capite noui teſtamenti: q̄ euangeliū. In euan-
gelio inuenio q: oīa iſta pertinent ad deū: nemo erit tam qui
contradicat. Nunquid enī Apoſtolus euangelio contrarius
Mat.6. erit⸮ Audiamus ipſum dñm: principē τ magiſtrū apoſtoloꝝ:
Reſpicite inquit volatilia celi: q: non ſeminant neq; metunt
neq; congregant in horrea: τ pater veſter celeſtis paſcit illa.

Ergo τ preter hominē animalia iſta pertinent ad curā dei vt
paſcantur: non vt legē accipiant. Qđ ergo ad danda legē at 1.Cor.9.
tinet: de bobus cura eſt: qđ aūt ad creanda: ad paſcenda: gu
bernanda: τ regenda: omnia ad deuꝫ pertinent. Nonne duo Mat.10.
paſſeres aſſe veneunt: dñs ieſus chriſtus dicit: τ vnus ex eis
non cadet ſuper terrā ſine voluntate patris veſtri⸮ Quanto
magis vos pluris eſtis illis⸮ Nolite ergo dicere: nō pertineo
ad deum. Pertinet ad deū anima tua: pertinet ad deū corpꝰ
tuuꝫ: q: deus fecit τ animā tuā τ corpus tuū. Dicis forte: Nō Eccli.16.
me numerat deus in magna multitudine. Accedit tibi mutuꝫ Mat.10.
de euangelio: Capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt.
Ergo deus meus eſt: τ in illo ſpes mea: qui fecit celū τ terrā
mare τ omnia q̄ in eis ſunt. Quid aūt ad me pertinet⸮ Quid
agit de me⸮ ⌊ Qui cuſtodit veritatē † in eternū. ⌋ Et aman al† in ſclꝫ. Y
dum deū cōmendauit: τ timendū: qui cuſtodit veritatem in
eternum. Quam veritatē in eternū⸮ Quā⸮ Et in quo cuſtodit
veritatē⸮ ⌊ † Facientē iudiciū iniuriā † accipiētibus. ⌋ Vin als † facit.
dicat iniuriā accipientis fratres mei: facit illis iudiciū. Qui- † patiētibꝰ
bus⸮ Qui accipiunt iniuriā: puniēs omnes iniurioſos. Si er
go fauebit iniuriā accipiētibus τ puniet iniurioſos: vide mo-
do de quoꝝ numero eſſe vis. Vide: attende vtrū in eis velis
eſſe qui iniuriā accipiunt: an in eis qui iniuriā faciūt. Statim
enim ad te procedit vox apoſtolica: τ dicit tibi: Iam quidem
omnino delictū eſt: q: iudicia habetis vobiſcū: Quare nō ma 1.Cor.6.
gis iniuriā patimini⸮ Corripit homines q: non patiunť iniu-
riam. Non vt patiaris moleſtiā te hortať: ſed vt patiaris in-
iuriam: Non enim omnis moleſtia iniuria eſt. Quicquid enī
iure pateris: non eſt iniuria. Ne forte diceres: τ ego inter in
iuriam paſſos numeror: nā illud in illo loco: τ illud cauſa illa
paſſus ſum. Vide ſi iniuriā paſſus es. Latrones multa patiū
tur: ſed non iniuriā. Scelerati: malefici: effractores: adulte-
ri: corruptores: omnes patiunť multa mala: ſed nulla eſt in-
iuria. Aliud eſt pati iniuriā: aliud eſt pati tribulationem: aut
penā: aut moleſtiā: aut ſuppliciū. Cōſidera vbi ſis: quid ege-
ris vide: quare patiaris vide: τ ibi vides quid patiaris. Ius Z
τ iniuria: contraria ſunt. Ius enim eſt qđ iuſtū eſt. Neq; enī
omne qđ ius diciť: ius eſt. Quid ſi aliquis cōdat ius iniquū⸮
Nec ius dicendū eſt ſi iniuſtū eſt. Illud ergo verū ius: quod
etiam iuſtū eſt. Vide quid feceris: non quid patiaris. Si ius
feciſti: iniuriā pateris. Si iniuriā feciſti: ius pateris. Quare
iſta dixi fratres⸮ Vt nō ſe extollant heretici: quando forte ali
quid patiunť ex iuſſionibus principū terrenoꝝ: nō ſe nume-
rent inter eos qui iniurias accipiunt τ dicant: Ecce pſalmus
conſolať me: Ego enī deū colo qui iudiciū faciet iniuriā acci
pientibus. Recte quero vtrū iniuriā accipias. Si ius feciſti
iniuria eſt quā pateris. Ius eſt exuſſlare chriſtū⸮ Ius eſt re-
belli ſuperbia erigere altare⸮ Ius eſt parcētibus perſecuto- Joan.19.
ribus tunice chriſti: eccleſiā chriſti conſcindere⸮ Porro ſi hoc
ius nō eſt: quicquid pro hoc pateris: ius eſt. Non es ergo de
his qui patiuntur iniuriā. Lego aliquid manifeſtius ex euā-
gelio: Beati inquit qui perſecutionē patiunť. Expecta quid Mat.5.
feſtinas⸮ Quid dicis: ego ſum⸮ Expecta inquā: totū legā. Au-
diſti beati qui perſecutionē patiunť: iam tibi neſcio quid ce-
peras arrogare: Si permittis: totū lego. Vide quid ſequať.
Beati qui perſecutionē patiunť propter iuſtitiā. Modo dic
ego ſum: Si audes dicere: ego ſum: ſuperiora que dixi retra
ctemus: aut ne longū ſit: hoc vnū interrogo: Si damnaueris
vnū hominē cuius cauſam neſcis: audes te dicere tenere iu-
ſtitiam⸮ Aut ſi quid pro hac re paſſus eſſes: iniuriā nomina-
res⸮ Eriges te in temerariū tribunal cordis tui vnde precipi
teris: τ audes ferre ſententiā de homine cuius cauſam neſcis⸮
Hoc ſi hi de vno homine faceres: eſſes iniuſtus: Facis hoc de
toto orbe terrarum: τ iuſtus es⸮ Fratres chariſſimi τ que eſt
que patitur iniuriam: niſi eccleſia catholica que tāta iſta per
petitur⸮ Inter tot ſcandala hereticoꝝ gemit: τ videt per ma
las ſuaſiones τ fraudes rapi de gremio ſuo infirmos paruu
los pertrahi: per neſcio que ſecreta malarum ſpeluncarum re
baptizari: exuſſlari in eis chriſtum: occidi in eis non mortale
illud ſuum q̄ homines ſunt: ſed illud quod in eternum victu
ri ſunt. Suadetur homini dicere: nō ſum chriſtianus: τ iuſti-
tia vocatur. Acceſſurus es ad epiſcopum: dicit tibi: Vide ne
dicas te eſſe chriſtianum. Si enim dixeris te eſſe chriſtianū:
non es accepturus: Vt autem accipias: dic te non eſſe. Quid
moneo

mones chriſtiane? Quid doces? Certe perſecutionem pate-
ris. Tanto tu verius perſecutionem pateris: quanto tu ve-
rior perſecutor. Quādo imperatores perſequebant̄ chriſtia-
nos: minando cogebant quod tu efficis ſuadendo. Perſua-
des chriſtiano vt neget ſe eſſe chriſtianum. Qđ tu ſuaden-
do facis: hoc perſecutores occidendo non fecerunt. Sub te
viuit homo qui negat ſe eſſe chriſtianum: negat ⁊ viuit: Per-
didit iam vitam: cadauer tibi loquitur. Qui percuſſus eſt gla-
dio pſecutoris: ecidit. ⁊ viuit cui loqueris ſtat ⁊ cecidit. Hec
faciens: quicquid paſſus fueris iniuria erit? Nolo tibi blan-
diaris: ſi hec iniuſta ſunt omnia q̄ facis: quicquid pateris
iuſtum erit: Cui autem facit iudicium: qui cuſtodit verita-
D tem in eternum? Iniuriam patientibus. Iam tu procede ⁊
dic ratiocinationibus illis tuis bonis ⁊ quaſi acutis ⁊ ſubti-
libus: quia tu paſcis: ⁊ dic: Famelicus poteſt paſcere: id eſt
peccator poteſt dare ſanctū? Famelicus poteſt paſcere? Lā-
guidus poteſt ſanare? Ligatus poteſt ſoluere? Iſta ſunt ve-
luti magna ⁊ ſubtilia quibus decipiunt imperitos. Claudat
illis os pſalmus iſte: ⌊Dat eſcam eſuriētibus.⌋ Ecce nihil
a te expecto: Deus dat eſcam eſurientibus. Quibus eſuriē-
tibus? Hominibus. Quid eſt: hominibus? Omnibus anima-
libus oīb' hoībus ipſe dat eſcam. Et nullam eſcam ſeruat di-
lectis ſuis? Si habent aliam famem habent ⁊ aliam eſcam.
Queramus p̄mo famem ipſorum: ⁊ inueniemus eſcam ipſo-
Matth. 5. rum. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſa-
turabuntur. Famelici dei eſſe debemus: Ante ianuam con-
ſpectus illius in oratione mendicemus: ipſe dat eſcam eſu-
rientibus. Quid eſt quod te heretice iactas: quia tu ſoluis:
tu erigis: tu illuminas? Videlicet quia tu liberatus iam es:
⁊ tu ſtas: ⁊ tu lumē es? Abſit. Superius attende: Nolite con-
fidere in principes ⁊ in filios hominum a quibus non eſt ſa-
lus. Non ipſi dant ſalutem. Ergo recedite heretici de me-
†ſm aliaȝ dio. ⌊Dominus ſoluit compeditos: dominus erigit eliſos:
litterā iſti Dominus †ſapientes facit cecos:⌋ Id eſt eos qui ceci ſunt
verſiculi trāſ facit ſapientes. Optime per hanc ſententiā expoſuit nobis
poſiti ſunt omnes ſuperiores: ne forte cum dixiſſet: Dominus ſoluit
† illuminat compeditos: ad illos compeditos referremus qui forte p-
cecos pter aliquā notam ligantur ferro a dominis ſuis. Quia au-
AA tem dixit: Erigit eliſos: occurrit nobis aliquis: aut offen-
dens: aut cadens: aut equo lapſus. Eſt ali' caſus: ſunt alie
compedes: quomodo ſunt alie tenebre ⁊ alia lux. In eo qđ
dixit: Sapientes facit cecos: noluit dicere illuminat cecos:
ne ⁊ hoc carnaliter intelligeremꝰ: ſicut illuminatus eſt a do-
mino cuius oculos luto de ſputo facto inūxit ⁊ ſaluum eum
Ioan. 9. facit. Ne tale aliquid ſperares cum de ſpiritualib' loquit̄:
oſtendit quandam lucem ſapientie qua illuminantur ceci.
Ergo quomodo illuminantur ceci luce ſapientie: ſic ſoluun-
tur compediti: ſic eriguntur eliſi. Unde ſumus ergo compe-
diti? Unde eliſi? Corpus noſtrum ornamentum nobis fuit:
peccauimus: et compedes inde accepimus. Que ſunt com-
pedes noſtre? Mortalitas ipſa. Audi apoſtolum Paulum:
q: ⁊ ipſe adhuc ī hac peregrinatione cōpeditus erat. Quan-
ta peragrauit cōpeditus iſte? Non illi fuerunt graues com-
pedes: cum ipſis compedibus toto orbi euangelium predi-
cauit. Spiritus charitatis rapuit cōpedes: ⁊ circuiuit quā-
Phil. 1. tum potuit. Sed tamen qđ dicit? Cōcupiſcentiam habens
diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. Quid eſt: diſſolui? A compedibus
mortalitatis. Et tamen miſericordia adhuc volebat eſſe in
compedibus propter alios compeditos: quibus miniſtra-
Ibidem ret. Manere inquit in carne: neceſſariū ꝓpter vos. Dñs er-
go ſoluit compeditos: id eſt ex mortalibus īmortales facit.
Dominus erigit eliſos. Quare eliſi ſunt? Quia erecti erant.
Quare eriguntur? Quia humiliati ſunt. Cecidit atq; eliſus
Geñ. 3. eſt adam. Ille cecidit: chriſtus deſcendit. Quare deſcen-
dit qui non cecidit: niſi vt leuaretur qui cecidit. Dominus
BB ſapientes facit cecos. ⌊Domin' diligit iuſtos:⌋ Ideo fa-
cit iudicium iniuriam accipientibus. Et qui ſunt ipſi iuſti:
Modo quatenus iuſti: quēadmodum habes: ⌊Dominus
Al. †adue cuſtodit †proſelytos.⌋ Proſelyti aduene ſunt. Omis eccle-
nas. ſia gentium: pſelyta eſt. Aduenticia eni eſt ad patres: nō de
carne eorum nata: ſed imitando fidem. Domin' tamen cu-
Al† pupil ſtodit: non vt aliquis homo phanū. ⌊†Orphanū et viduam
lum ſuſcipiet.⌋ Nemo putet quaſi pupillum ꝓpter hereditates
aut viduam ꝓpter neſcio quod negocium ſuum. Equidem
⁊ iſtis deus opitulatur: etſi omnibus officijs generis huma-
ni bonum opus facit: qui pupillum conſolatur: qui viduam
non deſerit: ſed ſm quendam modū omnes pupilli ſumus:
abſente patre: nō mortuo. Pupillus eni ſm homines: mor-
tuo patre fit. Et ſi verum queratis fratres: quia anima non
moritur: viuunt parentes noſtri: ⁊ magis abſentibus patri-
bus ſunt pupilli. Qui pupilli ſunt: ſi mali fuerint in penis vi-
uunt: ſi boni fuerint in requie viuunt. Omnia integra ſunt
creatori: Tamē nos q̄diu ſumus in corpore hoc ⁊ peregrina-
tionis locum incolimus: abſens eſt pater noſter ad quem Matth. 6.
clamamus: Pater noſter qui es in celis. Ideo eccleſia
vidua quaſi abſente ſponſo: abſente viro: Veniet ille qui il-
lam modo protegit: non viſus: ſed deſideratus. Magno eni
deſiderio rapimur: et in amore eius quem non nouimus: de-
ſideramus: Inherebimus amplexibus viſio: ſed nondum vi-
ſis fide detinemur. Ergo et pupillum et viduam quid vo-
luit intelligi fratres? Deſtitutos omni ope et auxilio. De-
ſtituta anima in ſeculo: ipſa ſibi ſperat adiutoriuȝ dei. Quic-
quid hic habueris: aurū habeas: preſumpſiſti inde iam nō
es proſelytus: non es orphanus: nō in viduam numeraris.
Amicum habes: ſi de illo preſumpſeris: ⁊ deum dimiſeris:
non es deſtitutus. Habes hec omnia: non inde p̄ſumis: non
inde ſuperbis: pupillus dei es et vidua dei. Suſcepit ergo
deſtitutos: hoc dixit: Suſcipit pupillum: ſuſcipit ⁊ viduam.
⌊Et exterminabit viam peccatorum.⌋ Que eſt via pecca- Alſ †vias
torum? Irridere iſta que dicimus. Quis pupillus? Que vi- petōꝝ diſp
dua? Quod regnū celorum? Et que pena inferorum? Fabel- det.
le iſte chriſtianorum ſunt. Ad qđ video: ad hoc viuam. Mā- CC
ducemus ⁊ bibamus: cras enim moriemur. Vide ne tale ali- 1. Cor. 15
quid perſuadeant: ne per aurem in cor intrent: ſpinas inue-
niant in auribus tuis: Qui ceperit ſic intrare: pūctus abſce-
dat. Corrūpunt enim mores bonos colloquia mala. Sȝ for- Ibidem
te hic dicturus es. Quare ergo felices ſunt? Ecce nec deum
colant. ⁊ omnia mala quotidie cōmittunt: abundant rebus
his quibus ego egens laboro. Noli zelare in peccatores:
Quid accipiant: vides: quid illis ſeruetur non vides. Et vi-
de inquit video quod nō video? Omino habet oculos fides: ⁊
maiores oculos ⁊ potentiores ⁊ fortiores. Hi oculi neminē
deceperunt: hi oculi ſint ſemper in dominū: vt ⁊ ipſe euellat Pſ. 24
de his laqueis pedes tuos. Via peccatorum placet tibi: quia
lata eſt: et multi per illam ambulant. Latitudinem eius vi-
des: finem eius non vides. Ecce vbi finitur: precipitium eſt:
vbi finitur: profunditas quedam barathri eſt: Letantes: et ſi
patientes in iſta via: illo fine merguntur. Sed extendere
oculos non potes vt videas ipſum finem: crede et qui vi-
det. Et quis eſt qui videt? Homo? Forte nemo homo: ſed
dñs deus tuus venit ad te vt crederes deo. Nō enim ⁊ dño Matth. 7
tuo non es crediturus: qui ait: Lata ⁊ ſpacioſa eſt via que
ducit ad interitum: ⁊ multi ſunt qui ingrediuntur per illam?
Hanc viā exterminabit dominus: q: ipſa eſt via peccatoꝝ.
Et dum exterminata fuerit via peccatoꝝ: quid nobis reſtat? Mat. 25
Venite benedicti patris mei: percipite regnum qđ vobis pa-
ratum eſt ab origine mundi. Ad hoc concluſit pſalmiſta. Et
viā peccatoꝝ exterminabit. Et quid tu? ⌊Regnabit domi- Alſ †in ſe
nus †in eternum.⌋ Gaude: quia tibi regnabit. gaude: q: tu cula.
eris regnum eius. Vide enim ⁊ quid ſequitur. Eſt certe ci- DD
uis de ſion: nō de babylonia: id eſt nō de ciuitate pitura hu-
ius ſeculi: ſed de ſion ad tempus laborante ⁊ peregrinātē: in
eternum autem regnatura. Audiſti ḡ finem: Inde es. Re-
gnabit dominus in eternū: ⌊Deus tuus ſion.⌋ O ſion: de'
tuus regnabit in eternum. Nunquid fine te regnabit deus Alſ †gene
tuus? ⌊In generatione et †generatione.⌋ Bis dixit: quia rationem
non potuit ſemper dicere: Nec putes quia verbis finitis: fi-
nitur eternitas. Eternitas in verbo quattuor ſyllabis con-
ſtat: in ſe ſine fine eſt. Non potuit tibi niſi ſic commendari:
Deus tuus regnabit in generatione ⁊ generatione. Parum
dixit: Si tota die diceret: anguſtum eſſet. Si tota vita ſua
diceret. nonne aliquando conticeſceret? Ama eternitatem:
Nullo fine regnabis: ſi finis tibi chriſtus eſt: cum quo regna-
bis in ſecula ſeculorum: amen.

¶ Explicit tractatus de pſ. cxlv.

Incipit Tractatus de pſ.cxlvj.

Praefatio.

B Intenti audiebamus cū pſalmus preſens cantaretur:
Et nō omnes qui audiebamus etiā intelligebamus.
Quāto magis ergo intente nūc audiendum eſt: ſi vt ſpero et
cupio adiuuantibus omniū audientiū orationibus: ſi quid hic
forte obſcurū eſt: deo donante reuelabitur: vt ſit fructuoſus
auditus: nec manis redeat auditor: qui intentus affuit cum
audiret. Unde cepit: nobis dicitur: laudate dñm. Dicitur hoc
omnibus gentibus: nō ſolis nobis. Et iſtam vocem per loca
quidē ſingula ſonantē a lectoribus: ſingillatim audiūt eccle
ſie: Una vox tamen dei ſuper omnes nō tacet: vt laudemus
eum. Et quaſi quereremus quare laudare dominū debea-
mus: videte quā cauſam attulit.

Expoſitio pſalmi.

Laudate dñm ⌋ inquit ⌊ quoniā bonꝰ † pſalmꝰ. ⌋ Hec
Alſ † eſt. eſt merces tota laudantiū: laudemus dñm. Quare?
B Quoniā bonus pſalmus. Uellem ergo inquit aliquis lauda
re dñm: ſi mihi aliquid pro iſta laude donaret. Quis eni lau
dat gratis vel dominē? Expectant ergo aliquā mercedem
laudatores dominū. Nullā ne mercedē expectare: aut pete
re: aut ſperare debet laudator dei? Laudat infirmus: et ſpe
ratur de eo aliquid? Laudat oīpotens: et nulla merces eſt?
An forte hoc cupio: qd ille dare nō poteſt? Quid homo deſi
derat: qd in manu dei nō ſit? Cum laudaueris hominē: forte
hoc cupis qd ab illo preſtari non pōt. Deum ſecurus lauda:
quē nemo pōt dicere nō poſſe preſtare qd tu poteris deſide
rare. Propoſita ergo ſpe mercedis alicuiꝰ laudare debemꝰ
deum: nō tñ daturū quicqd cupimus. Pater eſt eni: et quod
mali cupiūt filij nō dat. Laudemus et ſperemus et deſidere-
mus: non illud aut illud: ſed qd iudicat dandū eſſe quē lau-
damus. Ille eni nouit qd nobis dari expediat: nos autem
Roma.8 intendamus quid nobis pſit accipere. Apls ait: Quid enim
oremus ſicut oportet: neſcimus. Et ipſe idem apls Paulus
ſperabat ſibi pdeſſe: ſi auferretur ab eo ſtimulus carnis ſue:
angelus ſathane a quo colaphizabatur: ſicut ipſe confitetur
2. Cor.12. et ait: Propter qd dominū ter rogaui vt auferret eum a me:
et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmita
C te perficitur. Deſiderauit aliquid: nō conceſſum eſt ad volū
tatem vt ꝯſolaretur ad ſanitatem. Hic ergo quid nobis ꝓ-
poſitum eſt? Laudate inquit dñm. Quare laudamus dñm?
Quoniā bonus pſalmus. Ipſe pſalmus laus dñi eſt. Hoc ē
ait: Laudate dñm quoniā bonum eſt laudare dñm. Non ſic
ꝑtereamus: laudare dñm: dictū eſt et tranſijt: factū eſt et ſilui
mus: laudauimus et tacuimus: cantauimus et conquieuimꝰ.
Imus in aliud forte agendū qd reſtat: et alie actiones cum
occurrerint nobis: laudatio diuina ceſſabit in nobis? Non
ſic ꝑtereamus laudare dñm: nō ſic. Nam lingua tua ad ho-
ram laudat: vita tua ſemꝑ laudet: Inde ergo bonꝰ pſalmꝰ.
Pſalmus quippe cantus eſt: nō quilibet: ſed ad pſalterium.
Pſalterium autem quoddā organū eſt cantilene: ſicut lyra:
ſicut cithara: et huiuſmodi organa: que inuenta ſunt ad can-
tandum. Quid ergo pſallit: nō ſola voce pſallit: ſed aſſum-
pto etiā quodā organo qd vocatur pſalterium: accedentibꝰ
manibus voci ꝯcordat. Uis ergo pſallere? Non ſolū vox tua
ſonet laudes dei: ſed opera tua ꝯcordent cū voce tua. Cum
ergo voce cantaueris: ſilebis aliquando: Uita ſic canta: vt
D nunq̄ ſileas. Negocium agis: et fraudem cogitas: ſiluiſti a
laude dei: et qd grauius eſt: nō ſolum a laude ſiluiſti: ſed in
blaſphemiam perrexiſti. Cum ergo de bono laudator de bono
opere tuo: opere tuo laudas deum: et cū blaſphematur deꝰ
de malo opere tuo: opere tuo blaſphemas deū. Itaq ad au
rium exhortationē cāta voce: corde ne ſileas: vita ne taceas.
Non cogitas in negocio fraudem: pſallis deo. Cum mādu-
cas et bibis pſalle: non intermiſcendo ſonos ſuauitates ad
aures aptas: ſed modeſte et frugaliter et temperanter man
1. Cor.10 ducando et bibendo: Quid hoc dicit Apoſtolus: Siue man-
ducatis: ſiue bibitis: ſiue quid facitis: omnia in gloriam dei
facite. Si ergo bene agis et qd manducas et bibis: et ad refe
ctionē corporis ſumis reparationēq membrorū: gras agens
ei qui tibi prebuit mortali et fragili iſta ſupplementorū ſola-
cia: et cibus tuus et potus tuus laudat deum. Si vero modū
nature debitum immoderatione voracitatis excedas: et vino-
lentia te ingurgites: quātaſlibet laudes dei lingua tua ſo-
net: vita blaſphemat. Poſt cibū et potum requieſcas vt dor
mias: nec in lecto aliquid turpiter agas: nec excedas vltra
conceſſam licentiam in lege dei: ſit caſtus cum cōiuge tho-
rus: et ſi eſt cura ꝓpagādi liberos: nō ſit effrenata luxuries li
bidinis: defer in lecto tuo cōiugi tue honorem: quia mēbra 1. Cor.6.
chriſti eſtis ambo: ambo ab illo conditi: ambo ſanguine ipſiꝰ
reparati: Hec agens laudas deum: nec oīno ſilebit laudatio
tua: Quid ſi ſomnꝰ aduenerit: quum dormis? Non te excitet
a quiete mala cōſcientia tua: et innocentia ſomni tui laudat
deum. Si ergo laudas: non tantū lingua tua canta: ſi etiā
aſſumpto bonorū operum pſalterio: qm bonus pſalmꝰ. Lau
das cum agis negocium: Laudas cum cibum et potum ca-
pis: Laudas cum in lecto requieſcis: Laudas cum dormis.
Quādo nō laudas? Perficiet in nobis laudatio dei cū ad
illam ciuitatem venerimus: quādo effecti fuerimus equa- Mat.22
les angelis dei: quādo nos nulla corporalis neceſſitas vlla
ex parte ſollicitat: nō fames: non ſitis interpellat: non eſtus
fatigat: non frigus conſtringit: non febris dejcit: non mors
finit. Ad illam ꝑfectiſſimam laudem exerceamus nos lau-
datione iſta in bonis operibus: Propterea cū dixiſſet: Lau
date dñm qm bonus pſalmus: ⌊ Deo noſtro ⌋ inquit ⌊ † io Alſ † ſit.
cūda ſit † laus. ⌋ Quō erit deo noſtro iocūda laus? Si be- † decoraq
ne viuendo laudetur. Audi quia tunc erit illa iocūda laus. laudatio
Alio loco dicitur: Nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Si E
ergo in ore peccatoris ſpecioſa laus nō eſt: iocūda non eſt. Eccl.15
Hoc eni iocūdum: qd ſpecioſum. Uis ergo vt deo tuo iocun
da ſit laus? Noli bone cantilene tue obſtrepere moribꝰ ma-
lis. Deo noſtro iocūda ſit laus. Quid dixit? Qui laudatis
bene viuite: Laudatio impiorū offendit deum. Plus ille at-
tendit quid viuas: q̄ quid ſones. Certe cum eo quē laudas
pacem habere vis. Quō cum illo queris pacem: quando a
teipſo diſſonas? Quō inquies a memetipſo diſſono? Aliud
ſonat lingua: aliud indicat vita. Deo noſtro iocūda ſit laus.
Poteſt eni laus iocunda eſſe hoi: cum audit concinnus acu-
tiſq ſententijs: et ſuaui voce laudantem. Sed deo noſtro io
cūda ſit laus: cuius aures non ad os ſed ad cor: non ad lin-
guam ſed ad vitam laudatoris patēt. Quis eſt deꝰ noſter:
cui iocunda ſit laus? Dulceſcit nobis: commendat ſe nobis:
gratias dignationi eius. Dignatur eni cōmēdare ſe nobis:
nō quaſi aliquid ꝑſtaturis: ſed multa ab illo potius accepturi
ris. Quō ergo cōmendat ſe nobis deus? Audite apoſtolum Roma.5.
Paulū: Cōmendat autem inquit dilectionem ſuā deus in
nobis. Quō cōmendat? audite: Ipſe dicat Apoſtolus: vt cō
paretur et pſalmo: Cōmendat inquit dilectionem ſuā deus Ibidem.
in nobis. Quō cōmendat? Quoniā cum adhuc peccatores
eſſemus: chriſtus pro nobis mortuus eſt. Quid ergo ſeruat
laudatoribus: qui ſic ſe cōmendat peccatoribus? Quia ergo ſic
dixit Apls cōmendaſſe deum nobis dilectionē ſuam: vt chri-
ſtus moreretur pro impijs: nō vt impij remanerent: ſed vt
morte iuſti ab iniuſtitia ſanarentur. Hic quid audis: cum di-
xiſſet: Deo noſtro iocūda ſit laus? Uideamus ſi ipſa eſt cō-
mendatio quā dixit Apls: quia chriſtus pro peccatoribus et
pro impijs mortuus eſt. ⌊ Edificans ⌋ inquit ⌊ hieruſalem Al. † nō hꝫ
dominꝰ: † et diſperſiones † iſraelis colligens. ⌋ Ecce edificās † iſrl' con-
hieruſalem dñs: colliget diſperſiones populi ipſius. Popu- gregabit
lus enim hieruſalem: populus iſrael. Eſt hieruſalem eter- F
na in celis: vbi ciues: etiā angeli ſunt. Quid ergo ibi iſrael?
Si hominē illum nepotem abrae conſideres: qui dictus eſt
et iacob: quō angelos intelligimus iſrael? Si interpretatio-
nem nois diſcutiamus quia et ipſe iacob: mutato nomine vo- Gen.32
catus eſt iſrael: magis ibi nomen iſrael: et vtinam et nos ſe-
quētes ſimus iſrael. Quid eni interpretatur iſrael? Uidens
deum. Omnes ergo ciues illius ciuitatis videndo deū gau-
dent in illa magna ciuitate et ampla et celeſti: ſpectaculum
eis deus ipſe eſt. Sed nos ab illa ciuitate peregrinamur:
peccato expulſi ne ibi remaneremus: et mortalitate pregra-
uati: ne illo rediremꝰ. Reſpexit deus peregrinationem no-
ſtram: et ille qui edificat hieruſalem: reſtituit lapſam partē.
Unde reſtituit lapſam partem? Diſperſiones iſraelis colli-
gens. Cecidit eni pars quedam: et facta eſt peregrina. Hāc
peregrinationē miſericorditer vidit deus: et queſiuit nō que
rentes ſe. Unde queſiuit? Quē miſit ad captiuitatē noſtrā?

Miſit

Roma.5 Miſit redemptorē: ſm qḋ ait Apoſtolus: Cōmendat inqt
deus dilectionem ſuam in nobis: quoniam cū adhuc pecca-
tores eſſemus: chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt. Miſit ergo ad
captiuitatem noſtram redemptorem filium ſuum: Porta in
quit tecum ſaccum: ferto ibi precium captiuorū. Induit eñ
ſe ille mortalitatem carnis: ⁊ ibi erat ſanguis quo fuſo redi-
meremur. Illo ſanguine collegit diſperſiones iſrael. Et ſi il-
le collegit olim diſꝑſos: quomodo ſatagendum eſt vt colli-
gantur modo diſperſi. Si collecti ſunt diſperſi: vt in manu
artificis ad edificium formarentur: quomodo colligēdi ſunt
qui de manu artificis inquietudine ceciderūt? Edificās hie-
ruſalem dominus. Ecce quē laudamus: ecce cui laudem to-
ta vita noſtra debemus? Edificans hieruſalem dominus: ⁊
diſperſiones iſrael colligens. Quomodo colligit? Quid agit
B vt colligat? [Qui ſanat contritos corde.] Ecce quomodo
colliguntur diſꝑſiones iſrael: vt ſanent͛ ꝯtriti corde. Qui cor
non ꝯterunt nō ſanātur. Quid eſt enim ꝯterere cor? Notum
ſit chariſſimi: fiat vt ſanari poſſitis. Dictum eſt enim multis
aliis ſcripturarū locis: ⁊ maxime illo loco voce noſtra quidā
Pš.50. cantans dicebat: Quī ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem: Vtiqꝫ
deo dicebat: Si voluiſſes ſacrificiū dediſſem vtiqꝫ: holocau-
ſtis autem nō delectaberis. Quid ergo? Sine ſacrificij obla-
tione remanebimus? Audi quid te velit offerre: Sequitur ⁊
Ibidem. dicit: Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus: cor ꝯtritū ⁊ hu-
miliatum deus nō ſpernit. Sanat ergo ꝯtritos corde: qꝛ il-
Pš.33. lis ꝓpinquat vt ſanet: ſicut dicit͛ in alio loco: Prope eſt dñs
his qui obtriuerunt cor. Qui obtriuerūt cor? Humiles. Qui
non obtriuerūt cor? Supbi. Cōtritum ſanabitur: elidet͛ ela-
tum. Ad hoc enim forte eliditur: vt ꝯtritum ſanetur. Ne ve-
lit ꝗ fratres cor noſtrū eē erectū: anteꝗ̄ ſit rectū. Male eri-
D gitur qḋ non primo corrigit͛. Qui ſanat ꝯtritos corde: [Et
alligat ꝯtritiones eorū.] Sanat inquit ꝯtritos corde: ſanat
ꝗ humiliatos corde ſanat ꝯfitentes ſanat ſeipſos puniētes
in ſeſeuerū iudiciū exercentes: vt poſſint eſſe illius miſericor-
1.Cor.15 diam ſentiētes. Tales ſanat: ſed perfecta eorū ſanitas tranſ-
acta mortalitate fiet: quando corruptibile hoc induerit in-
corruptionem: ⁊ mortale hoc induerit immortalitatem: Quī
nihil erit qḋ ex carnis labe ſollicitet: nō ſolum nihil cui ꝯſen-
tiamus: ſed nihil qḋ ſuggeratur ex carne. Etenim modo fra-
tres mei quāte illicite delectationes animū tangunt: quibus
eis non ꝯſentiamus: vt membra noſtra iuſtitie ſeruiant: nō
iniquitati: Tamē vel delectari talibus: ⁊ ſi nō ꝯſentis: nōdū
eſt pfecta ſanitas. Sanaberis ergo: corde ſanaberis ꝯtrito.
Noli erubeſcere: ꝯtere cor: Tales ſanat deus. Sꝫ qd ago in-
Roma.7 quies modo? Cōdelector enim legi dei ſm interiorē hominē:
Video autem aliā legem in membris meis repugnantem le-
gi mētis mee ⁊ captiuū me ducentem in lege peccati. Quid
agis? Contere cor: ꝯfitere: age: dic ſequentia: Infelix ego ho-
mo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc eñ di-
cere: infelix homo: iā cor ꝯterere eſt. Ille ſperet felicitatem:
Ibidem qui ꝯfitet͛ infelicitatem. Dic ergo: Infelix ego hō: quis me
Ubi. ſ. liberabit de corpore mortis huius: vt reſpōdeatur ibi: Gra-
dei ꝑ ieſum chriſtū dñm noſtrū. Quomodo autem liberabit
ipſa gratia dei? vñ nūc pignus accepim⁹? Audi eūdē Apl'm:
Roma.8 Corpus quidē inqt mortuū eſt ꝓpter pctm̄ ſpūs aūt vita eſt
propter iuſtitiā. Si ergo ſpiritus eius qui ſuſcitauit ieſum
chriſtum ex mortuis habitat in vobis: qui ſuſcitauit ieſū xp̄m
a mortuis: viuificabit ⁊ mortalia corpora veſtra ꝑ inhabitan-
tem ſpiritū ei⁹ in vobis. Hoc ꝗ pign⁹ accepit ſpūs noſter: vt
incipiamus fide ſeruire deo: ⁊ ex fide appellari iuſti: Quī iu-
Roma.1. ſtus ex fide viuit. Quicqd aūt nobis adhuc repugnat et re-
Roma.8 ſiſtit de mortalitate carnis eſt: ⁊ hoc ſanabit͛. Viuificabit eñ
inquit ⁊ mortalia corpora veſtra ꝑ inhabitantē ſpiritū eius
in vobis. Ad hoc pignus dedit: vt compleat quod promiſit.
Quid ergo nūc in hac vita: qñdo adhuc cōfeſſores ſumus:
nondū poſſeſſores? Quid in hac inuita? Quid fiet? Quō du-
rabitur? Sanat contritos corde. Sed perfecta ſanitas tunc
erit quādo diximus. Nunc ergo quid? Alligat contritiones
eorū. Qui curat inquit ꝯtritos corde: quorū pfecta ſanitas in
reſurrectione iuſtorū erit: alligat modo ꝯtritiōes eorū. Que
I ſunt alligamēta cōtritionū? Sicut medici alligāt fracturas.
Aliquādo eñ intelligāt ⁊ ex hoc charitas veſtra: ⁊ notū eſt
eis qui aiaduerterūt vel a medicis audierūt: aliqñ praue et
diſtorte firmata: vt corrigant medici frangūt: ⁊ faciunt vul-
nus nouū: qꝛ mala erat ſanitas praua. Sic ergo recte ſunt Eccl.5
inquit ſcriptura vie dñi: ſed prauicordius in illis ſcandaliza-
bitur. Quid eſt prauicordius? Torticordius: tortum cor ha-
bens: Putat torta eſſe oīa que dicuntur a deo: putat praua ſ.Pš.44.
eſſe oīa que fecit deus: ⁊ diſplicent illi oīa iudicia dei: maxi-
meqꝫ in qbus ipſe corripitur: ⁊ ſedet ⁊ diſputat ꝙ̄ male fa-
ciat deus: qꝛ nō pro eius volūtate facit. Diſtortū cor: prauū
cor eſt: qḋ nō ſe corrigit ad deū: ⁊ deum vult diſtorqre ad ſe.
Quid ꝗ ei dicit de⁹ deſup? Tort⁹ es: equus ſum. Si tu rect⁹
eſſes: ſentires ⁊ ſitires equitatem meam. Quēadmoduꝫ ſi
in pauimentū equale poneres diſtortum ligniū: nō colloca-
retur: vndiqꝫ nutaret: vndiqꝫ agitaretur: qḋ nō loci inequali-
tas: ſed diſtortio ligni facit: ſicut ait ſcriptura? Quā bonus Pš.72.
iſrael deus rectis corde: Quid ergo tortū eſt cor? Quō diri-
gitur? Et tortū eſt ⁊ durū. Iam ergo tortū ⁊ durū frāgatur:
cōteratur vt dirigat͛. Tu dirigere cor tuū nō potes: Tu frā-
ge: ille dirigat. Quō tu frāgis? Quō tu cōteris? Confitēdo:
puniendo pctā tua: Quid aliud ſignificat pectorū tunſio: niſi
forte putamus oſſa noſtra aliqd peccaſſe cū cedimus ⁊ tūdi-
mus pectus? Sed ſignificamus nos cor conterere: vt a dño
dirigatur. Sanat ergo cōtritos corde: ⁊ contritū cor haben-
tes: Et ſanitas ipſius cordis tūc erit pfecta: cum ⁊ corporis
reparatio implebit͛ que ꝓmiſſa eſt. Nunc interea quid facit K
medicus? Alligat cōtritiones tuas: vt tu poſſis ꝑuenire ad
pleniſſimā firmitatē: donec cōſolidetur qḋ fractū eſt: qḋ alli-
gatū eſt. Que ſunt iſta alligamēta? Tēporalia ſacramenta.
Alligamenta medicinalia ſunt ꝯtritiones noſtre: ſacramen-
ta interim tꝑalia qbus habemus ꝯſolationē: Et iſta omnia
q̄ loqmur vobis: ipſa que ſonāt ⁊ tranſeūt. qcquid in eccleſia
geritur tꝑaliter: alligamēta ſunt ꝯtritionū. Quēadmodum Mat.22
eñ medicus perfecta ſanitate detrahit ligaturā: ſic in illa ci-
uitate hieruſalem cū equales angelis facti fuerimus. Nam
quid putatis? Ibi nos accepturos eſſe qḋ hic accepimus?
Aut ibi recitandū eſt nobis euāgelium: vt fides noſtra per-
maneat? Aut imponēda eſt man⁹ ab aliquo prepoſito? Iſta
omnia alligamēta fracture ſunt: ſed perfecta ſanitate detra-
hentur. Sed ad eam non ꝑuenire͛: niſi alligarent͛. Sanat
ergo ꝯtritos corde: ⁊ alligat ꝯtritiōes eorū: [Qui numerat
multitudinem ſtellarum: ⁊ omnib⁹ eis noīa † vocās.] Quid Al. † vocat
magnū deo: numerare multitudinē ſtellarum? Hoc ⁊ homi- L
nes conati ſunt. Viderūt vtrum implere potuerint: Non tñ
conarentur: niſi ſe impleturos eſſe ſperarent. Illis dimitta-
mus quid potuerint: ⁊ quouſqꝫ ꝑuenerint: Deo aūt non pu-
to eſſe magnū numerare oēs ſtellas. An forte numerum ne
obliuiſcatur: recenſet? Et magnū eſt aliquid deo ſtellas nu- Mat.10.
merare: cui capilli capitum numerati ſunt? Manifeſtum eſt
fratres aliquid velle deū intelligere nos in eo qḋ ait: Qui
numerat multitudinē ſtellarū: ⁊ oībus eis inquit nomina vo-
cans. Sunt ſtelle quedā lumina in eccleſia cōſolantia noctē M
noſtrā: oēs de qbus dicit Apls: in qbus apparetis tanꝗ̄ lu- 2.Pet.1.
minaria in mūdo: In iſta inquit natione tortuoſa ⁊ peruer-
ſa: in qbus apparetis tanꝗ̄ luminaria in mūdo: verbū vite
habentes: Illas ſtellas numerat deus. Oēs ſecū regnatu-
ros: oēs aggregandos corporis vnigeniti ſui numeratos hꝫ
⁊ numerat eos. Qui indignus eſt: nec numerabit͛. Et multi
crediderūt: vel multi ſe qualicūqꝫ adūbrata ſpecie fidei: po-
pulo eius applicuerūt: nouit tñ ille qd numeret ⁊ quid ven- Pš.39
tilet. Nā tanta eſt celſitudo euāgelij: vt fieret qḋ dictū eſt:
Annūciaui ⁊ locutus ſum: multiplicati ſunt ſuꝑ numerum.
Sunt ergo in ꝑplis ⁊ ſuꝑnumerarij quodāmodo. Quid eſt
ſuꝑnumerarij? Plus ꝙ̄ ibi futuri ſunt. Intra parietes iſtos
plures ſunt: ꝙ̄ futuri ſunt in regno dei: in illa hieruſalem ce-
leſti: ipſi ſuꝑ numerū ſunt. Aiaduertat quiſqꝫ vtrum luceat
in tenebris: vtrū in iniquitate ſeculi tenebroſa nō ſeducat͛:
ſi nō fuerit ſeductus nec victus: tanꝗ̄ ſtella erit: quā iā nu-
merat de⁹. Et oībus inqt noīa vocans: Ibi eſt totū ꝓmiū. N
Habemus noīa quedā: noīa apud deū. vt nouerit deus noīa
noſtra: hoc optare debemus: hoc agere: hoc ſatagere quātū
poſſumus: nō de alijs rebus gaudere: nec de donis qbuſdā
ſpūalib⁹. Videat charitas veſtra: Multa dona ſunt in eccle-
ſia: ſicut Apls dicit: Alij quidē ꝑ ſpiritū datur ſermo ſapien- 1.Cor.12
tie: alij ſermo ſcientie ſm eūdem ſpiritū: alij fides in eodem

ſpiritus:alij donatio curationũ:alij dijudicatio ſpirituũ:id eſt:
vt dijudicet inter bonos maloſq; ſpũs:alij linguarũ genera
alij ꝓphetia. Quãta dixit? Quãmulta dixit? Multi donis ta
Mat.7. libus male vſi:audiẽt in fine: Nõ noui vos. Et quid dicturi
ſunt in finẽ q̇ audient:nõ noui vos? Dñe:nõne in nomĩe tuo
ꝓphetauim⁹:ⱳ in nõĩe tuo demonia eiecimus: ⱳ in nõĩe tuo
virtutes multas fecimus? In nõĩe tuo oĩa iſta? Et q̇d dicam
eis? Nunq̃ noui vos:diſcedite a me oẽs q̇ operamini iniq̇
tatem. Quid eſt ḡ eſſe iam lumẽ celi ꝯſolans noctẽ: ⱳ qđ nõ
nõ vincat a nocte? Adhuc inq̇t ſupeminentiorẽ viam vobis
1.Cor.13 demõſtro. Si linguis hoĩm loquar ⱳ angeloꝝ: charitatẽ autẽ
aũt nõ habeã:factus ſum vt eramentũ ſonãs: aut cymbalũ
tinniens. Quale donũ eſt loq̇ linguis angeloꝝ ⱳ hoĩm? Ta
men ſi charitatẽ inq̇t nõ habeã:eramentũ ſum ſonans: aut
cymbalũ tinniens. Si ſciero inq̇t oĩa ſacramẽta ⱳ oẽm ſcien
tiam:ⱳ ſi habuero oẽm ꝓphetiam ⱳ oẽm fidẽ ita vt montes
trãſferã:quãta iſta dona ſunt? Charitatẽ aũt non habeã ni
quit:nihil ſum. Quale eſt illud donũ martyrũ ⱳ diſtributio
Ibidem nis rerũ ſuarũ? Et tñ ſi diſtribuero inquit oĩa mea pauperi
bus:ⱳ tradidero corpus meũ vt ardeat:charitatẽ autẽ non
habeã:nihil mihi ꝓdeſt. Qui ergo nõ habet charitatẽ: ⱳ ſi
ad tp̃s habet hec donã: auferent ei. Auferet ei qđ hꝫ:quia
quiddã nõ hꝫ: Et ip̃m quiddã hoc nõ habet vñ cetera tene
Mat.13. antur:ⱳ ipſe nõ pereat: Quid eſt illud qđ mõ ait dñs: Qui
habet addet ei:q aũt non habet: ⱳ qđ habet auferet ab eo?
Habet grãm poſſidendi:ſed nõ hꝫ charitatẽ vtendi. Quia ḡ
illud non habet:ⱳ qđ habet auferet ab eo. Propterea diſci
puli vt haberent charitatẽ quos volebat facere in celo ſtel
las ambulantes ſupeminentẽ viã ille q̇ numerat multitudi
nẽ ſtellarũ: ⱳ oĩbus eis nõĩa vocãs: cũ redirẽt diſcipuli quo
miſſi erant:exultauerũt ⱳ dixerũt: Dñe: ecce ſpũs immũdi
ſubiecti ſunt nobis ꝓpter nomẽ tuũ: Et ille q̇ numerat mul
titudinẽ ſtellarũ:ⱳ oĩbus eis nõĩa vocãs:ſciens multos di
Luce.10. cturos eſſe: Nõne in nomĩe tuo demonia eiecimus: q̇bus di
cturus eſt in finẽ: Nõ noui vos:q: eos nõ numerauit in mul
Ibidem. titudine ſtellarũ:nec eis nõĩa vocauit: Nolite inquit in hoc
gaudere q: ſpũs vobis ſubiecti ſunt:ſed gaudete q: nõĩa ve
ſtra ſcripta ſunt in celo. Qui nũerat multitudinẽ:ⱳ oĩb⁹ eis
Q nõĩa vocans. [Magn⁹ dñs noſter.] Impletus eſt gaudio:
eructauit ineffabiliter:neſcio q̇d dicere nõ valebat:ⱳ cogita
bat quõ valebat. Magnus dñs noſter: [Et magna virtus
Ar.† ſapi eius:ⱳ † intelligentie eius nõ eſt numerus.] Ille ipſe q̇ nu
entie. merat multitudinẽ ſtellarũ: numerari nõ põt. Magn⁹ dñs
noſter:ⱳ magna virtus eius: ⱳ intelligentie eius nõ eſt nume
rus. Quis hoc exponat? Quis digne vel cogitet qđ dictum
eſt: Et intelligentie eius nõ eſt numerus? Atq; vtinã infun
dat ſe nobis:ⱳ vbi nos deficimus:q: ipſe potens eſt:ipſe illu
ſtret mentes vr̃as:vt ſciatis q̇d ſit: intelligentie eius nõ eſt
numerus. Videtis eñ fratres: Nunq̇d eſt numerus arene?
Mat.10. Nobis nõ eſt:deo eſt. Cui capilli capitis noſtri oẽs numera
ti ſunt:ⱳ arena numerata eſt. Quicq̇d ḡ finitũ mundus iſte
cõplectitur:etiã ſi nõ hoĩ:tñ eſt deo:parũ dico deo: angelis
12. de ciui numeratũ eſt. Intelligentie eius nõ eſt numerus. Excedit
tate.ca.18 oẽs numerarios intelligentia eius: numerari a nobis non
põt. Ip̃m numerũ quis numerat? Numero numerant que
cũq; numerãtur. Si quicq̇d numerat: numero numeratur:
numeri nõ poteſt eſſe numerus. Numerari numerus nullo
pacto põt. Quid ergo eſt apud deũ? Vñ fecit oĩa: ⱳ vbi fecit
Sap.11. oĩa:cui dr̃: Oĩa in menſura ⱳ numero et põdere diſpoſuiſti?
Aut quis ipſam menſurã:ⱳ ip̃m numerũ:ⱳ ip̃m pondus vbi
deus oĩa diſpoſuit:aut numerare põt:aut metiri:aut appẽ
dere? Ergo intelligentie eius nõ eſt numerus. Cõticeſcant
humane voces:requieſcant humane cogitatiões: Ad incom
.P prehenſibilia nõ ſe tendãt quaſi cõprehenſuri:ſed tãq̃ par
ticipaturi. Participes eñ erimus. Nã hoc qđ capimus eri
mus:nec totũ capiemus:ſed participes erim⁹: q: dictuꝫ eſt
de hieruſalem cui⁹ diſpoſitiones colligit: dictũ eſt de illa quiddam
Pſ.121 magnũ: Hieruſalẽ que edificat vt ciuitas: cui⁹ participatio
eius in idip̃m. In idip̃m quid ait:niſi q mutari nõ põt? Ce
tera q̇ ſunt creata:aliter ⱳ aliter poſſunt eſſe: qui aũt crea
uit:aliter ⱳ aliter nõ põt eſſe. Idip̃m ḡ ille eſt: qui dictũ eſt
Pſ.101. ei: Mutabis ea ⱳ mutabũtur: tu aũt idem ipſe es: ⱳ anni tui
non deficient. Igitur ſi ipſe idem ipſe eſt:ⱳ mutari ex nulla
parte põt:participando eius diuinitatẽ:erimus et nos im
mortales in vitam eternã. Et hoc nobis pignus datũ eſt de
filio dei qđ iam dixi ſanctitati veſtre:vt anteq̃ efficeremur
participes imortalitatis ipſius: fieret ipſe prior particeps
mortalitatis noſtre. Sicut aũt ille mortalis:nõ de ſua ſub
ſtantia:ſed de noſtra:ſic nos imortales:nõ de noſtra ſubſtã
tia ſed de ipſi⁹. Participes ḡ erimus:nemo dubitet:ſcriptu
ra hoc dixit. Et cuius rei participes erim⁹? quaſi partes ſint
apud deuꝫ:aut p partes diuidat deus? Quis ergo explicat
quõ ſint participes vnius ſimplicis multi? Non ergo exigas
tis qđ apte ante dici non poſſe puto q̃ videatis: ſed redite
ad remediũ ſaluatoris:cõterite cor: cõfringatur animi du
ricia:cõteratur animi duricia:conteratur animi pertinacia:
accuſetur in malo:renaſcatur in bono:diriget ipſe:alligabit
fracturã:conſolidabit ſanitatem:ⱳ nõ erunt tam impoſſibi
lia nobis que modo impoſſibilia ſunt. Bonũ eſt eñ vt cõfi
teatur infirmitatẽ:qui vult ꝑuenire ad diuinitatẽ. Intelligẽ
tie eius nõ eſt numerus. Ideo quid debeas facere in diffi
cultate intelligendi:oſtendit tibi cũ cõſequẽter dicit: [Su Q
ſcipiens mãſuetos dñs.] Verbi grã: Non intelligis:parum
intelligis:non ꝯſequeris. Honora ſcripturã dei: honora ver
bum dei:etiã nõ apertũ:differ pietate intelligentiam. Noli
ꝓteruus eſſe accuſare aut obſcuritatẽ: aut quaſi ꝑuerſitatẽ
ſcripture. Peruerſum hic nihil eſt: obſcurũ aũt aliquid eſt:
nõ vt tibi negetur:ſed vt exerceat accepturũ. Ergo quando
obſcurum eſt:medicus ille fecit vt pulſes. Voluit vt exerce
reris in pulſando:voluit vt pulſanti aperiret. Pulſando ex Mat.7.
erceberis:ⱳ exercitatus latior efficieris latior factus:capies
qđ donat. Ergo noli indignari qđ clauſum eſt. Mitis eſto:
manſuetus eſto. Noli recalcitrare aduerſus obſcura ⱳ dice
re: Melius diceretur:ſi ſic diceret. Quãdo eñ potes tu ſic
dicere aut iudicare quõ dici expediat? Sic dictũ eſt: quõ di
ci debuit. Non corrigat eger medicamẽta ſua. Nouit ea me
dicus modificare:ei crede qui te curat. Ideo quid ſequit?
Suſcipiens manſuetos dñs. Noli ergo reſiſtere aduerſus
clauſa dei:mãſuetus eſto:vt ſuſcipiat te. Si aũt reſiſtis:au ✱
di quid ſequat: [Humiliãs aũt peccatores vſq; ad terrã.]
Multa genera ſunt peccatoꝝ. Humilians aũt pctõres vſq;
ad terrã. Quos pctõres:niſi ꝯtrarios manſuetis? Ex eo q̇p
pe qđ ait: Suſcipiens mãſuetos dñs:humilians autẽ pctõ
res vſq; ad terram:ſpeciem quãdam peccatoꝝ ex predicta
mãſuetudine voluit intelligi:ⱳ peccatores ergo hoc loco im
mites:ⱳ eos qui mãſueti nõ ſunt: intelligimus. Quare hu
miliat vſq; ad terrã? Reprehendunt intelligibilia: terrena
ſenſuri ſunt. Hoc fecit ⱳ hohus q̇ voluerunt irridere legem
anteq̃ noſſent: Non eñ fuerunt manſueti. Intelligat chari
tas veſtra? Extitit quedã ꝓditiſſima ſecta maniſcheoꝝ: Ac
ceptas ſcripturas ⱳ lectas irriſit: Reꝑhendere voluit quod
nõ intelligebat:ⱳ exagitando ⱳ reꝑhendendo nõ intellecta
multos illaqueauit. Sed humiliati ſunt q̇ hoc facere volue
runt vſq; ad terram: Nõ ſunt ꝑmiſſi intelligere celeſtia:ter
rena ſapuerũt. Quicq̇d audis in fabulis ipſoꝝ: nõ niſi blaſ
phemia eſt:ⱳ quedã figmenta imaginũ corporaliũ: quãdo
quidẽ volentes intelligere deũ:vſq; ad lucis iſtius viſibilis
cogitationẽ venerũt:vltra ire nõ potuerũt: ⱳ tales campos
lucis fecerũt in regno dei:qualẽ viderunt hunc ſolem quaſi
fructũ lucis illius: Totũ aũt hoc qđ p terrã carnis tangitur:
terra eſt deo. Habemus enim vnde videamus:vnde audia
mus:vnde odoremus:vnde guſtemus:vnde tangam⁹. Ca
ro iſta p q̇nq; nũcios quoſdã quos appellamus ſenſus: per
cipit nõ niſi corporalia:intelligibilia vero ⱳ ſpũalia: mẽte ca
piũtur. Quia ergo illi obſcuritatẽ ſcripturarũ irriſerũt:que
ꝓpterea clauſa erat vt pulſantes exercerent:nõ vt paruulis
negarẽtur:humiliati ſunt vſq; ad terrã:vt cogitare ampli⁹
nõ poſſint:q̃ qđ per terrã ꝑcipitur. Per terrã q̇d dico? Per
carnẽ. Caro eñ iſta terra eſt:ⱳ de terra facta eſt. Quicq̇d p
oculos capis:ad terrã ꝑtinet:quicq̇d per aures:quicq̇d per
olfactum:quicq̇d per guſtũ:quicq̇d per tactũ ad terram ꝑti
net:q: per terrã percipit. Illi ḡ nõ valebant intelligere in
telligentiã cuius nõ eſt numerus: q: intelligentie eius non
eſt numerus: reꝑhendentes ſcripturas myſticas: myſticis
q̇buſdã rebus ſalubriter tegentes intelligentiã vt paruuli
exercerentur:ⱳ ipſa reꝑhenſione immites facti:quod cõtra
rium eſt

rium eſt manſuetis:humiliati ſunt vſq; ad terrã:vt incorpo
ralem deũ ſentire non poſſent:ꝛ quicquid de deo cogitarent:
nõ niſi corporaliter cogitarent. Humilians ergo eſt de⁹ pec
catores vſq; ad terram. Quid ergo debemus facere nos ſi
S nolumus humiliari vſq; ad terrã? Quia magnũ eſt ꝑficere
vſq; ad intelligibilia:magnũ eſt ꝑficere vſq; ad ſpũalia:ma
gnũ eſt eo ꝑuenire cor: vt nouerit eſſe aliq̃d qđ nõ per loca
extendatur:nec ꝑ tempora varietur. Qualis eſt enĩ ſpecies
ſapientie? Quis illã cogitet? Longa eſt? quadrata eſt? rotũ
da eſt? Modo hic ꝛ modo ibi eſt. Cogitat ſapientiã neſcio
quis in oriente:cogitat illã alius in occidente. Si bene illaꝫ
cogitãt:in tanta locoꝝ diuerſitate poſiti:ambobus ꝑſto eſt.
Quid eſt hoc? Quis illud capit? Iſtã ſubſtantiã:iſtã quãdã
diuinã incõmutabilẽq; naturam quis capit? Noli feſtinare:
Af. † pre cinite. poteris capere. Audi q̃d ſequit̃: ⌊† Incipite dño in ↄfeſſio
ne.⌋ Hinc incipe: ſi vis ꝑuenire ad intelligentiã perſpicuã
veritatis. Si vis a via fidei ꝑduci ad poſſeſſionẽ ſpeciei:in
cipe in cõfeſſiõe. Te prius accuſa: te accuſato: deum lauda.
Inuoca quẽ nõdũ noſti:vt veniat ꝛ ſciat̃: nõ vt ipſe veniat:
ſed vt te ad ſe ꝑducat. Quõ ipſe venit:vnde nunq̃ diſcedit?
Ipſa eſt enĩ ꝑfectio ſapientie. Vbiq; eſt:ꝛ lõge eſt a malis.
Vbiq; eſt inq̃ ꝛ longe eſt a malis qui vbiq; ſunt. Rogo vos
a quibus longe eſt qđ vbiq; eſt? Vbi putatis:niſi q: iacent in
diſſimilitudine ſua:exterminãtes in ſe ſilitudinẽ dei? Si diſ
ſimiles facti receſſerãt:reformati redeant. Vñ inq̃t reforma
bitur? Quãdo reformabimur? Incipite dño in confeſſione.
Af. † et. Poſt ↄfeſſionẽ quid? Sequãtur bona opa. ⌊† Pſallite deo
noſtro in cithara.⌋ Quid eſt: in cithara? Qđ iam expoſui:
ſicut illud in pſalterio pſalmus:ſic ꝛ cithara: nõ ſolum voce
ſed ꝛ opere. Pſallite deo noſtro in cithara. Ecce ↄfitemini:
opamini opera miſericordie: Pſallite deo noſtro. Cui deo
Alio † ope rit. noſtro? ⌊Qui † cooperit celum nubibus.⌋ Quid eſt: coope
rit celũ nubibus? Qui cõtegit ſcripturã figuris ꝛ ſacramẽtis.
T Ille qui humiliat peccatores vſq; ad terrã:ille e qui ſuſcipit
mãſuetos:cooperit celũ nubibus. Et q̃s videat celũ qđ co
opertũ eſt nubib⁹? Noli timere: Audi qđ ſequit̃: Qui coope
Af. † et. rit celũ nubibus: ⌊† Qui parat terre pluuiã:⌋ Qui coope
rit celũ nubib⁹: Expauiſti:q: nõ vides celũ:cũ plueris:fructi
ficabis:ꝛ ſerenũ videbis. Cooperit celũ nubib⁹:q̃ parat ter
re pluuiã: Forte hoc facit dñs deus noſter. Niſi enĩ habere
mus occaſionẽ obſcuritatis ſcripturarũ: iſta vobis nõ dice
remus q̃bus gaudetis. Hec ergo pluuia fortaſſe eſt ad quã
gaudetis. Exprimi vobis ꝑ linguã noſtrã nõ poſſet:niſi de⁹
nubibus figurarũ:celũ ſcripturarũ cooperiret. Ad hoc ḡ ille
cooperit celũ nubib⁹:vt paret terre pluuiã. Ad hoc obſcura
eſſe voluit dicta ꝓphetarũ:vt haberent poſtea ſerui dei qđ
interꝑtando influerent ſup aures ꝛ corda hoim excipientiũ
de nubibus dei ſaginã leticie ſpũalis. Qui cooperit celũ nu
Alio † pro ducit. bibus:q̃ parat terre pluuiã. ⌊Qui † exoriri facit in mõtibus
fenũ:ꝛ herbã ſeruituti hoim.⌋ Ecce fruct⁹ pluuie: Qui exo
Ps. 193 riri inq̃t facit in montib⁹ fenũ. Nunq̃d nõ ꝛ tu terra humilis?
V Sed q̃d magnũ eſt in mõtib⁹? Mõtes dicit excelſos ſeculi:
Aliqua magna dignitate ꝑditos:hoc loco mõtes accipe: Et
Marci. 12. nõ eſt mirũ:q: duo minuta miſit:neſcio q̃ vidua in gazophy
Luce. 19. laciũ:terra attulit fenũ:terra humilis. ꝛ mõs attulit:zache⁹
ille maior publicanoꝝ. Hoc enĩ erat mirabilius:q: mons at
tulit fenũ. Quãto enĩ elati ſunt hoies:tãto auari ſunt:ꝛ quã
to in hoc ſeculo maiores:tanto plus amant diuitias. Vñ ille
triſtis abſceſſit qui ↄſiliũ vite eterne petebat a dño:ꝛ appel
lauit eũ magiſtrũ bonũ dicens: Quid faciã vt vitã eternam
habeam? Et ille: Serua mandata. Que? Et dixit: Manda
Mat. 19. ta legis. Hec oia feci a iuuentute mea. Vnũ ſquit tibi deeſt:
Vis eſſe ꝑfectus? Vade vende oia tua que habes: ꝛ da pau
peribus:ꝛ habebis theſaurũ in celo: ꝛ veni ſeq̃re me. Quia
dixit dñs: Ecce mons es:accipe pluuiã: ꝛ da fenũ. Quid enĩ
daturus es? Nõne fenũ? Etenĩ iſta oia q̃ eccleſie ad neceſſi
tates ſeruiẽtiũ deo dantur a diuitibus: quid ſunt niſi fenũ?
Carnalia enĩ ſunt ꝛ ad tẽpus apparentia: Sed nõ inde ali
quid carnale cõquiritur? De rebus vilibus q̃d emas atten
1. Cor. 9. de. Apls enĩ ait oſtendens fenũ eſſe illud: Si nos vobis ſpi
ritualia ſeminauim⁹: magnũ eſt ſi carnalia veſtra metam⁹?
Et audi quia carnalia fenũ ſunt: Omis caro fenũ: ꝛ ois clari
Eſa. 40. tas hois vt flos feni. Ergo ille triſtis abſceſſit: Et ait dñs:

Quã difficile diues intrat in regnũ celoꝝ. Hoc ergo magnũ Mat. 19.
q: exoriri facit in montib⁹ fenũ? Et quõ exoriri facit in mon
tibus fenũ:ſi diues ille audito ꝙ res ſuas deberet dare pau
peribus:triſtis abſceſſit? Quõ poſtea rñdit apoſtolis cõtri
ſtatis? Que hoibus impoſſibilia ſunt:deo facilia ſunt. Ergo Ibidem.
ille exoriri facit in montibus fenũ:cui oia facilia ſunt. Nam
nihil eſſet ſterili⁹ duriſſimis mõtibus. Pluit ille q̃ facit exo
riri in montibus fenũ:ꝛ herbã ſeruituti hoim. Cui ſeruitu 2. Cor. 4.
ti? Ipm Paulũ attende. Nos aũt inquit ſeruos veſtros per
ieſum xpm. Qui dicebat: Si nos vobis ſpũalia ſeminauim⁹: 1. Cor. 9.
magnũ eſt ſi veſtra carnalia metamus? ſeruũ ſe dixit. Ser
uimus enĩ vobis fratres. Nemo ſe noſtrũ dicat quaſi maio
rem vobis eſſe. Erimus maiores:ſi fuerimus humiliores.
Quicũq; aũt vult eſſe maior veſtrũ:dñi ſententia eſt:erit ve Mat. 20.
ſter ſeruus. Ergo exoriri facit in montibus fenũ ꝛ herbã ſer X
uituti hoim. Paulus quidẽ apls manibus ſuis viuens: ipm
fenũ montiũ noluit accipere: Voluit indigere: ſed tñ mõtes
dabant fenũ. Nam quia ille noluit accipere:ꝓpterea mõtes
dare nõ deberent:aut ſteriles remanerent? Debetur pluuie
fructus:debetur ſeruo cibus: ſicut dñs ait: Mãducate que Mat. 10.
ab ipſis ſunt. Et ne putarent aliquid de ſuo donare. Dign⁹
eſt inquit operarius mercede ſua. Itaq; fratres qñ cõtigit
iam ex iſta occaſione aliq̃d loq̃ vobis: maxime q: loq̃mur:
talia nos nõ querentes a vobis:ꝛ ideo liberius dicim⁹: ſed
ꝛ ſi quereremus:fructum veſtrũ quereremus: ꝛ nõ veſtras
opes:ſed veſtrã iuſtitiã tantũ:tñ admoneo breuiter (qm̃ iã
multa diximus:ꝛ aliquãdo ſermo finiendus eſt) ſi vultis nõ
eſſe ſteriles:vt reddatis ꝓ pluuia fecũditatem: ne dãnetur Deu. 6.
poſtea ſterilitas veſtra. Minatur enim deus terre ſterili ꝛ
ſpinoſe ignem:ſicut fructuoſe horreũ parat. Efficite vt voſ
ipſos exigatis:efficimini exactores veſtri. Chriſtus tacitus
exigit:ꝛ maior eſt vox tacentis:q: in euãgelio nõ tacet. Non
enĩ vere tacet cum dicit: Facite vobis amicos de mãmona Luce. 16.
iniquitatis: vt et ipſi recipiant vos in eterna tabernacula.
Non tacet ipſe:audite vocem eius. Nemo enĩ a vobis põt S. ps. 103.
exigere:niſi forte exactione opus eſt:vt qui vobis in euãge trac. 3. O.
lio ſeruiũt:petant a vobis. Si ad hoc ventum fuerit vt pe
tant:videte ne quod vos a deo petiſtis fruſtra petatis. Er
go eſtote exactores veſtri:ne aliquid illi qui in euãgelio ſer
uiũt vobis:nõ dicam petere cogantur (nam forte nec coacti
petent) ſed ne ſilentio vos arguant. Vnde ſcriptũ eſt: Bea Ps. 40.
tus qui intelligit ſuper egenũ ꝛ pauperem. Cum dicit:q̃ in
telligit ſuper egenũ ꝛ pauperem:nõ expectat vt petat. In
telligite ſuper illum. Alius te querit indigens:alium tu de Luce. 6.
bes querere indigentẽ. Vtrũq; dictum eſt fratres mei: ꝛ oĩ
petenti te da modo lectũ eſt: Et in alio loco ſcriptura dicit:
Sudet elemoſyna in manu tua: quouſq; inuenias iuſtũ cui
eam tradas. Alius eſt q̃ te querit:aliuꝫ tu debes q̃rere: Nec
eum q̃ te querit relinquas inanẽ oĩ enĩ petenti te da. Sed
alius eſt quẽ tu debes querere: Sudet elemoſyna in manu y
tua:quouſq; inuenias iuſtum cui des. Nũq̃ hoc facietis: niſi
aliq̃d de rebus veſtris ſe poſiti habueritis: qđ cuiq; placet
pro neceſſitate rei familiaris ſue: tanq̃ debitum quaſi fiſco
reddendũ. Si nõ habet rempublicã ſuã chriſtus non habet
fiſcum ſuum? Fiſcus enĩ ſcitis quid ſit? Fiſcus enĩ ſaccus eſt: Cõcor. 12.
Vñ ꝛ fiſcelle ꝛ fiſcine dicũt̃. Ne putetis quia aliq̃s draco eſt q. 1. Exem
fiſcus: q: cũ timore audit̃ exactor fiſci. Fiſcus ſaccus eſt pu plũ. et ca.
blicus: Ipm habebat dñs hic in terra:qñ loculos habebat: hẽbat dñs
Et ipſi loculi inde erãt cõmiſſi: Iudam traditorẽ patiebat̃ Joan. 12.
dñs ꝛ furẽ:ꝛ in ipſo oſtẽdẽs vbiq; patientiã ſuã: Tñ illi q̃ cõ et. 13.
ferebãt in loculos dñi ↄferebant: niſi forte putatis: q: dñs Mat. 4.
ibat ꝛ petebat aut indigebat cui ãgeli ſuiebãt:q̃ de q̃nq; pa et. 14.
nibus tot milia hoium pauit. Quare ḡ habere voluit: niſi vt
daret exẽplũ mõtib⁹:vt parerẽt fenũ:ne ꝯ pluuiã ſterilitatẽ
redderẽt? Precidite ḡ aliq̃d ꝛ deputate aliq̃d fixũ:vel ex an
nuis fructibus:vel ex q̃tidianis queſtibus vr̃is. Nã q̃ſi diuiſo
videris dare: ꝛ neceſſe eſt vt trepidet manus tua:qñ illã por
rigis ad id qđ nõ debueras. Exime aliquã ptẽ redditũ tuo
rũ. Decimas vis: decimas exime:q̃ꝙ̃ parũ ſit. Dictũ eſt enĩ
q: phariſei decimas dabãt: Ieiuno bis in ſabbato:decimas Luce. 18.
do oĩm q̃ poſſideo. Et q̃d ait dñs? Niſi abũdauerit iuſtitia Mat. 6.
vr̃a plus q̃ ſcribarũ ꝛ phariſeoꝝ: nõ intrabitis in regnũ ce
loꝝ. Et ille ſup quem debet abũdare iuſtitia tua: decimas

dat:tu aūt nec milleſimā das. Quō enim ſupabis eū: cui nō
equaris? Qui coopꝫit celū nubib⁹: qui parat terre pluuiā:
Z qui exoꝛiri facit in montibus fenū ⁊ herbā ſeruituti hoīm:
al.†Qui. ⌊†Et dat †pecoꝛibus eſcam ipſoꝝ.⌋ Pecoꝛa iſta dicit gre
†iumētis ges dei. Non fraudat deus gregem ſuū eſca ſua p homies
quoꝝ ſeruituti herbā facit exoꝛiri. Unde dicit Apl's: Quis
1.Coꝛ.9. paſcit gregē: ⁊ de lacte gregis nō percipit? Qui dat pecoꝛi
Al.†inuo bus eſca ipſoꝝ:⌊Et pullis coꝛuoꝝ† qui inuocant eū.⌋ Hoc
cantibus forte putabimus: quia coꝛui deū inuocant vt det illis eſcam?
Ne hoc cogitetis: irrationalē aīam inuocare deū. Nō nouit
anima inuocare deum niſi ſola rationalis. In figura accipi
te dictum: nec putetis (ſicut impij quidam dicunt) reuolui
animas humanas ad pecoꝛa: ad canes: ad poꝛcos: ad coꝛ
Heb.1. uos. Hoc a coꝛdibus veſtris excludite: et a fide veſtra. Ani
ma humana facta eſt ad imaginem dei: non dabit imaginē
ſuam carni ⁊ poꝛco. Quid eſt ergo: Et pullis coꝛuoꝛum qui
inuocant eum? Qui ſunt pulli coꝛuoꝛum? Iſraelite ſe ſolos
iuſtos eſſe dicebant: qui legem acceperant: ceteros omnes
omniū gentium homines peccatoꝛes dicebant. Et vere om
nes gentes in peccato: in idololatria: in adoꝛatione lapidū
atqꝫ lignoꝛum erant. Sed nunquid ſic remanſerunt? Et qd
ipſi? Etſi non niſi ipſi coꝛui patres noſtri: tamen pulli coꝛ
uoꝛum noſipſi inuocamus deum. Dat pecoꝛibus eſcam ipſo
rum: et pullis coꝛuoꝛum qui inuocant eum. Ipſi ſunt pulli
1.Pet.1. coꝛuoꝛum: quibus dicit Petrus: Quia non coꝛruptibili ar
gento vel auro redempti eſtis de ſuperuacua veſtra cōſue
tudine a parentibus veſtris tradita. Proficientes enim pul
li coꝛuoꝛum qui ſimulacra colere videbantur parentum ſuo
rum: conuerſi ſunt ad deum. Et audis modo pullum coꝛui
inuocantem vnum deum. Quid ergo? Dimiſiſti parentem
tuum: dicis pullo coꝛui? Dimiſi plane. Ille enim coꝛuus nō
Al's† foꝛti inuocans deum: ego pullus coꝛui inuoco deū. Et pullis coꝛ
tudine. uoꝛum qui inuocant eum. ⌊Non in †potentatu equi volun
Z tatem habebit.⌋ Potentatus equi eſt ſuperbia. Uidetur
enim equus veluti ad ſuggeſtum hominis accōmodatus: vt
altioꝛ incedat. Et reuera eſt in eo ceruix indicans quādam
ſuperbiam. Non ſe extollant homines in ſuis dignitatibus:
non ſe ſublimes putent honoꝛibus: caueāt ne in equo indo
mito pꝛecipitentur. Uide enim quid dictum eſt in alio pſal
Pſ̄.19 mo: Hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine dñi
dei noſtri magnificabimur: Hoc eſt illi in honoꝛibus tempo
Ibidem ralibus: nos in nomine dñi dei noſtri magnificabimur. Pꝛo
pterea illis quid accidit? Uidete quid ſequitur: Ipſi obliga
Al.†tibijs ti ſunt pedes ⁊ ceciderūt: nos autem ſurreximus ⁊ erecti ſu
†bñplaci mus. Nō in potentatu equi: voluntatem habebit. ⌊Nec in
tū erit ei. †tabernaculis viri †bene ſentiet.⌋ In tabernaculis inquit
viri. Eſt enim tabernaculum domini: ipſa ſancta eccleſia to
to oꝛbe diffuſa. Heretici diuidentes ſe ab eccleſie taberna
culis: ſibi tabernacula poſuerunt: Non in ipſis tabernacu
Pſ̄. 83. lis viri bene ſentiet deus. Sed pullum coꝛuoꝛum attēde di
centem: Elegi abijci in domo dei magis q̄ habitare in ta
bernaculis peccatoꝛum. Etenī ſi alicui bono: pio: confitenti
infirmitatem ſuam: pullo coꝛui inuocanti deum contigerit
foꝛte in eccleſia carere honoꝛe tempoꝛali: nō it extra eccle
ſiam: non ſibi facit extra eccleſiam tabernaculum: in quo nō
bene ſentiat deus. Sed quid dicit? Elegi abijci magis in do
mo domini: q̄ habitare in tabernaculis peccatoꝛum. Nec in
Al's†Bñ tabernaculis viri bene ſentiet. Sed quid adiungit? ⌊†Be
placitū eſt ne ſentiet domin⁹ in timentibus eum: ⁊ in †his qui ſperant
dño ſup ti †in miſericoꝛdia eius.⌋ Bene ſentit domin⁹ in timētibus
mētes eū eum. Sed nūquid ſic timetur deus: quomodo ⁊ latro? Nam
†eis. et latro timetur: ⁊ beſtia timetur: et homo iniuſtus ⁊ potēs
†ſuper timetur multum. Bene ſentiet domin⁹ in timentibus eum.
D Sed quomodo timentibus? Et in his qui ſperant in miſeri
coꝛdia eius. Ecce timuit eum iudas traditoꝛ chꝛiſti: ſed nō
Mat.27 ſperauit in miſericoꝛdia ipſius. Poſtea enim penituit eū q
tradiderit chꝛiſtum: ⁊ dixit: Peccaui: qꝛ tradidi ſanguinem
Ibidem iuſtum. Bene quidem timuiſti: ſed ſi ſperares in miſericoꝛ
dia eius quem timuiſti. Ille deſperando abijt: ⁊ laqueo ſe
ſuſpendit. Ergo ſic time dominū: vt ſperes in miſericoꝛdia
eius. Si times latronem: ab alio ſperas auxilium: ⁊ non ab
eo quem times. Si ſic times poſcis auxiliū ab eo quem nō
times aduerſus eum quē times. Si ſic times deum: ⁊ ideo
times deum quia peccatoꝛ es: a quo accepturus es auxiliū
aduerſus deum? Quo iturus es? Quid facturus? Uis ab illo
fugere? Ad ipſum fuge. Uis fugere ab irato? Fuge ad placa
tum. Placabis enim eū: ſi ſperes in miſericoꝛdia ipſius: Atqꝫ
ita decetero peccare caueas: vt de preteritis deꝓcceris: vt tibi
dimittantur a domino: cui eſt honoꝛ ⁊ imperium cum patre
⁊ ſpiritu in ſecula ſeculoꝛum: Amen.

¶ Explicit Tractatus de pſ̄. cxlvj.

¶ Incipit Tractatus de pſ̄. cxlvij.

¶ Pꝛefatio.

Meminit charitas veſtra de pſalmo quem modo can A
tauimus: in hodiernum diem nos diſtuliſſe ſermo
nem. Ipſe enim erat: ⁊ de die dominico lectus eſt: ⁊ tractan
dus ipſe ſuſceptus eſt. Sed qꝛ euangelica lectione tunc per
moti pꝛe magnitudine timoꝛis noſtri ⁊ veſtre vtilitatis im
moꝛati ſumus in eo quod nobis dominus diem nouiſſimum
cōmendauit: cautoſqꝫ nos ⁊ vigilantes expectare voluit ad
uentum ſuū: terrens etiam exemplo: ne dānaret iudicio: ſic
futurum dicens aduentum filij hominis: ſicut in diebus Mat.24
noe manducabant ⁊ bibebant: emebant: vendebant: nube Luce.17.
bant: vxoꝛes ducebant: donec introiret noe in arcam: ⁊ venit
diluuium ⁊ perdidit omnes. Solliciti ergo ⁊ magno timoꝛe
pcuſſi: quis enim ſi credit non timeat? In eo ſumus quan
tum potuimus imoꝛati: vt de veſtris moꝛibus vitaqꝫ veſtra ⁊
omniū noſtroꝝ ſermo ꝑduceretur: quo poſſimus illū diem
non ſolum ſecuri expectare: ſed etiam deſiderare. Si enim
amamus chꝛiſtum: vtiqꝫ aduentū eius deſiderare debem⁹.
Peruerſum enim eſt (⁊ neſcio vtrum verū) quem diligis: ti
mere ne veniat: oꝛare: Adueniat regnum tuum: ⁊ timere ne Mat.6.
exaudiaris. Unde autem timoꝛ? Quia iudex venturus eſt?
Nūquid iniuſtus? Nunquid maliuolus? Nunquid inuidus?
Nunqd poſtremo ab altero expectans noſſe cauſam tuam:
ne foꝛte ille quem inſtruxiſti: vel ꝑuaricatiōe te decipiat: vel
minoꝛi facundia ⁊ facultate deficiens: innocentie tue bonū
verbis demonſtrare modo non poſſit? Nihil hoꝛum. Quis
ergo venturus eſt? Quare non gaudes? Quis venturus eſt
iudicare te: niſi qui venit iudicari pꝛopter te? Nō timeas ac
cuſatoꝛem de quo ipſe dixit: Pꝛinceps huius mundi miſſus Joan.12.
eſt foꝛas. Non timeas malum aduocatum: Ille eſt tibi mo
do aduocatus eſt: qui tunc iudex futurus eſt. Ille erit: ⁊ tu:
⁊ tua cauſa: Sermo cauſe tue: teſtimonium conſcientie tue.
Quiſquis ergo futurum iudicem times: pꝛeſentem conſcien
tiam tuam modo coꝛrige. Parum ne tibi eſt q pꝛeterita nō
requiret? Sine reliquo ſpacio tempoꝛis tunc iudicabit: ſed
quod cum tanto ſpacio tempoꝛis modo p̄cipit: tunc etiam
coꝛrigi non licebit. Modo quis pꝛohibet? Hoc cum vehemē
ter cōmendaremus dominico die: quia reuera: quia pꝛope:
hoc ſolum dicendum eſt: nō parum tempoꝛis effluxit: ⁊ co
acti ſumus hunc pſalmū ſuſceptum ad tractandum in hunc
diem differre. Modo ipſe pꝛeſto eſt: intendamus in eum: B
immo in deum: qui hos ſermones per miſericoꝛdiam ſuam
in ſpirituſancto diſpenſare dignatus eſt: ita vt ipſe nouit ex
pedire infirmitatibus noſtris. Quis enim eger: conſilium
dare medico audet? Cum legeretur credo aut omnes aut
multos veſtrum animaduertiſſe q habeat aliquos verſus
ad quos aperiēdos pulſandum eſt: maximeqꝫ vbi ait: Qui
dat niuem velut lanā: nebulam velut cinerem ſpargit: Qui
mittit cryſtallum ſuum velut fruſta panis: in faciem frigo
ris eius quis ſubſiſtet? His enim auditis quiſquis ea acci
pit ad litteram: opera quidem diuina cogitauit. Quis enim
dat niuem niſi deus? Et quis nebulā ſpargit niſi deus? Cry
ſtallum quis durat niſi ipſe deus? Et habent hec tria ſimili
tudines congruas appoſitas. Neqꝫ enim diſſimilis eſt lana
niui: aut cinis nebule: aut fruſta panis candido nitoꝛi: ⁊ can
doꝛi cryſtalli. Eſt enim cryſtallum ſpecies quedam in mo
dum vitri: ſed candidum eſt. Hoc autem genus traditur ab
eis qui nouerunt: vnde dubitare nō debemus: quoniā fide
liſſima ſcriptura teſtimoniū dicit. Traditur enim cryſtallus
durata per multos annos: et non reſoluta niue ita congela
ſcere: vt reſolutio non facilis ſit. Niues preterite hyemis ſu

eille diſſoluit eſtas adueniens. Non enī eis ad confirman-
dam duriciam acceſſit annoſitas. Ubi autē niues multe per
annos multos ſuper inuicem miſſe fuerint: et copia ſua violē-
tiam eſtatis euicerint: non eſtatis vnius: ſed multarum pre-
ſertim in his terre partib⁹: id eſt in aquilonia plaga vbi nec
eſtate ſol perferuentiſſimus inuenitur: ipſa diuturna et an-
noſa duricia reddit hanc ſpeciem: que cryſtallum dicitur. In-
tendat charitas veſtra. Quid eſt ergo cryſtallū? Nix eſt gla-
cie durata per multos annos: ita vt a ſole vel igne facile diſ-
ſolui non poſſit. Hoc propterea aliquanto diutius expoſui-
mus: quia multi ignorant: nec illi qui hoc forte norunt: de re
quam nouerunt oneroſum debent habere ſermonem adhi-
bitum: non propter ſe: ſed ꝓpter eos qui non nouerūt. Hec
ergo cum audiſtis perſonante lectore: non dubito vos diuer-
ſa cogitaſſe: dixiſſe aliquos: et verum dixiſſe: magna opera
domini: Unde particula quedam commemorata eſt: et ipſa
terrena: et ꝓpe omnibus annis nota: quomodo ningat de⁹:
C quomodo nebulam ſpargat: quomodo etiā cryſtallū ſolidet
alios dixiſſe ſibi. Putas ne ſine cauſa iſta in ſcripturis poſi-
ta ſunt: an vere hoc totum habent quod ſonant? Non nobis
aliqd innuit nix iſta: et lana: nebula et cinis: cryſtallus ⁊ pa-
nis? Sed quare ſic ſcriptura loqui voluit: per quedam quaſi
caligines ſimilitudinum? Quāto melius apertius loqueretur.
Quare vel quero vel heſito: qd ſibi illa verba exigāt? Qua-
re in audiendo vel laboro? Quare plerūq; audito pſalmo: in-
doctus abſcedo? Hoc eſt quod paulo ante dixi: Patere te cu-
rari: ita ſanādus es. Multum ſuperbus ⁊ preceps eſt eger:
qui et medicum monere audet etiam hominem. Conſilium
ne audebit dare eger medico? Ubi homo egrotat: ⁊ deus cu-
rat: magnum pietatis et ſanitatis indicium eſt. Anteq̄ ſcias
quare quid dictū ſit: crede ita dici debuiſſe vt dictū eſt. Hec
enim pietas faciet te capacem vt queras qd̄ dictum eſt: et
cum queſieris: inuenias: ⁊ cū inueneris: gaudeas. Aſſit ergo
nobis apud dominum deum noſtrum iſte affectus precum
veſtrarū: et ſi nō ꝓpter nos: certe ꝓpter vos donare digne-
tur: qd̄ hic abſconditum latet. Modo ergo putate nos qn̄
cuiuſdam ſpectaculi et editionis diuine diem ꝓmiſimus: pro-
nunciatis his verſibus ⁊ nōdū expoſitis: inuolutas quaſdā
editoris noſtri ſarcinas protuliſſe. Utiq; ad hoc inuolute pro-
D feruntur: vt euolute expectētur. Uos autē nō tātū intueri:
ſed et veſtiri paramini. Miſeramus autem die dominico: ſi
meminit charitas veſtra qui affuiſtis: ipſam euāgelicam le-
ctionem que nos diutius tenuit vt pſalmi expoſitio differre-
tur: cōgruam lectam fuiſſe eidem pſalmo. Hoc tunc diximus
ſed oſtendere nō valuimus: q: pſalmum diſtulimus. Hodie
Mat. 24. itaq; demonſtrāda eſt ⁊ ipſa congruētia. In euāgelica illa
lectione territi ſumus de die nouiſſimo: terror ille ſecurita-
tem parturit. Territi enim precauemus: precauentes ſecuri
erimus. Quomodo enim prepoſtera ſecuritas in terrores
impellit: ita ordinata ſollicitudo ſecuritatem parit. Territi
enī ſumus ne preſentē vitā deficientem: volaticam: trāſito-
riā ſic amemus: quaſi alia nulla ſit. Si enim alia nulla eſt:
amemus hanc. Si alia vita nulla eſt: feliciores nobis ſunt q̄
1. Corin. 15. ad amphitheatrum hodie vigilarunt. Quid enim ait Apl'us?
Si in hac vita tantum in chriſto ſperātes ſumus: miſerabi-
liores ſumus omnibus hominibus. Eſt ergo alia vita? In-
terroget quiſq; veſtrum in fide ſua: ſed dormit fides: Meri-
Mat. 8. to fluctuas: quia chriſtus dormit in naui. Jeſus enī dormie-
bat in naui: et nauis fluctuabat in aquis et tempeſtatibus
multis. Fluctuat ergo cor quādo chriſtus dormit. Chriſtus
ſemper vigilat: Quid eſt ergo: chriſtus dormit? Fides tua
dormit. Quid adhuc dubitationis tempeſtate iactaris? Ex-
cita chriſtum: Excita fidem tuam. Conſpice oculis fidei vitā
futuram: propter quam credidiſti: propter quam ſigno eius
ſignatus: qui propterea duxit hanc vitam: vt tibi oſtenderet
q̄ ſit cōtēnēda quam diligebas: et q̄ ſit ſperāda quam non
credebas. Si ergo fidem excitaueris: ⁊ oculos eius in nouiſ-
E ſima miſeris: futurūq; ſeculū in quo gaudebimus poſt alte-
rum domini aduentum: poſt iudicium peractum: poſt tradi-
tum iuſtis regnum celorum: ſi illam vitā cogitaueris: ⁊ illi⁹
vite negociū ocioſum: de quo ſepe locuti ſumus: chariſſimi:
non fluctuabit negocium noſtrum: Ocioſum negocium ple-
num ſolius dulcedinis: nulla interpellatum moleſtia: nulla
fatigatione ſauciatum: nulla nube perturbatum. Negocium
noſtrum quod erit? Laudare deum: amare et laudare: Lau-
dare in amore: amare in laudibus. Beati qui habitant in Pſ. 83.
domo tua: in ſecula ſeculorum laudabunt te: Quare: niſi q:
in ſecula ſeculorum amabunt te? Quare: niſi quia in ſecu-
la ſeculorum videbunt te? Hoc ergo fratres mei quale ſpe-
ctaculum erit in viſione dei? Uident homines venatorem In decre-
et delectantur. Ue miſeris ſi non ſe correxerint. Qui enim tis. 86. diſ.
vident venatorem et delectantur: videbunt ſaluatorem: et vident ho-
contriſtabuntur. Quid illis miſerius: quibus ſaluator ſaluti mines.
non erit? Non ergo mirum: quia illis quibus voluptati eſt
homo pugnans: non erit ſaluti deus liberans: Nos aut fra-
tres ſi nos in eius membris meminimus: ſi concupiſcimus:
ſi perſeueramus: videbimus et gaudebimus. Erit illa ciui-
tas purgatis omnibus ciuibus ſuis: nullo admixto ſeditio-
ſo aut turbulento. Inimicus ille qui modo inuidet ne ad il-
lam patriam veniamus: illic cuiq; inſidiari nō poterit: quia
nec eſſe ibi permittetur. Si enim modo excluditur de cor-
de credentium: quomodo excludetur de ciuitate viuētium?
Quid erit fratres: quid erit? Rogo vos eſſe in illa ciuitate:
de qua loqui tantum gaudium eſt: Huic future vite corda
preparare debemus. Quiſquis ei cor preparauerit: totū iſtā
contemnit: contempta iſta: ſecurum facit expectare diem:
de quo expectando dominus terruit. Cum ergo pſalmus F
iſte dicat nobis et cantet de illa vita futura: euangelium au-
tem terruerit de preſenti: pſalmus facit amorem future: euā-
gelium facit timorem preſentis. Nec de futura delectatione
tacetur in litteris noui teſtamēti: et multo magis in eis vbi
no tanq̄ inuolucris quibuſdam proferuntur illa que intelli-
genda ſunt: ſed ibi videntur aperta: vt hic intelligantur ob-
ſcura. Cum ergo dicit nobis euāgelium: Obſeruate diē no- Matt. 24.
uiſſimum vēturum: diem aduentus filij hominis: quia illos
male inuenturus eſt qui modo ſecuri ſunt: ideo q: peruerſe
ſecuri ſunt: Securi ſunt enim in voluptatibus ſeculi: cū de-
berent eſſe ſecuri domitis cupiditatibus ſeculi: Jam vtiq;
illi vite nos preparauit Apoſtolus in verbis que tunc etiam 1. Corin. 7.
cōmemoraui: De cetero fratres tempus breue eſt: Reliquū G
eſt vt qui habent vxores tāq̄ non habentes ſint: et qui emūt
tanq̄ non ementes: et qui gaudent tanq̄ non gaudentes: ⁊
qui flent tanquam non flentes: et qui vtuntur hoc mundo
tanquā non vtentes ſint: Preterit enim figura huius mun-
di: Uolo vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui gaudium totum
ſuum totamq; felicitatem ſuam conſtituit in manducan-
do: bibendo: vxorem ducendo: emendo: vendendo: vtendo
mūdo iſto: ſine ſollicitudine eſt talis: Sed preter arcam: ve-
lut a diluuio. Quiſquis autem ſiue mādūcat: ſiue bibit: ſiue 1. Corin. 10
aliud quid agit: omnia in gloriam dei facit: Et ſi aliqua tri-
ſtitia eſt de rebus ſecularibus: ſic flet vt intus in ſpe gau-
deat: Et ſi aliqua leticia eſt in rebus ſecularibus: ſic gau-
deat: vt intus ſpiritualiter timeat: nec donet ſe corrumpen-
dum felicitati: nec cedat aduerſitati frangendum. Hoc 1. Corin. 7.
eſt enim flere tanq̄ non flentem: et gaudere tanq̄ non gau-
dentem. Quiſquis et ſi: habet vxorē: eiuſq; infirmitati com-
patiens: reddit non exigit debitum: aut ſi propter propriā
infirmitatem ducit vxorem: plangens potius quia ſine vxo-
re eſſe non potuit: q̄ gaudens quia duxit: Quiſquis vendit Ibidem.
quod nouit: quia etſi maneret: beatum nō faceret: quiſquis
quod emit nouit quia tranſiet: Et de his omnibus ⁊ ſi abū-
dantibus: et ſi circumfluentibus non preſumit: facitq; et eo
quod habet miſericordiam cum eo qui non habet: vt et ipſe
accipiat quod nō habet ab illo qui omnia habet: Quiſquis
talis eſt: ſecur⁹ expectet diē nouiſſimū: quia nō eſt preter arcā
iam inter ligna imputribilia cōputatur: et quib⁹ arca fabri-
catur. Non ergo timeat venturū dn̄m: ſed ⁊ ſperet ⁊ deſide- Gen. 6.
ret. Nō enī veniet ille ad inferēdas penas: ſed ad finiendas
moleſtias. Hoc autē fit deſiderio illius ciuitatis. Quod er-
go monuit euangeliū: implet eius ciuitatis deſiderio quod
pſalmus cantat: ita congruit euangeliū huic cātico: Et quā
ciuitatē pſalmus iſte cantat: audiamus. Audiamus ⁊ cante-
mus gaudium noſtrum: Cum hoc audimus: cāticum dei no- H
ſtri eſt. Non enim tantum cantamus quando voce et labijs
ſonam⁹ cāticū. Eſt ⁊ cāticū int⁹ aſſunt labia: q: ſunt ⁊ aures
cuiuſdā int⁹. Uoce cātam⁹: vt nos excitem⁹: corde cātemus:

vt illi placeamus. ⌊Aggei ⁊ zacharie pſalmus⌋ dicitur. Ag
geus ⁊ zacharias prophete fuerunt. Erāt autem prophete
iſti iam in captiuitate hieruſalem illius que in terra portas
1. Eſdre. 5. uit vmbrā cuiuſdā celeſtis. In illius ergo ciuitatis captiui
tate cū eſſent in babylonia: ꝓphetauerunt ꝓphete iſti repa
rationem hieruſalem: ꝓphetauerunt ciuitatē nouā et repa
ratione veteris: liberato populo a captiuitate. Agnoſcimus
⁊ iſtā captiuitatē: ſi vere agnoſcimus noſtrā peregrinationē.
In hoc enī mūdo: in his tribulationibus ſeculi: in hac turba
multiplici ſcādalorum: quodāmodo in captiuitate gemim⁹:
ſed erigemur: prenūciatur ciuitas noſtra noua equalis fu
tura. Nam ⁊ poſt iſtoꝝ ꝓphetationem ⁊ viſibiliter cōtingit
vt totum explicaretur qđ ad pſoluēdam imaginem pertine
bat. Reparata eſt hieruſalem poſt ſeptuaginta annos capti
Hiere. 25. et. 29. uitatis. Sic Hieremias propheta ſeptuaginta annis ſepte
nario illo numero omnem volubilitatem huius tpis ſignat.
Septenario enim numero voluūtur dies hi (ſicut noſtis)
id eſt abeūt: ijdem redeūt. Poſt ſeptuaginta ergo annos cū
prophetauit Hieremias reparari ciuitatem hieruſalē (factū
eſt vt ⁊ ibi ſignificaretur imago futuroꝝ: Significatum eſt
nobis poſt omnem iſtam volubilitatem tpis: que ſeptena
rio numero voluitur) futurā illā ciuitatē noſtram iā in eter
nitate in vno die. In illa quippe habitatiōe tēpus nō volui
tur: quia habitator ibi nō labitur. Hāc cū viderent in ſpiritu
prophete: videbant illam: dicebāt de iſta: Sed hec dicebāt
de iſta: que in illam ducerent: ⁊ illa omnia que fiebant ſm
tempus: ſm corꝑales motiones: ſm actus hominum: ſigna
erāt et pnūciationes futurorum. Audiamus iam cantari
ciuitatem illam: et erigamur ad eam. Multum enim nobis
eam cōmendat ſpiritus dei: infundens nobis amorē illius:
vt ei ſuſpiremus: et in peregrinatione ingemiſcamus: et ad
illam venire deſideremus. Amemus illam: et ipſum amare
ambulare eſt. Ecce amemus illam ex ore ſancto ⁊ ex ore pro
phetico et dei ſpiritu dicentis.

¶ Expoſitio pſalmi.

C⌈†Ollauda hieruſalē dnm.⌋ In captiuitate adhuc cō
ſtituti: vidēt illos greges: immo vnū gregē olim ciuitā
Alīs † lau-da. vndiqꝫ collectoꝝ ad illam ciuitatē: Vidēt gaudiū maſſe poſt
trituras: poſt vētilationē iā miſſe i horreū: nihil timēt ſ: nihil
laboris ⁊ moleſtie patiētis: et adhuc hic poſiti: et in ipſa cō
I tritione conuerſantes: premittūt gaudiū ſpei: et anhelāt in
illā quaſi ꝯiungētes corda ſua angelis dei: et futuro illi po
pulo ſecum in gaudio permanſuro. Collauda hieruſalē do
minum. Quid enim facta es o hieruſalem? Trāſiet certe et
labor et gemitus: quid factura es? Aratura? ſeminatura? no
uellatura? nauigatura es? negociatura es? Quid factura es?
An in illis operibus q̄uis bonis ⁊ de miſericordia venienti
bus exerceri te, adhuc oportet? Conſidera numerū tuum: cō
ſidera vndiqꝫ ſocietatem tuam. Vide vtrum aliquis eſuriat
Matth. 25 cui porrigas panem. Vide ſi aliquis ſitiat: cui des calicē aq̄
frigide. Vide vtrū aliq̄s modo apud te peregrinus eſt quē
hoſpitio recipias. Vide vtrum aliquis ſit eger quē viſites.
Vide vtrum aliquis eſt qui litiget: quē concordes. Vide vtrū
aliquis moriatur quem ſepelias. Quid ergo factura es? Col
lauda hieruſalem dominū. Ecce hoc eſt negocium tuū. Si
cut ſolet in titulis ſcribi: vtere feliꝫ: collauda, hieruſalem do
minum. Eſtote hieruſalem: memētote de quibus dictū eſt:
Domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum redi
K: ges. Hi ſunt qui modo gaudēt talibus pompis: Inter illos
ſunt qui propterea hodie non venerunt: quia mun⁹ eſt. Cui
munus eſt? Cui damnum? Aut vnde munus? Aut vnde dam
nuꝫ? Non enim illi tantum qui talia edunt: damno feriunt:
ſed maiori damno percutientur qui talia libenter intuētur.
Illorum arca auro exinanitur: iſtorum pect⁹ iuſtitie diuitijs
expoliatur. Plangūt pleriqꝫ editores vendētes villas ſuas:
Quomodo debēt plangere ſpeculatores et peccatores pdē
tes animas ſuas? Ita ne ad hoc clamauit dns dominico die
vigilate: vt hodie ſic vigilaret? Obſecro vos o ciues hieruſa
lem: adiuro vos ꝑ pacem hieruſalem: per redēptorē: per ſtru
ctorē: per rectorē hieruſalē: vt cōuertatis pro illis preces ad
dominū: vt videāt: ſentiāt qꝫ: nugent: et multū intenti in illa
ſpectacula que illis placēt: aliquādo ⁊ ſe ſpectent: ſibiqꝫ diſ
plicéant. In multis enim iam factum gaudem⁹: Et aliquan
do nos quoqꝫ ibi ſedimus: ⁊ inſaniuimus: Et q̄ multos puta
mus ibi nūc ſedere: futuros nō ſolū chriſtianos: ſed etiā epi
ſcopos: Ex preteritis futura conijcim⁹: ex his que iam facta
ſunt: que deus facturus eſt pronunciamus. Vigilent preces
veſtre: Non gratis gemitis fratres. Prorſus illi qui euaſe
runt deprecantes pro his qui periclitātur: quia et ipſi fue
runt in numero periclitantiū: exaudiuntur: et abſtrahet de⁹
a captiuitate babylonie plebem ſuam: redimet omnino et
eruet: et perficietur numerus ſanctorum geſtantium imagi
nem dei. Non ibi erunt quorum imaginem deus in ciuitate Pš. 72
ſua ſpernet: et ad nihilum rediget: quia et ipſi in captiuitate
ſua et in ciuitate ſua: hoc eſt babylonia imaginē eius ad ni
hilum redegerunt. Erit ille populus laudans dominū: quē
preuidet modo ſpiritus prophetie: et dicit vt exultemus in
ſpe: et deſideremus ipſam rem. Collauda hieruſalē domi Z
num: ⌊Lauda deum tuum ſyō.⌋ Collauda: qꝫ ex multis cō 1. Corin. 10
ſtas. lauda: qꝫ vnū facta es. Multi inq̄t Apoſtolus vnum ſu
mus in chriſto ieſu. Quomodo ergo multi collaudam⁹: quō
vnū laudam⁹? Iidē multi q̄ vnū: qꝫ ille in quo vnū: ſemp vn⁹.
Quare inq̄t hec hieruſalē collaudo dnm: ⁊ laudo deū meū
ſyon? Que ſyon: ipſa hieruſalem: Diuerſis cauſis duo noia.
Hieruſalē dicta eſt viſio pacis: ſyon dicta eſt ſpeculatio. Vi
dete ſi aliud ſonāt iſta noia niſi ſpectacula: ne putent gētes
ſe habere ſpectacula: ⁊ nos non habere: Aliquando: dimiſſo
theatro: aut amphiteatro: cū ceperit ex illa cauea euomi tur
ba pditoꝝ aliquādo tenētes in aio phātaſias vanitatis ſue:
⁊ memoriā ſuam paſcētes rebus nō ſolū inutilibus: ſed et ꝑ
niciofis: gaudētes in eis tāq̄ in dulcib⁹: ſed peſtiferis: Vidēt
plerūqꝫ vt ſit trāſire ſeruos dei: cognoſcunt ipſo habitu: vel
veſtis vel capitis: vel forte notos habēt: ⁊ dicūt apud ſemet
ipſos vel ſecum: O miſeros iſtos: qđ pdunt? Fratres roge Pš. 10.
mus dnm ꝑ beniuolētiā ipſoꝝ: quia bonū illi putāt: bene no
bis volunt: Sed qui diligit iniquitatē: odit animā ſuā: Si
odit animam ſuā: quomodo amabit aiam tuā? Tamen ipſa
peruerſa ⁊ inanis ⁊ vana beniuolētia: dicēda beniuolētia nō
eſt: Dolēt nos pdere qđ amāt: orem⁹ ne pdā: qđ amamus.
Videte qualē hieruſalē exhortet ad laudem: vel potius pre
ſentiat laudaturā. Nō enī illi⁹ ciuitatis laudes tunc cū vide
bimus ⁊ amabimus ⁊ laudabimus: voce ꝓphetica exhortā
de ⁊ excitāde ſunt: ſed ꝓpterea modo dicūt hoc ꝓphete: vt
pote quātum poſſunt in hac carne cōſtituti: futura gaudia
beatoꝝ eructātes in aures noſtras: vt excitent amorē illius
ciuitatis. Ferueam⁹ deſiderio: nō ſimus ſpiritu pigri. Sed
videte qualem hieruſalē dicit laudaturā deū: ⁊ vnde lauda
turā: ꝑfectione quadā beatitudinis: Collauda inquit hieru
ſalem dnm: lauda deum tuū ſyon. Et quaſi diceret: vnde ſe Alīs † con-
cura laudabo? ⌊Quī † cōfirmauit⌋ inquit ⌊† vectes porta fortauit.
rum tuarū.⌋ Attendite fratres mei: Cōfirmauit inquit ve † ſeras.
ctes portarū tuarū. Vectiū cōfirmatio nō eſt portarū aper M
tarum: ſed clauſarum. Unde pleriqꝫ codices habēt: cōfirma
uit ſeras portarū tuarū. Attendat charitas veſtra. Conclu
ſam hieruſalem dicit laudare dnm. Collauda hieruſalē do
minum: lauda deum tuum ſyon. Collaudamus modo: lau
damus modo: ſed inter ſcādala: Multi quos nolum⁹ intrāt:
multi et ſi nolum⁹ exeūt: Ideo crebreſcūt ſcādala: Et qm̄ Mat. 24.
abūdauit iniq̄tas: ait veritas: refrigeſcit charitas multoꝝ: ꝑ
pter intrātes quos diiudicare non poſſum⁹: ⁊ exeūtes quos
tenere nō poſſum⁹. Quare hoc? Q: nōdū ꝑfectio nōdum illa
beatitudo. Quare hoc? Quia adhuc area: nondū horreū. Tūc
ergo qđ: niſi vt nō timeas tale aliq̄d futurum? Collauda enī
hieruſalē dnm: lauda deū tuū ſyon: Quoniā confirmauit ve
ctes portarum tuarū. Cōfirmauit: nōdū dixit: appoſuit tibi:
ſed cōfirmauit vectes portarū tuarū: Nemo exeat: nemo in N
tret. Nemo exeat gaudeamus: nemo intret timeam⁹. Nec Mat. 25.
hoc timeas cum intraueris: Dicit tantūmodo: eſto in nume
ro virginum que portarūt oleū ſecum. Virgines enī ille ani
mas ſignificant. Nō enī vere quinqꝫ erūt: ſed in quinqꝫ illis
milia ſunt. In numero illo quinario milia intelliguntur: nō
feminarum tantū: ſed et virorum: quia vterqꝫ ſexus dicit fe
mina: quia eccleſia: ⁊ vterqꝫ ſexus: hoc eſt eccleſia dicit vir
go. Deſpōſaui vos vni viro: virginē caſtam exhibere chriſto. 2. Corin. 11
Paucoꝝ eſt virginitas in carne: omniū debet eſſe in corde

Virginitas

Uirginitas carnis:corpus intactum:virginitas cordis:fides
incorrupta. Ergo dicitur virgo tota eccleſia: ⁊ maſculino ge
nere appellatur populus dei: Uterq; ſexus populus dei:et
vnus populus:⁊ vnicus populus:et vna eccleſia:⁊ vna colū
be:atq; in hac virginitate multa ſanctorum. Ergo quinq; vir
Matth.25 gines omnes animas intraturas in regnum dei ſignificāt:
non ſine cauſa quinario numero:quoniā quinq; ſunt corpo
ris ſenſus notiſſimi omnibus. Per quinq; enī ianuas intrat
aliquid per corpus ad animam: Aut per oculos intrat quod
concupiſcas male:aut per aures:aut per olfactū:aut per gu
ſtum:aut per cōtactum. Per has quinq; ianuas quiſquis nō
admiſerit corruptionem:inter quinq; virgines computatur.
Admittuntur autē corruptiones ꝑ illicita deſideria. Quid
aūt liceat et quid nō liceat:pleni ſunt libri ſcripturarum. Er
go opꝰ eſt vt ſis in illis quinq; virginibus? Non timebis qḋ
dictum eſt:nemo intret. Dicitur enim hoc:et fiet hoc. Sed
cum intraueris:nemo cōtra te claudet: Sꝫ te ingreſſo:clau
dentur porte hieruſalem:et firmabuntur vectes portarum
eius. Nā ſi tu eſſe volueris aut non virgo corde:aut et ſi vir
go inter fatuas virgines:foris remanebis:⁊ fruſtra pulſabis
O Que ſunt fatue virgines? Et ipſe quinq; ſunt que niſi ani
me que habent iſtam continentiam carnis:vt vitēt corrupte
las ab omnibus ſenſibus venientes:quos ſenſus iam enume
raui? Que vitent veluti corruptiones venientes vndiq;:⁊ nō
in conſcientia gerunt bonū ſuum corā oculis dei:ſed placere
inde volunt hominibꝰ:et iudiciū ſequuntur alienū. Fauores
vulgi aucupātur:viles ſibi ſunt:cum ſpectatoribus eſſe cha
ri volunt:non eis ſufficit cōſciētia: Merito non portāt oleū
ſecū. Oleū autē eſt ipſa gloriatio:propter nitorem ⁊ ſplēdo
rem. Sed quid dicit Apoſtolus? Uide virgines ſapiētes por
tātes oleū ſecū. Opus aūt ſuū ꝓbet vnuſquiſq;:et tūc in ſe
Gal. 6. metipſo habebit gloriā:⁊ nō in altero. He ſunt ergo v̄gines
Mat.25. ſapientes. Stulte aūt accendūt quidē lampades: Uidentur
quidē lucere opera earū:ſed deficiēt ⁊ extinguentur:q2 non
Ibidem. de oleo interiore paſcunt. Et dormiūt omnes tardante ſpō
ſo:quia ex vtroq; genere hominū obdormiſcūt in morte:et
de illis fatuis: ⁊ de his ſapientibꝰ tardante aduētu dñi:itu
ri in mortē iſtam corporalē ⁊ viſibilē:quā ſomni loco ſcriptu
ras ponere:notū eſt omnibꝰ chriſtianis:cū diceret de egro
tantibꝰ Apoſtolus: Propterea in vobis inq̄t multi infirmi ⁊
1.Corin.11. egri:⁊ dormiūt ſufficiēter. Dormiunt inq̄t:moriuntur. Sed
ecce venturus eſt ſponſus:et omnes ſurgēt:ſed non omnes
intrabunt. Deficiente opere ſtultarū virginū non habentiū
oleū cōſcientie:nō inueniēt a quibꝰ emāt:qḋ illis ſolebāt vē
dere adulatores. Ab irridētibꝰ enī dicitur.nō ab inuidentibꝰ
Mat.25. Ite emite vobis: Petierāt enī ſtulte a ſapiētibus ⁊ dixerāt
eis: Date nobis oleū:q2 faces noſtre extinguunt. Quid ille
ſapientes? Ne forte nō ſufficiat nobis ⁊ vobis:ite potius ad
vendētes et emite vobis. Hoc admonere erat: Quid vobis
modo proſunt a quibus emere ſoletis adulationem? Et cū
Ibidem. eunt inquit intrarunt ille:et clauſum eſt oſtium. Cū eunt cor
de:cum talia cogitant:dum ſe ab illa intentione alienant:et
retro preterita ſua recordantur:eunt quaſi ad vendentes:⁊
non inueniunt tunc fauentes:non inueniunt tunc laudantes
a quibus ſolebant laudari:et quaſi excitari ad bona opera:
non robore bone conſcientie:ſed incitamento lingue aliene.
Mat.25. Et illud quod dictum eſt:ne forte non ſufficiat nobis et vo
P. bis:magna conſideratione humilitatis dictum eſt. Oleum
enim quod geſtamus in conſcientia:iudicium eſt noſtrū de
nobiſmetipſis quales ſimus: Et difficile eſt vt de ſe quiſq;
perfecte iudicet:fratres mei:quantumlibet homo proficiat:
quantumlibet ſe ad interiora extendat:et preterita oblivi
ſcatur: Iam dicit ſibi:bene eſt:procedit regula de theſauris
Philip.3. dei:examinat liquidum:. Et quis gloriabitur caſtum ſe ha
Puerb. 20. bere cor? Et quis gloriabitur mundum ſe eſſe a peccato?
Iaco.2. Sed quid dicit ſcriptura? Iudiciū ſine miſericordia ei qui
non fecit miſericordiam. Quātūcūq; ꝓficias:ſperabis in mi
ſericordiā. Nā ſi iuſtitia ſine miſericordia ꝓlata fuerit:i quo
libet qḋ dānet inueniet. Que nos cōſolatur ſcriptura? Que
hortatur ad miſericordiā faciendam : vt omnino crebreſca
mus in erogādo qḋ amplius habemus. Multa autem ſup
flua habemus:ſi nō niſi neceſſaria tenea mus. Nā ſi inania
queramus:nihil ſufficit. Fratres:querite qḋ ſufficit opi dei:
nō qḋ ſufficit cupiditati veſtre. Cupiditas veſtra:nō eſt opꝰ
dei: Forma veſtra:corpus veſtrū:aīa veſtra :hoc totū opus
dei. Quere que ſufficiāt:⁊ videbis ꝙ pauca ſint. Uidue ſuffe Marci.12.
cerunt minuti nummi ad faciendam miſericordiā:ſuffecerūt
duo nūmi ad emēdum regnum dei. Ad veſtiēdos totiēs ve
natores:quid ſufficit editori? Uidete q2 non ſolū pauca ſunt
que vobis ſufficiāt:ſed nec ipſe deus multa a vobis querit.
Quere quātum tibi dederit:⁊ ex eo tolle qḋ ſufficit. Cetera
que ſuperflua iacent:aliorum ſunt neceſſaria. Superflua di
uitum:neceſſaria ſunt pauperum. Res aliene poſſidentur:
cum ſuperflua poſſidētur. Faciens ergo huiuſmodi miſeri Q
cordias:⁊ illam precipue que gratis conſtat : Dimitte ſicut
dimittimus:qua nō niſi charitatem erogas:que creſcit cum
erogas: Faciēs ergo ⁊ feruens in ipſis bonis opibus miſe
ricordie:que iam bona opa (vt iam diximus) tunc nō erunt
neceſſaria:quia nullus erit miſer in quem facienda ſit miſe
ricordia:expectabis ſecurus iudiciū:nō tam ſecurus de iuſti
tia tua:ꝙ ſecurꝰ de miſericordia dei:quia ⁊ tu miſericordiā
pꝛerogaſti. Iudiciū enī ſine miſericordia illi q̄ nō fecit miſe Iaco.2.
ricordiam: Superexaltat autem inquit miſericordia iudicium.
Ne putetis fratres quia tūc nō eſt iuſtus quādo noſtri non
miſeretur:aut recedit a regula iuſtitie ſue. Et cum dānat:iu
ſtus eſt:et cum miſeretur:iuſtus eſt. Quid enī tam iuſtum
ꝙ reddere miſericordiam prerogāti? Quid tam iuſtum:ꝙ Matth.7.
vt in qua mēſura menſi fueritis:in ea remetietur vobis? Da Roma.9.
egēti fratri. Cui fratri? Chriſto. Si ergo quia fratri chriſto:
et quia chriſto deo qui eſt ſup omnia benedictus in ſecula:
Deꝰ egere a te voluit:et tu manꝰ retrahis? Certe tu porri Eccli. 4.
gis manum:⁊ petis a deo. Audi ſcripturam: Nō ſit manus
tua porrecta ad accipiēdum:⁊ ad dādum collecta. Erogari
ſibi vult deus ex illo quod dedit. Quid enim das qḋ ille nō 1.Corin.4.
dedit? Quid enim habes quod non accepiſti? Aut vero non
dico deo:ſed cuilibet de tuo das aliquid? De illius das qui
iubet vt des. Pꝛerogator eſto non inuaſor. Hec ergo faciēs: Matth.25
⁊ ſi bona humilitate dicis de illo oleo:ne forte nō ſufficiat no
bis:intras ⁊ clauditur: Audi Apl'm hoc dicentem: Mihi au 1.Corin.4.
tem minimum eſt vt a vobis diiudicer. Quādo enim pote
ſtis diiudicare conſcientiam meam? Quādo examinare quo
animo facio quicquid facio? Quātum poſſunt homines de
alio iudicare? Plus homo vtiq; ipſe de ſe:ſed deus plus de
homine ꝙ homo de ſe. Ergo ſi talis fueris intrabis:in quinq;
illis virginibus eris:cetere fatue excludētur. Nam hoc ha Matth.25
bes in euāgelio. Claudetur oſtium : ⁊ ſtabunt ⁊ clamabunt:
aperi nobis:et non aperietur. Quī cōfirmauit vectes por
tarum tuarum. Cōfirmabit inquit vectes portarum tuarū.
ſecura iuſta : ſecura lauda:ſine fine lauda : Fortiter clauſe
ſunt porte tue:nō exit amicus : nō intrat inimicus. Confir
mauit vectes portarum tuarū. ⌊Benedixit ꝟ filios tuos in Alio ꝟ filijs tuis.
te ⌋ Nō vagātur foris:nō peregrinātur:intus gaudent:in R
tus laudant:intus benedicunt:intus nō parturiūt: quia iā
neminē pariunt. Filij ſunt:ſancti ſunt:iſti filij ſancti iam lau
dantes et gaudētes:parturiti ⁊ parti ſunt matre charitate:
incluſi ſunt colligēte charitate. Audi charitatē parturientē
filios:qua preditus Paulus aplś:nō ſolum paternum: ſed ⁊
maternū amorem cōgerens in filios et corrigēs: Filij mei Gal.4.
inquit quos iterum parturio. Cꝫ paulus eos parturiebat:
charitas eos parturiebat. Cum charitas eos parturiebat:
dei ſpūs parturiebat. Charitas enī dei diffuſa eſt i cordibꝰ Ro.5.
noſtris per ſpiritūſanctum qui datus eſt nobis. Ergo colli
gat quos parturiuit ⁊ peperit. Modo iam intus filij ſunt:ſe
curi ſunt: Uolarunt de nido timoris:volarūt in celeſtia:vola
runt in eterna:iā nihil metuūt tēpale. Benedixit filios tuos
in te. Quis? ⌊Qui poſuit fines tuos pacem.⌋ Quomodo 19.Decim. cap.11.
exultatis omnes? Hanc amate fratres mei. Multum dele SI
ctamur: quādo clamat de cordibus veſtris pacis dilectio.
Quomodo nos delectauit? Nihil dixeram:nihil expoſuerā:
verſum pronūciaui:⁊ exclamaſtis. Quid de vobis clamauit?
Dilectio pacis: Quid oſtendit oculis veſtris? Unde clama
tis ſi non amatis? Unde amatis ſi non videtis? Inuiſibilis
eſt pax. Quis eſt oculus quo viſa eſt vt amaretur? Neq; enī
acclamaretur:niſi amaretur. Hec ſunt ſpectacula q̄ exhibet
deus rerū inuiſibiliū. Quāta pulchritudine intellectꝰ pacis
corda veſtra percuſſit? Quid iam ergo loquar de pace : aut

de laude pacis? Preuenit omnia verba mea veſter affectus:
non impleo: Non poſſum: infirmus ſum. Differam⁹ omnes
laudes pacis ad illā patriā pacis. Ibi eam plenius laudabi
mus: vbi eam plenius habebimus. Inchoatā in vobis ſi ſic
amamus: perfectam quomodo laudabimus? Ecce hoc dico
o filij dilecti: o filij regni: o ciues hieruſalē: quoniā in hieru
ſalem viſio pacis eſt: ⁊ oēs q̄ habēt ⁊ amant pacē: benedicū
tur in ea: ⁊ ipſi intrāt cū claudunt porte: ⁊ firmant vectes.
hanc quā nominatā ſic amatis ⁊ diligitis: ipſam ſectamini:
ipſam deſiderate: ipſam in domo: ipſam in negocio: ipſam in
vxorib⁹: ipſam in filijs: ipſam in ſeruis: ipſam in amicis: ipſaꝫ
in inimicis diligite. Ipſa eſt pax quam non habēt heretici.
T Quid agit pax in hui⁹ adhuc regionis incertis: in iſta pere
grinatione mortalitatis noſtre: cū adhuc nemo eſt alteri cō
ſpicu⁹: nemo videt cor alteri⁹? Quid ait pax? De incertis nō
iudicat: incognita nō cōfirmat. Procliuior eſt ad bene credē
dum de homine: q̄ ad male ſuſpicandum. Nō ſe multū do
let errare: cū bene credit etiā de malo. Perniciosa aūt cum
male ſenſerit forte de bono: neſciens qualis ſit. Quid pdo ſi
credo q2 bon⁹ eſt? Si incertū eſt: Licet vt caueas ne forte ve
pſ.33. rum ſit: nō tamen dānes tāq̄ verū ſit. Hoc pax iubet: Que
re pacē ait: ⁊ ſequere eā. Hereſis q̄d monet? Dānat incogni
tos: dānat totū mūdū: Perijt tot⁹ mūd⁹: null⁹ eſt chriſtian⁹:
aphrica remanſit. Bene iudicaſti. De quo tribunali dicis
tu ſententiā in orbe terrarū? In quo foro ante te mūdus ſte
tit? Nolo mihi credas: ſed nec tibi. Chriſto credatur: ſpiritui
dei per prophetas credas: Legi moyſi credatur. Quid dixit
Geñ.12. et moyſes de futuris his temporibus: ad abraam dictū: In ſe
26. mine tuo benedicentur oēs gentes. An dubitas q̄d ſit ſemē
abrae? Puto q2 cū Apl'us dixerit non dubitabis: Aut ⁊ ſi de
Gal.3. Apoſtolo dubitabis: quare pax pax: ⁊ non eſt pax? Quid di
cit Apoſtolus? Abrae dicte ſunt promiſſiones ⁊ ſemini eius.
Non dixit: ⁊ ſeminibus tanq̄ in multis: ſed tāq̄ in vno: et ſe
mini tuo quod eſt chriſtus. Ecce ante milia annorū dictū eſt
abrae: In ſemine tuo benedicentur oēs gētes. Qd ante mi
lia annorum dictum eſt: et ab vno creditū: eſt modo iam vi
demus impletum. Hoc legimus: hoc intuemur: ⁊ tu reſiſtis
de tranſuerſo veniens? Quid dicturus? Noli credere. Cui?
Spiritui dei? deo loquēti ad abraā? Et cui credo? Tibi? Nō
hoc dico inquies. Nō hoc dicis: Nō dicis: mihi potius crede
q̄ ſpiritui dei: ⁊ deo loquēti ad abraā? Quid ergo mihi di
cis? Ille dedit: ⁊ ille tradidit. De euangelio recitas hoc de
apl'o: de pphetis? Diſcute oēs ſcripturas: lege mihi hoc ex
eis quibus credo: tibi enī nō credo. Unde lecturus es? Hoc
mihi pater meus ait: hoc mihi auus meus: hoc mihi frater
Geñ.12. et meus: hoc mihi epiſcopus meus. Sed hoc abrae deus: In
26. ſemine tuo benedicantur omnes gentes. Audiuit homo
V et credit: et fit in multis poſt multa tēpora. Quādo dictum
eſt: credit: quādo impletur: dubitat? Hoc ergo dixit moyſes:
dicant et pphete. Uide cōmerciū redēptionis noſtre: Chri
ſtus pepēdit in ligno. Uide q̄nto emit: ⁊ ſic videbis q̄d emit.
Emptur⁹ eſt aliq̄d: ipſuꝫ aliq̄d nōdū ſcis. Uide quāti: ⁊ vide
bis quid. Sanguinem fudit: Sanguine ſuo emit: ſanguine
agni imaculati emit: ſanguine vnici filij dei emit: Quid em
pſ.21. ptū eſt ſanguine vnici filij dei? Adhuc vide quāti. Propheta
lōge anteq̄ fieret dicit: Foderūt man⁹ meas ⁊ pedes meos:
Ibidem. dinumerauerūt oīa oſſa mea. Magnū p̄ciū video xp̄i: videā
q̄d emiſti: Cōmemorabūtur et cōuertent ad dñm vniuerſi
fines terre. In vno eodēq3 pſalmo emptorē video: ⁊ preciū: ⁊
poſſeſſionē. Emptor xp̄s ē: p̄ciū ſanguis: poſſeſſio orbis ter
rarum. Uoces ipſas ppheticas audiamus: cōtradicentes li
tigatoribus hereticis. Ecce poſſeſſio domini mei: Ias lego
Ubi.s. in pſalmo: Cōmemorabuntur ⁊ conuertentur ad dominum
vniuerſi fines terre: ⁊ adorabūt in cōſpectu ei⁹ vniuerſe fa
milie gentiū. Et vide iurgantē: vide ius defendentē. Quo
niam ipſius eſt regnū: ⁊ ipſe dominabit gentiū. Ipſe q̄ emit
chriſtus: nō qui apoſtatauit donatus. Adorabūt recte: ado
pſ.21. rabunt omnes patrie gentiū in conſpectu ei⁹. Quare recte?
Quoniā dñi eſt regnū: ⁊ ipſe dominabit gentiū. Illud moy
ſes: hoc prophete: Et alia multa milia: Quis numerat teſti
monia de eccleſia toto terrarū orbe diffuſa: q̄s nūerat? Non
ſunt tot in orbe hereſes cōtra eccleſiā: q̄t ſunt teſtimonia le
gis pro eccleſia. Que pagina nō hoc ſonat? Quis verſus nō

hoc loquitur? Omnia clamant pro vnitate dominica: q2 po
ſuit fines hieruſalem pacem. Tu contra iſta latras heretice?
Unde merito dicitur in illa ciuitate quod ſcriptū eſt in Apo Apoca.22.
calypſi: Canes foras. Tu cōtra iſta latras: vnde iudicaſti de X
orbe terrarum: vt dicere ceperam? Quo tribunali? Preſum
ptione videlicet cordis tui. Altum tribunal: ſed ruinoſum.
Dixit hoc moyſes: Dixerunt hoc prophete: et nondum cre
dunt qui ſe chriſtianos videri nolunt. Torquebatur quidaꝫ
diues apud inferos: deſiderauit aque ſtillam de digito con
tempti ante ianuam ſuam pauperis: quoniam vrebatur in
flammis. Et cum ei non daretur: quia iudicium ſine miſeri Iaco.2.
cordia illi qui non fecit miſericordiam: cū ergo ei non dare
tur: dixit ad abraam: Pater abraam miſerere: mitte lazarū.
Habeo ibi quinq3 fratres: annūciet eis q̄ hic patior: ne ⁊ ipſi
veniāt i locū hūc tormētoꝝ. Et q̄d illi abraā? Habēt illic moy Luce.16.
ſen ⁊ pphetas. Et ille: Nō pater abraā: ſed ſi q̄s ex mortuis
reſurrexerit credent. Et abraā: Si moyſen inquit et prophe
tas nō audiant: nec ſi quis a mortuis reſurrexerit credent.
De quibus dixit: habent ibi moyſen et prophetas? De his
vtiq3 qui adhuc viuebant: quibus adhuc tempus correctio
nis largum erat: qui nondum venerant in loca illa tormento
rum: Habent ibi inquit quos audiāt: moyſen et prophetas.
Non credunt his: ſed ſi q̄s a mortuis reſurrexerit credent.
Si moyſen et prophetas non audiunt: nec ſi quis a mortuis
reſurrexerit credent: Sentētia abrae eſt. Abrae ſententia
vbi? Et vnde? De quodam excelſo loco: ⁊ pleno quietis: ⁊ fe
licitatis: quē vidit ille qui cruciabatur in flāma leuatis ocu
lis ſuis: quādo in ei⁹ gremio: id eſt in eius ſecreto vidit pau
perem feliciter exultātem: inde plata eſt iſta ſentētia. Uide
de quo tribunali: Ibi enim habitat deus: quia in ſanctis ha
bitat deus: Unde optat apoſtolus ⁊ dicit: Diſſolui ⁊ eſſe cuꝫ Phil.1.
chriſto: multo magis optimum: Et latroni illi dicitur. Hoc Luce.23.
die mecum eris in paradiſo. Ergo dñs cū abraā: ⁊ in abraā
manens dixit iſtam ſententiam: Habēt ibi moyſen ⁊ prophe
tas: ſi illos nō audiūt: neq3 ſi aliquis a mortuis reſurrexerit
credēt ei. O heretici: habetis hic moyſen ⁊ prophetas: viui Y
tis: adhuc poteſtis audire: adhuc licet corrigi: animoſitatem
frenare: veritatē tenere adhuc pceditur. Diſceptate vobiſcū
vtrum audiendus ſit moyſes ⁊ prophete: qui fidei ſue teſti
monia tātum exhibuerunt: cū videamus ſic currere res hu
manas vt ab ipſis predicate ſunt. Quid dubitas? adhuc cre
dere moyſi ⁊ pphetis? Quid dubitaris audire? An forte q̄ri
tis reſurgētem a mortuis: vtrum ⁊ ipſe vobis dicat de eccle
ſia ſua? Queſiuit hoc diues apud inferos aliquem mitti ex
mortuis ad fratres ſuos: reprehenſus eſt quia hoc queſiuit.
Sufficere debuerūt fratribus eius moyſes et prophete Ad Luce.16.
hoc ille fruſtra queſiuit: vt vos iam exemplo admoniti ne
fruſtra ⁊ ſero querentes: ſicut ille torqueamini: ⁊ audiatis Geñ.12. et
moyſen ⁊ prophetas. Quid dixit moyſes? In ſemine tuo be 26.
nedicentur omnes gentes. Quid dixerūt prophete? Cōme pſ.21.
morabūtur ⁊ cōuertētur ad dominum vniuerſi fines terre.
Adhuc mihi dicturus es: Surgat aliquis ex mortuis: Ego Luce.16.
nō credo: niſi aliquis inde venerit ⁊ dixerit: O domine gra
tias miſericordie tue: voluiſti mori: vt aliquis ab inferis ſur
geret: et ipſe aliquis non quicūq3: ſed veritas ſurrexit ab in
feris: qui verum de inferis diceret: etſi ad inferos non veni
ret: et tamen propter voces imperitorum malorum ecce ipſe
mortuus eſt: ecce ſurrexit ab inferis. Quid dicis heretice?
Quid dicis? Modo te audiā: finite ſunt omnes excuſatiōes
tue. Et ſi verba derides diuitis apud inferos conſtituti: ſur
rexit a mortuis chriſtus: dignaris vel ipſum audire? Ecce q2
forte ſimilis es diuiti mortuo: viuos deſiderabas ſurgere
ab inferis. Non pater tuus: non auus tuus: non illi ſurrexe
runt: qui neſcio quos nomine traditiōis infamauerūt. Sed
ecce non infamauerunt: verum dixerunt. Uis noſſe q̄ nihil
ad me? Audiam⁹ ſimul quid dixerit qui ſurrexit a mortuis. Z
Quid pluribus immorer? Audiamus: iam aperiatur euange
lium: legatur quod factum eſt tanq̄ fiat: ponantur ante ocu
los noſtros geſta preterita pp̄ter cauēda futura. Ecce xp̄s
ſurgens a mortuis: oſtendit ſe diſcipulis ſuis. Nuptie ipſi⁹:
ipſe ſponſus: eccleſia ſponſa: Ecce ſponſus qui dicebat mor
tuus: abſumptus: finitus: ecce integer reſurrexit: ecce o ten
ditur oculis diſcipuloꝝ: ecce prebetur cōtrectātib⁹ manib⁹:
ecce

ecce tetigerunt cicatrices qui deſperati ſunt vulnera. Ex-
hibuit ſe oculis eorum videndum: manibus contrectandum:
Luce. 24. putabant ſpiritum eſſe. Deſperauerunt enim de ſalute ſua:
exhortatur eos: confirmat in fide: Palpate et videte quia
Ibidem. ſpiritus carnem et oſſa non habet ſicut me videtis habere.
Tangunt: gaudent: trepidant: Et cũ adhuc trepidarẽt pre
gaudio: ſic habes ſcriptũ: et ſic certa ſunt: que multum lecta
ſunt: vix credũtur: Dubitatio quedam veluti tardius credẽ-
tis condit voluntatẽ tenẽtis: Neceſſe eſt vt plus homo gau-
deat cum venerit quod deſperauerat. Nã ad ipſum gaudiũ
Luce. 24. condiendum et augendũ: noluit ſe ſtatim cognoſci: Tenuit
viſus diſcipulorum ſuorum: illorum duorũ quos inuenit in
via colloquentes iam in deſperatione et dicentes: Nos aũt
ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus iſrael. Putauerũt
hoc iam nos putabant: iam ſpes cum eis non erat: et chriſtꝰ
cum eis erat: Et qui ſe reddidit: et ſpem reduxit: Poſtea er-
go dixit: poſteaꝙ eum illi in panis fractione cognouerunt:
Ubi. ſ. et obtulit ſe aliis diſcipulis ſuis: cum putarẽt ſpiritum eſſe
dixit: Palpate et videte quia ſpũs carnem ⁊ oſſa nõ habet
ſicut me videtꝭ habere. Et cũ adhuc pre gaudio trepidarẽt:
habetis hic ait qđ mãducetur? Accepit: benedixit: mãduca-
⁊ uit ⁊ dedit eis. Expreſſa eſt veritas corporis: ablata eſt ois ſu-
ſpitio falſitatis. Quid deinde? Nõ ſciebatis qꝛ oportebat im-
pleri oia que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis
de me? Et qꝛ illi credebãt moyſi ⁊ ꝓphetis: verũ eñ erat qđ
Luce. 16. dixit abraã: Si moyſen ⁊ ꝓphetas nõ audiũt: neqꝫ ſi quis ex
mortuis reſurrexerit credẽt. Quia ergo credebant moyſi et
Luce. 24. ꝓphetis: ⁊ nõ erãt de ipſis quos reprehendit abraã: audie-
runt qđ ait dñs: Nõ ſciebatis qꝛ oportebat impleri oia que
ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ ꝓphetis ⁊ pſalmis de me? Ecce
qui crediderũt moyſi ⁊ ꝓphetis: videte quẽadmodũ ex ipſo-
Ibidem. rum teſtimonio credũt ei qui ſurrexit a mortuis. Tũc ape-
ruit illis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas: ⁊ dixit eis: Quo-
niam ſic ſcriptum eſt: ⁊ ſic oportebat chriſtum pati: ⁊ a mor-
tuis reſurgere tertia die. Habes iam ſponſum eccleſie ⁊ nõ
hinc tacuit moyſes: nõ hinc tacuerũt ꝓphete: chriſtũ reſurre-
cturum a mortuis tertia die: paſſurũ: ⁊ reſurrecturũ: Deſcri-
ptus eſt nobis ſpõſus: vt nõ erremus: ſed neſcio qui exiſtũt
et quia nõ erramus in ſponſo: ⁊ ipſi videntur ea que et nos
credere de ſponſo: vt a membris ſponſi nos auocent: dicunt
nobis: Ipſe eſt quidem ſponſus quem creditis: quem ⁊ nos
credimus: ſed ſponſa nõ eſt ipſa eccleſia quã tenetis. Et ꝗ
illa eſt? Pars donati. Et hoc eſt qđ tu dicis: Hoc tu dicis: an
Geñ. 12. et 26. ſponſus? Tu dicis: an deus per moyſen? Ecce eccleſiam te-
neo. Dictum eſt a moyſe: In ſemine tuo benedicentur oẽs
Pſ. 21. gentes. Tu dicis: an ſpũs dei per ꝓphetas? Eccleſiã teneo.
Dictum eſt ꝑ ꝓphetam: Cõmemorabũtur ⁊ cõuertentur ad
dñm vniuerſi fines terre. Ecce iam teneo teſtimoniũ legis ⁊
teſtimoniũ ꝓphetarũ. Audiamꝰ ⁊ eũ qui ſurrexit a mortuis.
Luce. 24. Oſtẽdit ſe ſponſum: teneamus eũ: Cõfirmauit demõſtran-
do exhibẽdo teſtimonia. Hoc enim moyſes: hoc prophete:
quia oportebat pati chriſtum: ⁊ reſurgere tertia die: Iã er-
go qꝛ tenemus ambo ſponſum et ipſis verbis: ⁊ puto quia
iam incipis mecũ credere: ⁊ his verbis moyſi et prophetis
? credimus: ⁊ ei qui reſurrexit a mortuis: Sequatur ⁊ dicat:
O dñe: video iam ſponſum chriſtum: factum eſt ne quis me
auocet a membris ſponſe tue: et nõ ſis mihi caput: ſi ego in
membris eius nõ fuero: dic mihi ⁊ de eccleſia aliquid: qꝛ iã
Ibidem. de ſponſo eius nõ dubito. Audi et de eccleſia. Sequitur et
dicit: predicari in nomine eius penitẽtiam ⁊ remiſſionẽ pec-
catorum. Nihil verius predicari in nomine eius penitentiã
⁊ remiſſionẽ peccatorum. Sed hoc vbi? Alij enĩ dicunt: Ecce
Mat. 24. hic: alij ecce illic. Et quid ipſe? Nolite credere: exurgẽt pſeu-
do chriſti ⁊ pſeudo ꝓphete: ⁊ dicẽt: Ecce hic: ⁊ ecce illic. Nõ
enim de ipſo capite dicũt: ecce hic: ⁊ ecce illic (Notũ eſt enĩ
Mat. 28. qꝛ chriſtus in celis eſt) ſed de eccleſia vbi chriſtus eſt: ꝗ ait:
Ecce ego vobiſcũ ſum vſqꝫ ad cõſummationem ſeculi. Sed
ait dñs: Nolite credere: Qui dicit: ecce hic ⁊ ecce illic: partes
oſtendit: ego totum emi. Dicat mihi hoc euãgelium: Dic hoc
ipſe ex euãgelio: qꝛ iam ſurrexiſti a mortuis: vt credãt tibi ꝗ
Luce. 16. credunt moyſi et ꝓphetis: Dic mihi hoc tu: Audio: Oporte-
Luce. 24. bat chriſtum pati et reſurgere tertia die: ⁊ predicari in noĩe
eius penitentiam ⁊ remiſſionem peccatorũ ꝑ omnes gẽtes

incipientibus ab hieruſalem. Quid eſt heretice? Certe cum
reſuſcitarem moyſen: cum recitarem ꝓphetas: diſtuliſti, ad
eum qui reſurrecturus erat a mortuis. Ecce reſurrexit: ecce
dixit: iam nullam habet dubitationẽ eccleſia chriſti ⁊ vxor
chriſti: ꝙ nullam habet dubitationem corpus chriſti: demõ-
ſtratum oculis: cõtrectatum manibus diſcipulorum. Ecce ꝗ
reſurrexit a mortuis: vtrũqꝫ oſtẽdit. Oſtẽdit caput: oſtẽdit
membra: oſtendit ſponſum: oſtendit ſpõſam. Aut vtrũqꝫ me- AA
cum crede: aut illud in dãnationem tuam credis. Quid enĩ
quia reſurrexit a mortuis: quia in eo corpore reſurrexit? An
quia cicatrices oſtendit: qꝛ vt crucifixus eſt: vt ſepultus: ita
redditus: ita demonſtratus: Optime credis: Audi illum lo-
quentem in quem credis: Predicabitur in nomine eius pe-
nitentia ⁊ remiſſio peccatorum. Ubi? Per latas terras. Si
vellem illud ego dicere: iam tu iactãs aduerſus hereticos:
iam pugnans: iam habens cum illis conflictum tante que-
ſtionis: non illud dicerem ſic contra preſentes hereticos:
quomodo illud dixit ille cõtra futuros. Quid vis amplius?
Remiſſio peccatorum in chriſti nomine predicatur. Ubi pre- Ibidem.
dicatur? Per omnes gentes. Unde? Incipit ab hieruſalem:
Communica huic eccleſie. Quare litigamus? Cepit enĩ hec
eccleſia ab hieruſalẽ iſta terrena: vt gaudeat de deo in illa
hieruſalem celeſti. Ab enim incipit: ad illam terminat. In
illa tota eccleſia erit: ab iſta exordium fidei ſumpſit. Lege
Actus apoſtolorum ſi forte mentior: quomodo ibi erant con-
gregati diſcipuli cum veniſſet ſpũſſanctus: vt oſtẽdatur tibi
qđ dixit dñs: Incipiẽtibus ab hieruſalẽ: quomodo linguis Act. 2.
omnium locuti ſunt in quos venit ſpiritusſanctus. Quare nõ
vis loqui omnium linguis? Ecce ibi omnes lingue ſonuerũt
Quare modo cui datur ſpiritusſanctus non loquitur omniũ
linguis? Hoc enim tunc erat indicium venientis in homines
ſpiritusſancti: vt linguis omnium loquerentur. Modo quid
dicturus es heretice: qꝛ nõ datur ſpiritusſanctus? Non dico
tibi vbi datur: an non datur? Si non datur: quid eſt qđ agi-
tis: loquẽdo: baptizando: benedicendo? Quid eſt quod agi-
tis? Quanta celebratꝭ? Ergo datur. Si datur: quare linguis
omnium non loquuntur quibus datur? Nunquid defecit do- Mat. 13.
num dei: aut minor eſt fructus? Creuerunt zizania: ſed ⁊ tri-
ticum: Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem. Non dixit cre-
ſcant zizania: decreſcat triticum: vtrũqꝫ creuit. Quare non Act. 2.
apparet modo ſpiritusſanctus in linguis omnibus? Immo
vero apparet in linguis omnibus. Tunc enim nondum erat
eccleſia per orbem terrarum diffuſa: vt mẽbra chriſti in om-
nibus gentibus loquerẽtur. Tunc implebatur in vno: quod
prenunciabatur in omnibus. Iam totum corpus chriſti lo-
quitur omnium linguis: et quibus nõdum loquitur loquetꝰ.
Creſcit enim eccleſia donec occupet omnes linguas. Quod
vos deſeruiſtis quouſqꝫ creuit? Tenete vobiſcum quouſqꝫ
accedat: vt nobiſcum perueniatis ad ea que nõdum acceſſe-
runt: Loquor omnium linguis: audeo tibi dicere in corpore
chriſti ſum: in eccleſia chriſti ſum. Si corpus chriſti omnium
linguis iam loquitur: ⁊ ego in omnibus linguis ſum: mea eſt
greca: mea eſt ſyra: mea eſt hebrea: mea eſt omnium gentiũ:
quia in vnitate ſum omnium gentium. Ergo fratres cepit Luce. 24.
eccleſia ab hieruſalem: vt per omnes gentes propagaretur.
Quid euidentius hoc teſtimonio legis ⁊ prophetarum ipſiꝰ
domini? Apoſtolorum vbiqꝫ perſonant voces: reddentes te- BB
ſtimonium ſpei noſtre in vnitate corporis chriſti. Gaudete Mat. 13.
in frumentis: tolerate zizania: Gemite in tritura: ſuſpirate
in horreũ: Ueniet illud tẽpus quo gaudebimꝰ: cõfirmatis ve-
ctibꝰ portarũ hieruſalẽ. Intret ꝗ litratur ẽꝗ illuc manifeſtꝰ
intrabit: huc victus nõ intret. Qui aũt huc victus intrat foris
eſt: Foris eſt ⁊ neſcit: vẽtilabrũ ꝓbabit: vectes ꝓbabũt. Qui
modo vere intus ⁊ veraciter intus: ibi firmiter intus. Qui
aũt hic tolerãdo intus: ibi gaudẽdo intus. Fines enĩ hieru-
ſalem pax: qꝛ poſuit inquit fines tuos pacẽ. Modo deſide-
ramus pacẽ quã hic habemꝰ in ſpe. Adhuc enĩ in nobiſipſis
qualis pax? Caro cõcupiſcit aduerſus ſpũ: ſpũs aũt aduer- Gal. 5.
ſus carnẽ. Ubi plena pax in vno hoĩe? Quãdo erit plena in
vno hoĩe: tũc erit plena in oĩbꝰ ciuibꝰ hieruſalẽ. Qñ erit ple- 1. Corin. 15
na pax? Qñ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ: ⁊ mortale
hoc induerit immortalitatẽ: tũc plena pax: tũc firma pax?
Nihil litigat aduerſus animã in homine: nõ ipſa aduerſum

ſe et quadam parte ſaucia:non carnis fragilitas:non indi-
gentia corporis:non fames:non ſitis:non frigus:non eſtus:
non laſſitudo:non vlla inopia:non prouocatio rixe:non cer-
te ipſa ſollicita cautela:et vitandi inimici et diligendi. Hec
omnia fratres mei litigant aduerſum nos:nondum eſt ple-
na et perfecta pax. Quod clamaſtis:qui iam dudum nomi-
nata pace ex deſiderio clamaſtis:clamor veſter de ſiti erat:
Matt.5. nō de ſaturitate:quia ibi erit perfecta iuſtitia:vbi perfecta
pax. Modo eſurimus et ſitimus iuſtitiā: Beati qui eſuriūt
et ſitiunt iuſtitiam:quoniam ipſi ſaturabuntur. Quomodo
ipſi ſaturabuntur? Cum ad pacem venerimus. Ideo cū di-
CC xiſſet:qui poſuit fines tuos pacem:quia ibi ſaturitas et nul-
Al.† ſatiat la indigentia:ſubdidit ſtatim: ⌊Et adipe frumēti † ſatiās
pſ̄.80. te.⌋ Fratres quoniam pax ipſa de qua loquimur nondum
eſt in totis nobis id eſt in vnoquoque noſtrū tota:adhuc for-
te ſpiritum veſtrum delectat audire. Sed ſi nihil reſiſtit et
rebellat ex corpore finiemus pſalmū: Fatigatos vos nuſq̄
video:tamen vereor:(nouit deus) ne oneri ſim vobis aut q̄
buſdam fratribus:et video ſtudia multorum exigentiū hūc
laborem de me et ſudorem:quem credo in domino non fu-
turū infructuoſū: Gaudeo tātā eſſe voluntatē ⁊ voluptatē
in veritate verbi dei:vt ſtudiū veſtrum bonū in bono et de
bono vincat ſtudium inſanorum currentium in amphitea-
trum. Nunquid illi ſi tandiu ſtarent adhuc ſpectarēt? Ergo
fratres audiamus cetera:quia hoc vultis. Aſſit domin⁹:aſſit
et viribus ⁊ mentibus noſtris. Qui poſuit fines tuos pacē:
ad illam hieruſalē dicit:et adipe frumēti ſatians te. Trāſijt
fames et ſitis iuſtitie ſuccedit ſaturitas. Qui ibi erit adeps
Joā.6. frumenti:niſi panis ille qui deſcēdit de celo ad nos? In pa-
tria ipſa quomodo ſaturabit:qui in peregrinatiōe ſic pauit?
Iam modo de ipſa peregrinatiōe noſtra locutus eſt:qua
venitur ad illam hieruſalem vbi collaudabimus dn̄m. Lau-
dabimus dominum deum noſtrum:nos hieruſalē:nos ſyō:
EE quādo confirmabunt vectes portarū noſtrarū. Etenī ille q̄
Al.† velocē tunc ſatiabit adipe frumenti:quid facit in iſta peregrinatio-
ne? Hoc quod ſequitur. ⌊Qui emittit † verbū ſuū terre.⌋
Ecce in terra laboramus feſſi:languidi:pigri:frigidi: Quan-
do leuaremur ad adipem frumenti et ſatietatem:niſi mitte-
ret verbum ſuū terre qua grauabamur:terre qua impedie-
Exo.16. bamur a reditu? Miſit verbum ſuum:non deſeruit etiam in
Al. † velo- eremo:pluit manna de celo. Qui emittit verbum ſuum ter-
citer. re:et venit ad terras verbum eius. Quomodo eius? Aut qđ
†ſermo. eſt verbum eius? ⌊†Uſq̄ in velocitatē currit † verbū ei⁹.⌋
pſ̄.103. tra Non dixit velox eſt verbum eius:currit verbū eius vſq̄ in
cta.1.R. velocitatē. Intendamus fratres:non potuit eligere meli⁹
verbum: Calidus calore caleſcit:frigidus frigore frigeſcit:
velox velocitate velox fit. Quid calidius ipſo calore:quo ca-
let quicquid fit calidum? Quid frigidi⁹ ipſo frigore quo fri-
geſcit quicquid frigidum fit? Quid ergo velocius ipſa velo-
citate:qua velox fit quicquid velociter currit? Poſſunt dici
multa velocia:et alia magis:alia minus:et tanto quecq̄ res
velox eſt:q̄to eſt particeps velocitatis. Illa res magis par-
ticeps velocitatis:ergo magis velox:aut minus particeps
velocitatis:ergo minus velox. Ipſa itaq̄ velocitate q̄d ve-
locius? Ergo quouſq̄ currit? Uſq̄ in velocitatem. Quantū
vis auge quod velox eſt verbum:et dic:velocius eſt q̄ illud
aut illud:q̄ aues:q̄ venti:q̄ angeli: Nunquid aliquid horū
attamen q̄ta ipſa velocitas vſq̄ in ipſam velocitatem? Ue-
FF locitas ipſa quid eſt fratres? Ubiq̄ eſt:non eſt in parte. Hoc
1.ſent.E. pertinet ad verbum dei nō eſſe in parte:vbiq̄ eſſe p ſeipſū
diſt.37. verbū:ex quo dei virt⁹ et dei ſapientia eſt:nondū aſſumpta
Fateamur carne. Si cogitemus deū in forma dei:verbū equale patri:
in me. ipſa eſt ſapientia dei:de qua dictum eſt: Attingit a fine vſq̄
1.Col.1.? ad finem fortiter. Quanta velocitas? Attingit a fine vſq̄ ad
Sap.8. finem fortiter. Sed forte immobilitate attingit. Si immo-
bilitate tanq̄ moles aliqua ſaxea impleat locum aliquem:
dicitur quod attingit eiuſdem loci vſ fine; vſq̄ ad finem:
non tamen motu. Quid ergo dicimus? Non habet motū ver-
bum illud: Et ſapientia illa ſtolida eſt? Et vbi eſt quod dici-
tur de ſapientie ſpiritu? Cum multa dicerentur:acutus inq̄t
Sap.7. mobilis:certus incoinquinatus. Sic vtiq̄ ſapientia dei mo-
